
R
3418

~~402.~~ 506.

R13 Rq 11.12.



BIBL:
ACADEM:
DORPATENS:

4-xiii 6 B
5818
c517.20851

COPIA PRIVILEGII.

MAXIMILIANVS diuina fauente clementia electus Romanorꝝ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, dux Burgũdiæ, Brabantiæ &c̃. Comes palatinus &c̃. Honeſto noſtro & imperij ſacri fideli dilecto Matthiæ Schurerio Schletſtatino apud Argentineñ. chalcographo, Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum.

CUm ſicut maieſtati noſtræ honorabilis fidelis nobis dilectus Iacobus Spiegel Secretarius noſter, tuo nomine expoſuit, te cupere hiſtoriam rerum geſtarũ a mundi initio ad Eugenij. III. Pont. Max. Imperatoriſcꝫ Conradi. III. Aug. tẽpora, digeſtam ab Ottone epiſcopo Friſingeñ. eccleſię, viro maximæ (quod monumenta eius perhibent) eruditionis, illuſtris & beneficentiſſimi Leopoldi prędeceſſoris noſtri Marchionis Auſtriæ, illius ſcilicet qui ſuperiori anno in diuos relatus eſt filio. Rodolphi quoꝫ Agricolæ Germani omnia opera, item Auli Gellij noctes Atticas, ac alia plęraꝫ præcellentiũ autorum literaria monumenta prælo tuo publicare in vſum ſtudioſorũ. Dubitareꝫ ne ſi id genus librorum poſtꝫ tua opera publicatum fuerit, ab alijs imprimatur, atꝫ ita & impenſis, & laboribus tuis defrauderis. Cum autem nemini officium ſuum damnoſum eſſe debeat, & ne deſyderium tuum huiuſmodi iacturæ & fraudationis metu refrigeſcat, tuę indemnitati ſuper hoc ex innata benignitate, qua eos complectimur qui pro cõmuni ſtudioſorum vtilitate continuo inſudant, conſulere & proſpicere volentes, inclinati ſupplicationibus pro te nobis factis, Omnibus & ſingulis cuiuſcunꝫ conditionis exiſtant, chalcographis, & librorum impreſſoribus, vbilibet locorum in ſacro Ro. imperio, etiã in terris noſtris hæreditarijs conſtitutis, ſub pœna infraſcripta diſtrictius inhibemus, ne præfatam Ottonis Friſingenſis epiſcopi hiſtoriam, operaꝫ Agricolę, item Auli Gellij noctes Atticas, ac alia pleraꝫ, quę tu primũ apud Germanos, licet apud exteros impreſſa fuerint publicabis, per ſexenniũ a data editionis cuiuſlibet talium operum ſeu librorũ imprimere, ſeu alibi imprimere facere, aut alibi poſt diem eorundem editionis impreſſos adducere quouis modo, aut quæſito colore ſtudeant, vel preſumant. Mandantes omnibus & ſingulis noſtris & ſacri imperij fidelibus dilectis, cuiuſcunꝫ ſtatus, cõditionis, & dignitatis, etiam ſi archiepiſcopalis, pontificalis, archiducalis, ducalis, marchionalis, baronalis, nobilitaris, & alterius cuiuſcunꝫ preeminẽtiæ magiſtratus ſeu officij, ſiue eccleſiaſtici, ſiue ſecularis extiterint, ſub pœna indignationis noſtrę & ſacri imperij grauiſſimæ, atꝫ decem marcharum auri puri, pro vna fiſco noſtro imperiali, & pro altera medietatibus tibi Matthiæ, totiens quotiens huic inhibitioni, voluntati & gratiæ contra factum fuerit, applicandarũ. vt in præmiſſis tibi opportuno fauore adſiſtant, ac omnes & ſingulos cõtra hanc gratiã & inhibitionẽ noſtrã quicꝫ facere præſumentes, huiuſmodi indignationis noſtrę & pœnæ ſententiã noſtro noĩe incurriſſe protinus declarent, & cohibeant ſub artificio impreſſorũ non vtendi, amiſſionis ꝙꝫ talium librorum ſic (vt præmittitur) contra hanc noſtram conceſſionem, gratiã, & priuilegium impreſſorum, & adductorum. Teꝫ vbi eos per te vel tuos requiſiueris, tenore preſentiũ, aut harum tranſſumpto autentico, cui eam fidem adhiberi volumus, quæ his noſtris præſentibus adhiberi ſolet, & debet, præfata noſtra gratia, & priuilegio frui, & gaudere ſinant, & ab alijs pariter obſeruari fa-

ciant, inquantum & ipsi prædictas pœnas euitare maluerint, Harum testimo-
monio literarum Sigilli nostri impressione munitarum. Datæ in ci-
uitate nostra Vienna, die Sexta Maij. Anno domini Mil
lesimo quingentesimo decimoquarto. Regno
rum nostrorum, Romani vicesimo
nono, Hungariæ vero
vicesimo
quar
to.

Ad mandatum Cæs. maie
statis proprium.

Per Regem. Ia. de Bannissis.

Reuerendo patri, ac domino. D. Iacobo de Bannissijs, Diui Cæs.
Consiliario, ac Secretario, viro optimo, Io. Cuspinianus
Cæs. a consilijs, fœlicitatem optat, &. S. P. D.

CUm in Aristotelis rhetorica prouerbiũ illud inuenissem, In senem non esse collocandum beneficium, & vt vulgo dicitur, neq; etiã in puerum, q; alter non referret, alter non meminisset. Et si nondum senium attigi, qui paululum prætergressus sum meridiem, tamen ne puerum me inscium existimares, aut garrulum remigem, qui tot in me beneficia conferis, nec adhuc conferre cessas, cogitaui qua via rependerem tot accepta cõmoda, ne (vt ingenium est vulgi) fragilis apud me esset beneficiorum memoria, vt iniuriarum est tenax, memor acceptorũ, animi gratitudinem vel chartaceo hoc munere aperire constitui. Quid enim aliud tibi donarẽ, qui bonis fortunæ abunde satis ditatus, ingentes Cræsi theşauros aspernaris, ita opibus imperans, vt frugalitatem præferas luxui, & animi dotes caducis, momentaneisq; diuitijs, quæ instar pilæ nunc huc, nunc illuc transeunt, incertæ ac instabiles? Tuo igitur auspitio, annales edidi Ottonis Frisingensis Antistitis, qui diui Leopoldi Marchionis Austriæ filius fuit, vir non tam vitæ sanctimonia, q; scientia ac eruditione illustris. Quas ex cœnobio Scotorum Viennæ, quod Henricus primus Austriæ dux, & Ottonis frater extruxit, nuper accepi, & ne perirent, imprimendas chalcographis tuo nomine exhibui, mox daturus & Agathium de bello Gothico, & Iordanẽ de origine Gothorum, & Philostrati Icones, & alia quædam nobilissima opera, quæ adhuc latent, nec ære impressa, diuulgata sunt. Hæc enim priusq; Coss. mei, ac Cæss. (opus sane haud contemnendum) in publicum prodeant, in vulgum edere statui, cũ pluribus chronicis vetustissimis, & annalibus, ne blatteratores, qui carpendi libidine in quoscunq; deseuiunt, ansam obloquendi, si & hos & alios plures citauero in opere illo Augustali, mox veluti sitibũdi canes capesserent. Nihil autẽ moror illos, qui in ijs eloquentiam desyderant, & veritatem fastidiunt, quæ plærunq; syncerior est in nudis annalibus illis, q; in phaleratis historijs, vbi omnis opera in excolenda oratione insumitur, & veritas floccihabetur. Scripsit Otto noster aperte, & vt tempora ferebant, sine verborum lenocinio, ac interdum, quo res forent apertiores, patria inseruit vocabula, quod magni ingenio viri haud improbant, quibus res cordi sunt. Habent enim singula sęcula suum loquendi morem. Et apud Romanos ingens olim erat loquendi differentia, ac diuersitas. Quod non tam Gellius, q; cæteri diligentissime obseruarunt. Nimis igitur delicati sunt stomachi, qui in omnibus exactam exigunt eloquentiam. Quam profecto si adsit, maximopere laudo, si absit, dummodo res ipsæ clare innotescant, non ob id autores reijcio, quibus forte animus fuit res ipsas simpliciter, vt passim ab omnibus intelligerentur, enarrare, ac perscribere. Accipe itaq; candide Patrone, libũ illud, & munusculum, ac passerculum a tuo Cuspinia-
no, qui nõ habet Cinirę opes, Pelopisq; talenta,
aut Phœnicem donare. Et boni consulas,
ac Cuspinianum, vt soles, diligas,
amesq;. Vale. Ex Vienna Pan
noniæ prima Martij, An
no. M. D. XIIII.

IACOBO DE BANNISIIS, DIVI CAESARIS MAX. Secretario, viro bonarũ artium ſtudioſiſſimo, ornatiſſimoq;, Domino ſuo imprimis colendo, Frater Benedictus Chelidonius Noricus, tunc Viennæ ad Scotos monachus.

Te noſtræ ſaluere iubent Iacobe camœnæ,
  Vtpote cui magnus Cæſar, & aſtra fauent.
Et tua nunc virtus cantata per atria regum eſt,
  Necnon & titulis inclyta nobilitas.
Clareſcuntq; pij mores, & gratia formæ,
  Excultumq; bonis artibus ingenium.
Hæc tibi conciliant primorum & plæbis amorem,
  His quoq; vbiq; tuus percelebratur honos.
Imprimisq; tuas laudes Cuſpinius auget,
  Dulce decusq; ſuum te canit, atq; colit.
Vir ſtudijs clarus, virtutis amator, & omni
  Parte bonus, Phœbi conſilioq; ſatus.
Inq; dies quærens, qua nam ratione, modoq;
  Secq;, ſuumq; tibi dedicet obſequium
Materiam reperit tandem, quam reddat Othonis
  Præſulis hiſtoriam, pignus amicitiæ.
Ille quidem primis cœleſtia iuſſa ſub annis
  Corde ſequens, patrias fugit & odit opes.
Proq; ducis luxu, proq; oſtri veſte cucullus,
  Pulchra proq; aula, ſordida cella placet.
Inde Friſinginæ plæbis paſtorq;, paterq;,
  Exequitur digni munia pontificis.
Tum quoq; complexus bona per compendia cœli
  Atq; erebi ciues, vtile pægit opus.
Quod ſeu fortuna, ſeu fato, ſiue regente
  Cuncta deo, multo tempore delituit.
At non perpetuo ſepeliri viuere digna
  Sunt ſeruata tuo forſitan auſpicio.
Hunc igitur tibi nunc librum Cuſpinius edit,
  Tardius ereptum ſordibus atq; ſitu.
Plæraq; iampridem rimantibus eruta chalcis
  Prodi, forte minus digna patere vides.
Plæraq; ſunt tenebris, & carcere condita longo,
  Olim digna legi regibus, atq; palam.
Non quæ ſera dies in lucem promit ab antris,
  Dici continuo deteriora velim.
Nec ſemper meliora putem citiora, neq; vuis
  Præcocibus ſemper gloria prima datur.

Expectata diu veniunt gratiſſima nobis.
  Hoc Iacobe modo ſit tibi gratus Otho.
Quotq; dies latuit pater ille, tot ipſe valeto
  Soſpes, amaq; tuum deinde Chelidonium.

Ad Lectorem Benedictus Chelidonius.

Præſulis atq; ducis bene docti quiſquis Othonis
  Annales ſua per tempora noſſe cupis.
Huc ades, inuenies veteris primordia mundi
  Lector, & exiguo ſæcula multa libro,
Regum fortunas, Nemeſinaq; pocula paſſim
  Hauſta, per & terras orta ſubinde mala.
Doctor Ioannes lauro redimitus, & acre
  Callens Phylliridæ Cuſpius ingenium,
Nunc alio ſtudium vertens, Conſultor ad hoc, &
  Cæſaris orator ſplendidus armiſoni.
Longius haud paſſus talem vetereſcere librum,
  Edidit exterſum ſordibus ante ſuis.
Fata virum ſeruent veterum quicunq; labores
  Vindicat a tenebris, vtilitatis amans.

τέλος.

ANNALIVM OTTONIS

CAPITA PRIMI LIBRI.

Procœmium,& diuiſio orbis. Caput primum.
Qualiter Adam de paradiſo eiectus,vtroſq; ciues genuerit,& quo tẽpore iuxta Ioſephum,& paternis legibus declinare homines, & gigantes generari cœperit. Cap. ij.
De diluuio iuxta Ioſephum,& item de longitudine antiquorũ patrũ gentilium autores. Annorũ numerus iuxta diuerſas tranſlationes, capitaq; familiarũ ab Adam vſq; ad Noe. Cap. iij.
Quomõ poſt diluuiũ genus humanũ a filijs Noe multiplicari, quibus in terris primo diſpergi cœperit. De turre quoq; Babel,& confuſione linguarũ. Auctoritas etiã de hoc Sibyllæ. Supputatio quoq; diuerſa a Noe vſq; ad confuſionem linguarum. Cap. iiij.
Supputatio diuerſa a confuſione linguarũ vſq; ad Ninum & Abraam,& annalium inchoatio. Cap. v.
De hoc q̃ Ninus primo arma extulerit,& q̃ homines illo in tempore iuxta plurium auctoritates agreſtes fuerint,& q̃ Ninus Niniue condiderit,& Zoroaſtrem occiderit. Cap. vi.
De natiuitate Abraã,& exitu eius de terra Chaldeorũ,morteq; Nini. Cap. vij
De imperio Semiramidis, & inſtauratione Babylonicæ ciuitatis. Traditio q̃q; Treuerorũ. De exordio ciuitatis ſuæ,& de morte Semiramidis,ac exordio filij ſui Nini. Cap. viij.
De habitatione Abraam cum Loth conſobrino ſuo in terra Chanaan,& ſubuerſione Sodomorũ. Cap. ix.
Q̃ Abraam ſignum circũciſionis acceperit,& quorũ principum tempore geminos ciues genuerit,rurſumq; Iſaac in typum futurorũ duos genuerit. Cap. x.
Quorum principũ tempore Abraam mortuus fuerit, & ad filiũ nepotemq; ſuũ repromiſſio facta ſit. De legibus Græciæ datis ſub Phoroneo. De Pheio, & Io Inachi filia. Cap. xi.
De prælio inter Thelſciſces,Charathaſos, Phoroneũ, Pharphaſios, & exordio habitationis Rhodi inſulæ. Cap. xij.
De diluuio Ogygij, & apparitione Mineruæ, & quorũ principũ tempore Iſaac mortuus ſit. Cap. xiij.
Quorũ principũ tẽpore fames in Aegypto ſub Ioſeph fuerit,auctoritatesq; gentilium de hoc Ioſeph teſtimoniũ perhibentiũ. Cap. xiiij.
De idolo Serapis vnde exordium ſumpſerit. Cap. xv.
De Argo, vnde Argiui. Quibus diebus Iacob mortuus ſit. De ſeminibus primo allatis in Græciã. De morte Ioſeph,& natiuitate Moyſi,& quorũ principum tẽpore hoc factum fuerit. De Prometheo & Atlante, Atlantiſq; nepote Mercurio. Cap. xvi.
De diluuio Deucalionis,& æſtu Aethiopiæ. De Baccho, qui & Liber pater, & ortu Athenarum. Cap. xvij.
Quorũ principum tempore Moyſes filios Iſrael de Aegypto eduxerit,teſtimoniumq; de hoc Pompei,Iuſtini,Cornelij,ſcriptorũ gentium. Cap. xviij.
De Danao,Perſeo, & diuerſis abominationibus gentiũ,vnde de Babylon fugiendum,& ad ciues noſtros tranſeundum ſit. Cap. xix.

INDEX.

Quot annos Moyſes ductor populi dei fuerit, & quot annorũ mortuus Ieſu in formam ſecũdi,ducatũ populi reliquit, & q̃ non ſine cauſa nouis & inaudi tis tunc mundus ſceleribus inferbuit. Cap. xx.
De bello Cretenſium & Athenienſium,& Minotauro, vndeq; fabula Centaurorum orta ſit. Cap. xxi
De Veſore rege Aegypti,& Scythis,dominatuq; Scytharũ in Aſia. Cap. xxij.
De exordio Amaſonũ,& principatu earũ,qualiter Epheſum & in ea templum Dianæ cõdiderint,& cur Amaſones dictæ ſint. Cap. xxiij
Quorũ principũ tempore Ieſus mortuus ſit, & de iudicibus qui poſt eũ fuerũt. De Cadmo,& theologis. De regno Micenarũ, ac regno Laurẽti in Italia, & Carmenti nympha. Cap. xxiiij.
De raptu Helenæ,& ſubuerſione Troiæ,& initio gentis Romanorũ,& Francorum. & fundatione Pataui. De Sanſone & Hercule,& aureis ſeculis in Italia. Cap. xxv.
De ferreis ſeculis inchoatis ſub Aenea & Turno. De erroribus Vlyſſis, & fabuloſis geſtis Diomedis,& item Vlyſſis. Allegatiões de his veriſimiles ſecundum ſanctorũ ſcripta,& exempla. Cap. xxvi.
De morte Aeneæ,& regno Syluij. De defectu regni Sicionior̃ ſub Heli iudice. Et qualiter Romani & Græci morũ & linguæ affinitatẽ habere cœperint, aliasq; gentes barbaros vocare conſueuerint. Cap. xxvij.
De Samuele,& Saule,Codroq; Athenienſiũ rege. Nomina etiã iudicũ a Moyſe vſq; ad Samuel. Cap. xxviij.
De tẽporibus regũ & pphetarũ. De Dauid & Salomone,filioq; eiº Roboã. qualiter ſub eo ex peccatis patris ſui Salomon regnũ ſciſſum fuerit, in breui deſolandum. De virtute Heliæ & Heliſei. Cap. xxix.
De regibus Albanorũ vſq; ad Romulum,& Auentino monte. Cap. xxx
De tranſactione regni Babylonici ad Medos. Cap. xxxi.
Exclamatio contra Babylonem. Cap. xxxij.
Nomina regũ Aſſyriorũ a Belo vſq; ad Sardanapalum. Cap. xxxiij.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

De regibus Medorũ,qui quorũ regũ Iudæ & Iſrael tẽpore fuerint. De Chaldeis & Cyro. Nomina regum Medorum. Caput primũ.
De Proca & Amulio,& ortu Remi & Romuli. Cap. ij.
De fundatione vrbis Romæ, & parricidio aui,fratriſq; a Romulo facto, acraptu Sabinarum. Cap. iij.
De Oſee,& Eſaia,prophetiaq; Sibyllæ. Cap. iiij.
De Thale vno de ſeptẽ ſapientibus,& captiuitate decẽ tribuum. De Phalari Siculo tyranno. Cap. v.
Qualiter & a quibus vrbs Roma inchoata fuerit. De morte Eſaiæ,& Samia Sibylla. De Tullo Hoſtilio,& Anco Martio Romanorũ regibus. Cap. vi.
De captiuitate Iudæ ſub Tarquinio Priſco Romano rege, & prophetia Hieremiæ,& reſiduis ſex ſapientibus. Cap. vij.
De philoſophis,p̃cipue Pythagora,Socrate,Platone,Ariſtotele. Cap. viij
De Tarquinio Superbo,& oppreſſione Lucretiæ. Cap. ix.

De tempore consulum, & remotione regum, & çelo Bruti primi consulis, libera tioneq; Romanæ vrbis per Mutiũ Sceuolam, & Cloeliã virginẽ. Cap. x.
Quomodo Babylon a Cyro capta sit, & quis eius situs fuerit. De morte quoq; Crœsi. Cap. xi.
De prophetia Eçechiel, Daniel, Abacuk. Cap. xij.
De quattuor principalibus regnis, quæ Daniel in expositiõe somnij Nabucho donosor vidit. Cap. xiij.
Qualiter Tomyris regina Cyrum occiderit. Exclamatio de hoc, breuisq; epilo gus de laude Cyri. Cap. xiiij.
De Cambyse filio Cyri, & noua Babylonia ab ipso condita. Cap. xv.
De Magis, & Dario, & plenaria liberatione Romanorũ. De prophetia Aggei, Zachariæ, Malachiæ, Esdræ. De infortunio Darij in bello Athenienſium, morteq; eius. Cap. xvi.
Rursum de infortunio filij Darij Xerxis, primo a Leonida, post ab Athenienſi bus victi, ad vltimũ ab Artabano præfecto suo occisi. Cap. xvij
De prodigijs in vrbe Roma visis, pestilentia, inteſtinisq; malis inde secutis. & de. Q. Cincinnati rustici victoria. Cap. xviij
De bellis diuersarũ ciuitatum, & præcipue de oppressione Athenienſiũ a regi bus Persarum, morteq; Socratis, ac obitu Darij regis Persarum, & exilio Di onysij Siculi. Cap. xix.
Qualiter duo filij Darij pro regno cõtenderint. & Artaxerxes, sub quo historia Hester facta creditur, regnũ mortuo fratre obtinuerit. De terremotu, & incẽdio Aetnæ montis. De Atlanti ciuitate, & pestilentia Athenienſiũ. Cap. xx.
Quæ mala Galli Romanis fecerint, & quomodo ab eis accepta pecunia receſ serint Cap. xxi.
Excidiũ Lacedæmoniorũ, & reformatio Athenienſiũ sub Conone per Artaxer xem regem. De victoria Romanorũ, & specu quem. M. Curtius miles inau dito modo clausit. Victoria de Gallis. Cap. xxij.
Q; Carthaginenses & Romani nuntijs fœdus firmarint, & saxea grando veris terram lapidibus percusserit. De Artaxerxe, qui & Ochus, quomõ Iudæos incluserint. Cap. xxiij.
Initium regni Græcorũ, quomodo Philippus ingenio & virtute ciuitates Græ ciæ sibi subiecerit, & Alexandrũ filiũ inſtruxerit, ipseq; ad vltimũ quẽ finẽ habuerit. Cap. xxiiij.
Principatus Alexandri magni. finis regni Persarũ, innumerosorũq; regum. & mirabilia quæ fecit & vidit Alexander. finis ipsius. Et exclamatio de his cõ tra rotatum rerum. Cap. xxv.
De socijs Alexandri quomodo orbem diuiserint, & Olympiam matrẽ Alexan dri cum filio suo Hercule occiderint, ipsiq; intimis vulneribus corruerint. & de Machabæis. Cap. xxvi.
Q; Roma post Alexandrũ tanq; amisso pedagogo crescere cœperit. Cap. xxvij
Reciprocatio. i. qualiter Roma sub Alexãdro & vicinis gẽtib⁹ dehonorata, fœ dus nõ seruauerit, sed sub Papyrio Cos. bellũ instauraverit. Cap. xxviij.
Q; Roma post mortẽ Alexãdri tanq; in ppria auctoritate stans, ingenio & arte vsa, hostes deuicerit, sed statim pestilentia afflicta fuerit. Cap. xxix.
De varijs euentibus Romanorũ, & diuersis calamitatibus eorũ. Cap. xxx.

De Tarentinis. De bello inter Pyrrhum & Romanos gestum, testimoniumq; ipsorũ Romanorũ. De nobilitate Pyrrhi, & q; Tarẽtini post mortẽ eius Car thaginiensium auxiliũ quærebant. Cap. xxxi.
De Carthaginiensibus, & qualiter fœdus cũ Romanis initum propter Tarenti nos rumpunt. Cap. xxxij.
Exordium belli Punici. De occisione Cornelij consulis, fraude Hannibalis, & victoria Romanorũ. Cap. xxxiij.
De Regulo consule, & serpente quẽ occidit. De victoria eius, & ad vltimũ quo modo occisis multis, victus & captus fuerit. Qualiter Romam missus capti uos reddi dissuaſit, & ita rediens necatus sit, testimonium Tullij. De virtute eius, & patientia. & de fine primi belli Punici, ac victoria Romanorum, Ia nocq; clauso. Cap. xxxiiij.
De inundatione Tyberis, & incẽdio vrbis. De Gallis transalpinis, & bello Pu nico secundo inchoato. Cap. xxxv.
De morte Hamilcaris, & quõ filius eius Hannibal diuersis prælijs Romanos deuicerit, intantũ vt etiã sedes mutare cogitauerit. Quõ etiã ab vrbe tẽpesta tibus pulsus est. De morte duorũ Scipionũ, & captione Capuæ. Ca. xxxvi.
Qualiter Scipio proconsul factus, Pœnos deuicerit, Hannibal Marcellum & Crispinũ consules occiderit. & ad vltimũ amisso fratre Asdrubale, ad Bru tios cesserit. Cap. xxxvij.
De victoria Scipionis, itemq; de victoria Hannibalis, redituq; eius in patriam. De vltima pugna Romanorũ & Pœnorum, quomodo Scipio rediens in co mitatu Terentium habens, triumpho susceptus sit, bellumq; Punicũ secun dum terminatum. Cap. xxxviij.
De prodigijs quæ hæc mala præcesserunt. De excidio Tarenti. De victoria Ma cedonum & Lacedæmoniorũ. Cap. xxxix.
De barbaris victis a Romanis, & subacto Philippo rege. Qualiter Antiochus, ad quem Hannibal confugerat, victus pacẽ petierit. De morte Hannibalis, & Scipionis. laudesq; Tullij, & Senecæ in Scipionẽ. Cap. xl.
De situ Carthaginis, tertioq; Punico bello, euersione quoq; ipsius, quomõ Sci pio regnũ Numidiæ partitus sit. Cap. xli.
Supputatio diuersa, quo tempore Machabei fuerint. Cap. xlij.
Subuersio Corinthi, excidiũ Numantiæ, & excursus breuis. Cap. xliij.
De Iugurthino bello, & varijs euentibus Romanorũ cũ Cymbris, Gallis, Ger manis. De inteſtinis malis sub Sylla, & Catilina, Macedonioq;. De Asia mi nore Romanis tradita. Cap. xliij.
Difficile bellum habitũ cũ Mithridate, & tandem victo illo terminatũ, quomõ prædictus rex tam ob hoc malum, q; ob filiũ eum deponere molientẽ, termi num vitæ fecerit. Cap. xlv.
Q; Romani Pompeiũ in Orientem miserint, qui deuicto toto oriente, templũ quoq; domini polluit, capto & vincto Aristobolo, fratri eius sacerdotiũ tra didit. Cap. xlvi.
Qualiter, & sub quibus principibus seculi Israel a transmigratione Babylonis vsq; ad id tẽpus sese habuerit, & de Herode alienigena. Cap. xlvij.
De victoria Iulij Cæsaris, & quomodo a ciuibus nõ susceptus, in ipsos arma cõ uerterit, & ærarium confregerit. Cap. xlviij.

De occisione Crassi, & incendio vrbis. De intestina pugna Romanorꝫ, victoria quoꝙ Cæsaris, & morte eius. Cap. xlix.
Quomodo Cæsar in Aegyptios arma conuerterit, Cleopatræꝙ regnũ dederit, & dehinc Romam veniens, rursum fautores Pompei persecutus fuerit. De morte Catonis. Qꝛ Cæsar monarchiam obtinuerit. Tulliumꝙ, ac per eius interuentũ. M. Marcellum in gratiã susceperit, ipseꝙ ad vltimũ conscio senatu occisus sit. Cap. l.
Exclamatio contra rerum mutabilitates. Cap. li.

CAPITA TERTII LIBRI.

Qualiter Octauianus primo dolorem de auunculi morte dissimulans, postmodum eius interfectores tractauerit. De iudicijs eius Romæ factis. De pluribus victorijs eius contra Antoniũ & Cleopatram. & quẽ finem Antonius & Cleopatra sortiti sint. Caput primum.
Excursus quomõ Græci ab Alexandro vsꝙ ad id tempus oriẽti imperauerint, & vnde patriarchales sedes esse cœperint. Numerus Græcorꝫ regũ, copiaꝙ Romæ ex Alexandriæ subactione accrescens. Cap. ij.
Qualiter finito regno Græcorꝫ, deuictaꝙ Alexandria, cũ tota Asia, Cæsar Augustus dictus sit. Cap. iij.
De victoria eius in Hispania, Ianoꝙ clauso, quõ per Claudiũ Drusum diuersas prouintias subegerit. De amissis legionibus in Germania a Varo. Cap. iiij.
Qualiter Augusto in hispania morãte totus oriens subiectionẽ vltro obtulerit. Parthusꝙ pacem postulans, signa quæ Crasso ablata erant, remiserit, totoꝙ orbe descripto Ianus clausus sit. De humilitate Augusti. Cap. v.
Qꝛ Iudeis sicut cæteris gentibus, sub Cyrino census indictus sit. & de Iuda Galilæo. Cap. vi.
De incarnatione dñi. & quõ ea quæ sub Augusto facta sunt, regno Christi conueniant. Inchoatio annalium ab incarnatione domini. Cap. vij.
Qꝛ crudele piaculũ Herodes in coæuos Christi exercuerit, & quẽ vitæ ob hoc exitũ iuxta Iosephum sortitus fuerit. & de Archelao. Cap. viij.
De fame in vrbe Roma, & aperto Iano, pro Dacorum & Athenienſium seditione. Cap. ix.
De morte Augusti, & regno Tyberij, & triumpho de Germanis per Germanicum Drusi filiũ. De adulterio callide a quodam perpetrato, & a Cæsare quomodo vindicatum sit. Cap. x.
De prędicatione & baptismo Ioannis, & post ipsius domini. De morte Ioannis Testimoniũ de hoc Iosephi, & item testimoniũ eius de domino. Cap. xi.
De passione domini, quꝺ Tyberius auditis miraculis dñi, de eo Romę decreuerit. & quomõ senatũ reclamantem sibi tractauerit, & quæ mala Iudæis fecerit. De passione Stephani, & malis Iudæorum. Cap. xij.
De morte Tyberij, & subrogatione. C. Caligulæ. Quomodo Caius Iudæos persecutus fuerit, legationẽꝙ eorũ per Philonem factam spernens, templũ prophanauerit. De fine Pilati. De victoria Cæsaris, & de pluribus abominationibus eius, morteꝙ ipsius. Cap. xiij.

De Tyberio Claudio, quꝺ fames sub ipso in Iudęa fuerit, quꝺ Iacobus occisus, Petrus inuinculatus eodem tempore sit. De morte Herodis iunioris, & Theoda. Cap. xiiij.
De diuisione apostolorꝫ in omnes gentes. De Petro, & Simone Mago. De Marco euãgelista, & discipulis Petri ab eo in orbem missis. De victoria Claudij, ac seditione Iudaici populi. De expulsione eorundem de vrbe, & seditione Romani populi, occisione Senatorꝫ, & militũ. De morte Claudij. Cap. xv.
De flagitiosa vita Neronis, & persecutione in nostros. De Aegyptio falso pphe ta. De morte Iacobi apostoli, scriptisꝙ apostolorꝫ. Cap. xvi.
De passione Petri & Pauli, & imminutione Romani imperij, & morte Neronis. Cap. xvij.
De ciuilibꝰ malis ĩ vrbe, & captiuitate Iosephi, imperioꝙ Vespasiani. Ca. xviij.
De excidio Hierosolymorꝫ, & captiuitate Iudaici populi. Auctoritates de hoc Iosephi. Qꝛ Titus & Vespasianus ob hoc imperatores dicti, Romæ cũ triũpho suscepti sint. De Iano clauso, & incremẽto Romani imperij. De terremotu, & pestilentia. De morte vtrorũꝙ, & Amphitheatro. Cap. xix.
De persecutione Domitiani in suos, & nostros. De Clemente successore Petri, quꝺ tunc Domitianus Ioannẽ apostolum in exilium miserit. Cap. xx.
De Traiano, victorijsꝙ eius, ac persecutione in nostros. De domo aurea Neronis, & seditione Romanorꝫ. De sacerdotibus Christi, qui eo tẽpore erant. De obitu Ioannis apostoli, & hæresibus quæ tunc pullulabant. Cap. xxi.
De mansuetudine, & operibus Adriani Aelij, sacerdotibusꝙ, qui tunc clari habebantur. Cap. xxij.
De hæresibus, & ciuibus Christi illis resistentibus, & exemplar epistolæ Adriani pro christianis. Cap. xxiij.
De principatu Antonini, cognomento Pij, hæresibusꝙ sub eo ortis. De sacerdotibus & doctoribus Christi contra hæreses. Epistola etiam imperatoris pro nostris. Cap. xxiiij.
De imperio Antonini Veri, cũ Aurelio Cõmodo, bellisꝙ eorꝫ. De ciuibus nostris, grauiꝙ persecutione. & quomodo per christianos imperator Germanos deuicerit. Cap. xxv.
De principatu Cõmodi, obscœnitateꝙ eius, & hæresibus. De incendio, fulmine, & igne Romæ facto. Cap. xxvi.
De morte Commodi, & substitutione Helij, qui & Pertinax, rursumꝙ de morte illius. Cap. xxvij.
De principatu Seueri, & persecutione eius in nostros, belloꝙ contra gentes. De patribus & sacerdotibus, qui illo tẽpore pro domo dei stabant. & de controuersia quæ inter Romanũ pontificem, & oriẽtales episcopos de die Paschæ fuit. De Iuda. De Origene. De victoria Seueri. Cap. xxviij
De morte Seueri, substitutioneꝙ Caracallæ, & item de morte illius. Cap. xxix.
De imperio. M. Aurelij, vitaꝙ eius. & de Romanis pontificibus, morteꝙ Aurelij. Cap. xxx.
De principatu Aurelij Alexãdri, & victoria eius. De martyribus qui sub eo passi sunt, & Romanis pontificibus, morteꝙ Aurelij. Cap. xxxi.
De imperio Maximi, pſecutioẽꝙ eius in nostros, morteꝙ etiã ipsius. Ca. xxxij.
De principatu Gordiani, Romanisꝙ põtificibus, & scriptoribus ecclesiasticis,

fine quoq; Gordiani. Cap.xxxiij
De imperio Philippi christiani,& humilitate ipsius. Cap.xxxiiij.
De morte Philippi,& successione Decij,psecutioneq; eius in nostros. Ca.xxxv.
De occisione Decij, & imperio Galli & Volusiani, ac morte Origenis. Cap.
De quæstione inter Cornelium & Cyprianum. De Romanis ponti- (xxxvi.
ficibus, alijsq; sacerdotibus. De passione Laurentij, & pestilentia in vrbe
Romana. Cap. xxxvij.
De morte Galli,& Volusiani,& sacerdotio Sixti. Cap.xxxviij.
De principatu Valeriani & Galieni,psecutioneq; in nostros, & passione Sixti.
De captiuitate Valeriani,& inundatione diuersarũ gentiũ contra Romanũ
imperiũ,& intestinis malis. De morte Galieni,& sacerdotibus Christi,Ma-
neq; hæretico,vnde Manichei. Cap.xxxix.
De principatu Claudij,triumphoq; eius,ac morte. Cap.xl.
De imperio Aureliani,plurimisq; triumphis eius,ac de vrbe Roma quam am-
pliauit,de illaq; quam ex nomine suo in Gallia cõdidit. De persecutione in
nostros,morteq; ipsius. Cap.xli.
De imperio Taciti,morteq; eius. Cap. xlij.
De imperio Probi,victoria eius,ac morte. Cap.xliij.
De principatu Cari,bellisq; eius q̃ in oriente gessit,& de morte ipsius.Ca.xliiij
De principatu Diocletiani,& victorijs eius,qualiter Maximianũ sociũ imperij
legerit,& christianos super omnes qui ante eum fuerant, afflixerit. De triũ-
pho Constantini, quomodo Diocletianus & Maximianus imperium relin-
querint. Cap.xlv.
Qualiter Galerius & Constantius regnũ diuiserint,Constantiusq; moriẽs Cõ-
stantinũ imperatorẽ in Gallia reliquerit. Cap.xlvi.
Terminus Tertij libri,& recapitulatio decem persecutionũ. Cap.xlvij.

CAPITA QVARTI LIBRI.

De occisione Maximiani, & morte Galerij tyranni, De Maximini Licinij, &
præcipue Maxentij Maximiani filij. Quomodo Constantinus iuxta visio-
nem sibi monstratam,Maxentio merso,vrbẽ ingressus, crucẽ in triumphali
loco poni fecerit,ipseq; a Syluestro baptiçatus fuerit. Caput primũ.
Quomodo ipse & Licinius pro ecclesia scripserint.Maximinus quoq; idẽ falso
fecerit, sed postmodũ in certamine victus, rursum pro christianis scribens,
Maximinus obierit.De fine Licinij sororij Cõstantini,Crispi etiã & Licinij
nepotum eius morte. Cap.ij.
De monarchia Cõstantini,& pace ecclesijs reddita, imperioq; iuxta Romanos
ecclesiæ tradito, & sede regni Biçantium translata, & de hoc allegationes
plurimorum. Cap. iij.
Breuis epilogus ab Adã vsq; ad id tẽporis,& de exaltatiõe ciuitatis dei. Ca.iiij
De exaltatione vrbis Constantinopolitanæ. De Arriana hæresi,& Niceno con
cilio. De Paulo & Antonio,primisq; eremitis,& inuẽtione. S.crucis. De cõ
uersione Indorũ & Hiberorũ,& morte Constantini. Cap.v.

De principatu filiorũ Constantini,qualiter Constantius in Arrianã hæresim in
ciderit.De morte Arrij,& sacerdotio Anastasij. Cap. vi.
De morte Constantini,ac laboribus Athanasij. Cap. vij.
De expulsione Liberij Romani pontificis.De Victorino,& Donato, de alijs p̃-
claris sacerdotibus,& persecutionis immanitate. Cap. viij.
De morte Constantis, & vltione sup̃ hoc fratris sui Constantij. De Iuliani apo-
stasia,& morte Constantij. Cap.ix.
De persecutione astuta Iuliani,& ciuibus Christi, qui ei viriliter restiterunt. Et
ad vltimũ quomodo,& vbi percussus fuerit Iulianus. Cap.x
De principatu Iouiniani christianissimi,& orthodoxia illius.& ad vltimũ quõ
vel vbi obierit. Cap. xi.
De imperio Valentiniani, eiusq; industria sub Iuliano. De fratre suo Valen-
te. Cap. xij.
De filio eius Gratiano,Ambrosio,synodoq; in Illyrico. Cap.xiij.
De morte Athanasij,patribusq; Aegypti,& episcopatu Moysi. & errore Valen
tis,victoriaq; Valentiniani,& morte eius. Cap. xiiij
De principatu Valentis cum filijs Valentiniani, persecutioneq; eius, & victo-
ria Gratiani. Cap. xv.
De Gothis & Hunis, qualiter Gothi a Valente Arriani effecti, ipsum postmo-
dum cremauerint. Cap.xvi.
De imperio Gratiani,& Valentiniani post mortẽ patrui,& Theodosij a Grati-
ano in regnũ assumpti. De secunda Synodo habita sub Damaso. De morte
Athalarici,occisione Valentis,& eiectione Valentiniani. Cap.xvij.
De imperio Theodosij,paceq; ecclesiæ,ac sacerdotibus Christi. De triumphis,
& humilitate,ac de morte. Cap.xviij.
De principatu Honorij, & Archadij. De Dirimachio monacho, Ioanne etiam
Chrysostomo, ac Theophilo, & Epiphanio. Transitu etiã Martini, & Am-
brosij. Cap. xix.
De rebellione Gothorum, & perfidia Rufini & Gildonis ,euentuq; Maşaşel,
& morte Archadij. Cap.xx.
De imperio Honorij, & rursum de seditione Gothorũ, & irruptione Romanæ
vrbis,sessioneq; ipsorũ in Gallia. Cap. xxi.
De gestis Honorij in Africa,& inuentione. S. Stephani. De morte sancti Hiero-
nymi.De Romanis pontificibus,& pace Augusti cum Gothis, morteq; ip-
sius. Cap. xxij.
De gestis Theodosij iunioris,virtutibusq; eius,& synodo tertia. De bellis,quæ
per duces suos gessit. Cap.xxiij.
De Valentiniano Augusto, Vuisegothis & Ostrogothis. De factione Aetij, &
Bonifacij irruptione, Vuandalorũ in Africã,morteq; Augustini. Cap.xxiiij.
De terremotu Constantinopolitano, & Romano. De initio tyrannidis Atilæ,
morteq; Theodosij. Cap. xxv.
De principatu Martiani,& Valentiniani,synodoq; quarta. De tyrannide Atti-
læ,pugnaq; inter ipsum & Romanos,& Gothos. Cap.xxvi
De euersione Aquileiæ,& processu ipsius vsq; ad Ticinum,donec monitu Leo
nis papæ rediret. Cap.xxvij.
De morte Aetij,& Valẽtini Augusti,irruptione Vuandalorũ in Romanã vrbẽ

De Paulino episcopo, morteq; Attilæ, & Martiani imperatoris. Cap. xxviij.
De principatu Leonis in Oriente, confusioneq; Romani imperij in occidente, morteq; Leonis. Cap. xxix.
De imperio Zenonis in Oriente. De Augusto Romano, & irruptione in vrbem Romam sub Odoacro. Cap. xxx.
Exclamatio, breuisq; imperij recapitulatio. Cap. xxxi.
Qualiter, vnde, vel quomodo Franci in Gallias venerint, ibiq; electis Romanis, regnare cœperint. Cap. xxxij.
Conclusio libri Quarti. Cap. xxxiij.

CAPITA QVINTI LIBRI.

Quomodo Theodericus Gothorũ rex, a Zenone in Italiam missus, Odoacrũ occiderit. ipseq; tyrannice viuẽs, Boetiũ in carcere posuerit, regnumq; cũ vicinis regibus confirmauerit. Caput primum.
De morte Zenonis, & substitutione Anastasij, & schismate Romanæ ecclesiæ, & exilio episcoporũ Africæ, morteq; Anastasij, & Clodouei. Cap. ij.
De imperio Iustini, & reuocatione episcoporũ. de exilio. De persecutione Theoderici, in qua Ioannes papa, Simachus, & Boetius extincti sunt. De morte eiusdem tyranni, & visione inde monstrata, Iustiniq; obitu. Cap. iij.
De principatu Iustiniani, multisq; pietatis eius insignibus, triumphisq; plurimis. De claris viris, qui sub eo fuerũt. De gente Longobardorũ, exaltatione imperij, morteq; eius. Cap. iiij.
De imperio Iustini, eiusq; bonis operibus. De cultu regis Indorũ. De plurimis victorijs per Narsem factis, & introitu Longobardorũ in Italiam, morteq; Augusti. Cap. v.
De imperio Cõstantini, elemosynisq; eius. De pecunia quam inuenit, Persisq; quos per Mauritum deuicit. De Gregorio tunc Archidiacono, ac morte imperatoris. Cap. vi.
De principatu Mauritij, persecutioneq; eius in beatũ Gregorium tunc papam. De viro dei Columbano, discipulisq; suis. De visione & euẽtibus Mauritij, fineq; eius. Cap. vij.
De imperio Focæ, transituq; beati Gregorij. De duobus qui post eum erant, Bonifacio & Cosdroa rege Persarum, interituq; Focæ. Cap. viij.
De principatu Heraclij, magnificoq; eius triumpho, & reportatione. S. crucis. De Anastasio monacho, & Mahumet, regnoq; Dagoberti, & victoria eius. De timendo fine Heraclij. Cap. ix.
De imperio Heraclij, eiusq; nece, & de vltione illoꝝ qui hoc fecerant. De noua hæresi Pyrrhi & Cyri. Cap. x.
De imperio Constantis, & Martino papa. De victorijs eius, & itinere ad vrbem De filijs Dagoberti, morteq; Constantis. Cap. xi.
De principatu Constantini, & synodo congregata, damnataq; hæresi Cyri & Pyrrhi. De Angiso maiore domus Francię, Lamperto episcopo, morteq; Cõstantini. Cap. xij.

De imperio Iustiniani, Constantini, Kiliano, Pipino maiore domus. De Tyberio & Leontio, & septima synodo. Cap. xiij.
De reditu Iustiniani, quẽ mutilatis naribus Tyberius & Leontius expulerant, vltioneq; eius. Qualiter Constantinũ papam vocans, honeste tractauit, Philippicũq; persequens, ab eo occisus est. Cap. xiiij.
De principatu Philippici, hæresiq; eius, & morte. Cap. xv.
De imperio Anastasij, augmentoq; ac victorijs regi Francorum, sub Carolo seniore maiore domus, ac defectu imperij Romanorum, Anastasioq; clerico facto. Cap. xvi.
Q; & Theodosius successor illius, clericus factus, Leoni imperiũ dimiserit, & de inundatione Tyberis. Cap. xvij.
De imperio Leonis Syri, eiusq; impietatibus. De Bonifacio, Pirmenio, Beda, & obsidione regiæ vrbis, morteq; Leonis. Cap. xviij.
De imperio Constantini Leonis filij, eiusq; pessimis operibus, morteq; Caroli, maiore domus, ac successione filioꝝ eius. Cap. xix.
De bellis filioꝝ Caroli, fundatioẽq; Fuldensis monasterij, qualiter vnus monachus factus, alter Pipino fratri rebellans, in pacem sit vocatus. Cap. xx.
Q; Pipinus pro nomine regio consultum ad Romanũ pontificẽ misit, regnante Hilderico Merouingo. Cap. xxi.
Q; reuersis nuntijs auctoritate Papæ Pipinus ad regnum eligitur. & q; Stephanus successor Zachariæ, pro persecutione ad regem venit. Cap. xxij.
Q; Pipinus cũ cæteris Francoꝝ primoribus a sacramẽto absoluitur, & in regẽ vngitur. & de ciuibus Christi, qui hoc tempore erant. Cap. xxiij.
De beato Corbiniano. Cap. xxiiij.
Q; Pipinus rogatu Stephani in Italiã ingressus sit. De morte Bonifacij, rursũq; ingressu Pipini in Italiam. De legatione Constantini ad Pipinum. De bellis varijs Pipini, morteq; eius. Cap. xxv.
De regno Caroli, varijsq; bellis eius cõtra Aquitanicos, & Saxones, ingressuq; eius in Italiam, morteq; Constantini Augusti. Cap. xxvi.
De imperio Leonis, morteq; eiꝰ. & itẽ de victorijs Caroli cõtra Saxões. ca. xxvij
De principatu Constantini, & patriciatu Caroli. Cap. xxviij.
De Tassilone duce qualiter monachus factus sit, & de excæcatione Constantini, imperioq; matris suæ Hyrene. Cap. xxix.
Q; Leo papa male a Romanis tractatus, Carolum ad vrbem vocauerit, ipseq; de obiectis se purgauerit. Cap. xxx.
Qualiter Carolus assumpto pontifice, totoq; populo, Augustus vocatus, imperium a Græcis ad Francos transtulit sub Hyrene. De iudicijs eius quę fecit, & legatione Hyrene. Itemq; de legatione Nicephori imperatoris, muneribusq; regis Persarum. Cap. xxxi
De morte Nicephori, substitutioneq; Michaelis, ac renouatione fœderis inter duos imperatores. Itemq; de depositione Michaelis, morteq; Caroli. Breuis epilogus de eius gestis. Cap. xxxij.
De principatu Ludouici, & Leone papa. itemq; de Stephano, qui imperatorẽ coronauit. De filijs imperatoris, factioneq; Bernardi, ac exitu. Cap. xxxiij.
De promotione Lotharij a Pascali, nuntijsq; Bulgarorum, ac morte Ludouici. Cap xxxiiij.

De intestina pugna triũ fratrũ, diuisioneq; regni Francorũ. Cap. xxxv.
Exclamatio, & excursus contra volubilitatem rerum. Cap. xxxvi.

CAPITA SEXTI LIBRI.

De imperio Lotharij, & Michaelis, regnoq; Caroli, ac monachatu imperatoris, diuisioneq; regni inter filios. Caput primum.
De imperio Ludouici, & Basilij, & coniugio Lotharij, ac cõtrouersia pro regno Caroli. De victoria Ludouici, & pugna Caroli cũ Britonibus. De Noemetico rege Britonum, & Herispeo. Cap. ij.
De causa Lotharij, quomõ pro repudio legitime a Nicolao papa excõmunicatus fuerit, episcopiq; eius fautores damnati, & ingressu Ludouici in occidentalia regna, egressuq; Northmannorũ. Cap. iij.
Quem finem Lotharius fratri succurrere volens, in Italia habuerit, & quomodo post mortem eius patrui regnum diuiserint. De fraude Adelgisi, circumuentioneq; imperatoris, ac victorijs eius, quas gessit in Campania & Lucania. De locustis. Cap. iiij.
Qualiter Carolus rex occidẽtalis Nortmãnos obsidione clausos, deceptus abire permiserit, & quæ mala postmodũ ab eis pertulerit. Cap. v.
De morte Ludouici imperatoris, imperioq; patrui sui Caroli, itẽ Ludouici orientalis regis. & quomodo Carolus regnum fratris sui inuadere gestiens, a filijs eius victus sit, ipsiq; regnum paternum diuiserint. Item de ingressu Caroli in Italiam, morteq; ipsius. De Ludouico Balbo, filijsq; eius, & pugna eorum cum Bosone. Cap. vi.
De morte Carolomanni, filioq; eius Arnolfo, qualiter frater eius Ludouicus regnum sibi subiecerit, & Arnolfo ducatũ Carentanæ tribuerit. Cap. vij.
De imperio Caroli tertij, irruptione Nortmannorũ, morteq; Ludouici, & reditu Caroli imperatoris in Gallias. Qualiter omnibus de semine regio mortuis, ipse monarchiam obtinuerit. Cap. viij.
De depositione Caroli, subrogationeq; Arnolfi, morte Caroli, & cõfusione Romani simul & Gallici imperij. Cap. ix.
Quem Itali, quem Franci orientales regem fecerint. De Vngaris, & irruptione Nortmannorum. Cap. x.
Vbi Arnolfus regnauerit, opera quæ gessit, victoriaq; eius cũtra Nortmannos. Controuersia in occidentali regno Francorũ. Cap. xi.
Quæ Italiam ingressus fortia gesserit, quodq; Ludouico Bosonis filio contulerit. De morte Guidonis in Italia, filioq; suo Lamperto, & Zuentebaldo filio regis, Ottoneq; rege Francorum. Cap. xij.
Qualiter Arnolfus Romanũ imperiũ obtinuerit, quõ item Ludouicus Bosonis filius illud habuerit, & q; diuersi de hoc sentiant. De morte Ottonis, subrogationeq; Caroli, item de morte Arnolfi. Cap. xiij.
De regno Ludouici in orientali Francia, morteq; Zuentebaldi, & discursione Vngarorum. Cap. xiiij.
Qualiter Berengarius a Ludouico primo expulsus, postmodũ cæcato Ludouico imperauerit, quomodo Ludouicus orientalis Franciæ rex, Albertũ comitem fraude Hattonis decollari fecerit, eiusq; terram in fiscum redegerit. De excursione Vngarorũ, morteq; Ludouici. Cap. xv.
De regno Cõradi in orientali Francia, & occisione Vngarorũ, fuga Arnolfi ducis, morteq; regis, & subrogatione Henrici Saxonis. Cap. xvi.
De exordio regni Teutonicorũ, diuersæq; allegationes. Vtrũ regnũ Teutonicorum, vel potius adhuc regnũ Francorũ dici debeat. Cap. xvij.
De regno Henrici in orientali Francia, Carolicq; in occidentali. Decisio litis ducorum regũ pro Lotharingia. De tyrannide Arnolfi Baioariorũ ducis, victoriaq; Henrici super Vngaros. De lancea sacra, morteq; Henrici. Cap. xviij.
De regno Ottonis, triumphisq; eius, tam de Sclauis, q̃ de Belgis. De electione Ludouici, ac per Ottonem restitutione, Synodicq; in amborũ præsentia celebratione. Qualiter Otto Italiam ingressus, Berẽgariũ debellauerit, ipsumq; postmodum cũ Alberto filio in deditionẽ acceperit. De rebellione filij eius Letalfi, itemq; reconciliatione. Cap. xix.
Triumphus Ottonis de Vngaris, traditioq; Scirensis comitis. Itẽq; triumphus Ottonis de Sclauis. Cap. xx.
Querimonia Romanorũ super tyrannide Berengarij. Rex sublimato prius ad regnum filio, Italiã ingressus, palutiũ Papiæ reedificat. Cap. xxi.
Otto Romã veniens a Ioanne papa, ac toto populo Augusti nomen sortit̃, sicq; imperiũ Romanũ ad Teutonicos, vel iuxta alios, ad orientales Francos deriuatur. Imperator Papiam venit, Berengarius fugit. Cap. xxij.
Imperator Ioannem papam, eo q; Albertũ susceperat, pontificatu deponit, & ei Leonem substituit. Cap. xxiij.
Imperator Berengariũ capit, Romanos seditionẽ mouẽtes sternit, & sic ad Spoletum diuertit, rursumq; rediens vrbem obsidione claudit. ac papã quẽ Romani posuerãt, captiuũ abducit. Denuo rediens, quosdã ex Romanis suspẽdit. coronatoq; prius a summo pontifice filio, in Saxonia morit̃. Cap. xxiiij.
De imperio Ottonis secundi, euentuq; eius in Calabria, ac morte ipsius. Traditio Romanorũ. De beato Bartholomæo. Cap. xxv.
De imperio Ottonis tertij, martyrio. b. Adalberti, ac morte impatoris. Ca. xxvi.
De imperio Henrici, triumphis eius, fundationeq; Babenberg, cõuersione Vngarorum, morteq; ipsius. Cap. xxvij.
De regno regis Conradi, eiusq; vxore Gisila. De virtutibus eius, victoriaq; sup Polonos. De rebellione ducum Conradi & Ernusti, reconciliationeq; Ernusti, ac expeditione regis in Italiam. Cap. xxviij.
De promotione Conradi in Imperatorẽ, seditioneq; orta in populo. De reditu eius, rebellioneq; item Ernusti, morteq; eius. Cap. xxix.
De morte Rudolphi regis Burgundiæ, Burgundiaq; data filio imperatoris. De scriptio Galliarum. Cap. xxx.
Rebellio Odonis in Gallia, expeditioq; imperatoris super ipsum, vbi cogit̃ ad deditionẽ. Expeditio imperatoris in Italiam, victoriæq; eius. Occisio Odonis a fidelibus imperatoris, captiuitas pontificũ, excidiũ Parmæ. Processus imperatoris in Apuliam, victoriæq; ibi. Pestilentia redeuntiũ, obitusq; Augusti. Cap. xxxi.
De imperio Henrici, virtutibusq; eius. De euentu ipsius in Boemia, triũphoq; eius in Pannonia. De nuptijs eius, & de morte Leopoldi Marchionis. De

ſchiſmate Romanæ eccleſiæ. De depoſitione Gratiani, ac ſubrogatione Clementis. & quid Hiltebrandus inde ſenſerit. Cap. xxxij.

Henricus Romæ a Clemente coronatur, ac per Apuliam tranſiens in patriã venit. & qui poſtmodũ ab ipſo Romanæ ſedi præpoſiti ſint. & qualiter Bruno qui & Leo, ad epiſcopatũ venerit. De deditione Gotfridi, & Balduuini ducum, & ſynodo celebrata, expeditione Vngarica. De irruptione Nortmanorũ in Apuliam, tranſituq; Leonis, ſubrogatione Teutonicorũ pontificũ, morteq; imperatoris. Cap. xxxiij.

De imperio Henrici, matriſq; eius Agnetis. De liberatione Romanæ eccleſiæ, ac rebellione Saxonum. De morte Alexandri, ſubrogationeq; Gregorij. vij. & ſchiſmate inter regnũ & ſacerdotiũ orto. De virtutibus eiuſdem ſacerdotis, inſtitutisq; ſalubribus. De pugna Saxonũ & regis. Cap xxxiiij.

De viſa cometa, & expugnatione Angliæ. De nuptijs regis, ſententiaq; in eum a ſummo pontifice data, depoſitis ſuper eũ regibus, & in breui occiſis. Cap. xxxv.

Excurſus qualiter intelligi poſſit quod in Daniele legitur, lapidem excisum de monte ſine manibus, ſtatuam in pedibus ex parte ferrei, ex parte fictiles erant percuſſiſſe. Mala temporis illius, obituſq; Gregorij, & terminus libri. Cap. xxxvi.

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

De electione Victoris, conſecrationeq; eius, & morte. Caput primũ.

De expeditione Hieroſolymitana ſub Vrbano, exitu, progreſſuq; ipſorum. De captione Antiochiæ. Cap. ij.

Legatio Sarracenorum ad Gotfridum ducem. Deſcriptioq; antiquæ, ac nouæ Babylonis. Cap. iij.

Item legatio Gotfridi ad regem Babylonicum, fraus Sarraceni, afflictioq; populi dei, victoriaq; ſubſequens, & poſt fames. Expugnatio vrbis Hieruſalem. Cap. iiij.

Dolus item Babylonici regis, victoria noſtrorum, reditus primatũ, ducatusq; Gotfridi ſuper eos qui remanſerant. Cap. v.

Quomodo Vrbanus eiecto Giberto ſedem receperit, ipſeq; moriens Paſcali eã reliquerit. Cap. vi.

De morte Gotfridi, & regno fratris ſui Balduuini. De morte Giliberti ſchiſmatici, Cõradiq; imperatoris filij. De ſecũda tranſmarina expeditione, exituq; eius, ac martyrio Thiemonis epiſcopi. Cap. vij.

De occiſione Sigehardi, inteſtiniſq; malis inter regem Henricum, & filium eius. Cap. viij.

Qualiter poſt multa mala ambo in ripa fluminis Regini armati cõuenerint, paterq; ad vltimum cedere compulſus ſit. Cap. ix.

De curia quæ ad deciſionem litis indicta eſt. De victoria Balduuini regis, ac perfidia Alexij imperatoris. Cap. x.

Qualiter curia celebrata, pater regalia remiſerit, filiuſq; in regnum ſublimatus ſit. Cap. xi.

Qualiter pater adhuc in Belgas tranſiẽs, a quibuſdam receptus, querelas fecit. & poſt pugnam cõmiſſam Leodij mortuus ſit. Cap. xij.

De obſidione Coloniæ, reſtitutioneq; epiſcoporum, ac expeditione contra Vngaros. Cap. xiij.

De magna expeditione Italica, captione ſummi pontificis, ac cede Romanorum. Ca. xiiij.

De captione Reginaldi, nuptijs imperatoris, ſchiſmate regni, anathemate contra imperatorẽ dato. De Burdino, & terremotu, egreſſione Vngarorũ, vltioneq; noſtrorum. Cap. xv.

De pace reformata ſub Calixto, & victoria imperatoris. De Vangionibus. De tributo indicto, morteq; imperatoris. Cap. xvi.

De imperio regis Lotharij, rebellioneq; ducum Friderici & Conradi. qualiter Conradus a Mediolanenſibus ſuſceptus, in regem ſit vnctus. Cap. xvij

De ſchiſmate Romanæ eccleſiæ. qualiter Innocentius Gallias ingreſſus, conciliis celebratis, regem ad defenſionem Romanæ eccleſiæ inuitauerit. De expeditione eius in Italiam, ac ſublimatione eius imperatoria. Cap. xviij.

Qualiter duo fratres in gratiam regis venerint. De duce Polonorũ, rege Datiæ. De ſecunda expeditione imperatoris, geſtiſq; fortibus. Cap. xix.

De fuga Rogerij, & ſubſtitutione Reginaldi. De lite Romani pontificis & imperatoris, morteq; Lotharij. Cap. xx.

De claris viris, qui illo tempore obierunt, & plurimis malis, quæ diuerſis in regnis tunc pullularunt. Cap. xxi.

De ſublimatione Conradi regis, contradictioneq; Saxonum, & Henrici ducis. De fuga Rogerij, & morte Petri Leonis. Cap. xxij.

Qualiter Saxones in pacem vocati ſint, & Henricus dux proſcriptus, & eiectus. De tyrannide Rogerij, & ducatu Leopaldi, Synodoq; Romæ celebrata. Cap. xxiij.

Excurſus de fortuna regis Conradi. De rebellione Saxonũ. Cap. xxiiij.

De pugna Guelfonis, & item illius cum rege. Seditione Ratiſponenſiũ, expeditione ducis contra Guelfonem, morteq; ipſius. Cap. xxv.

De factione Boemorum, expeditioneq; regis illo. De ducatu dato Henrico fratri Leopaldi, maliſq; plurimis ob hoc a Guelfone, & prædicto Henrico prouinciæ Baioariæ irrogatis. Cap. xxvi.

De expugnatione Tiburtinorum, ſeditioneq; Romani populi, & inſtauratione Senatorum, ac morte Innocentij papæ. Item de victoria Veronenſium. De Paduanis. Cap. xxvij.

Quem finem Ioannes Conſtantinopolitanus poſt expeditionem Syriæ habuerit, & qualiter, vel quare filius eius Manuel fœdus cum rege noſtro inierit. Cap. xxviij.

De diuerſis bellis vrbium Italiæ, varijſq; euentibus. Cap. xxix.

Qualiter Edeſſa capta ſit, eccleſiæq; profanatæ. Cap. xxx.

De perſecutione Lucij papæ, legationeq; ipſius ad regem. Qualiter Romanus populus ſenatoribus patriciũ adiecerit. & ob hoc quidã ex eis ab Eugenio Lucij ſucceſſore, anathematis gladio percuſſi ſint. Cap. xxxi.

De nuntio Armenior, causaq itineris ipsius, ac miraculis, quæ in Romana curia vidit. Cap. xxxij.
De episcopo Gabulensi, ac rumoribus, quos de transmarinis regionibus retulit. Cap. xxxiij.
De pace Romani pontificis cũ Romano populo, & itẽ perturbatione. De Borio, & varijs per orbem cõmotionibus, terminusq historiæ. Cap. xxxiiij.
Descriptio diuersor ordinũ religiosor, terminusq libri Septimi. Catalogus Regum, & Pontificum. Cap. xxxv.
De morte Conradi imperatoris, in cuius locum Fridericus dux Sueuorum rex electus. & quomodo maximum schisma in ecclesia dei oriri cœpit. Tandem Alexander confirmatur, qui Romæ concilium celebrauit. Item quomõ imperator bis Longobardiam intrauerit, Mediolanũq ceperit. tandẽ quo pacto Henricũ filiũ regia dignitate sublimauerit, data ei prius vxore nobili. & qualiter idem Henricus Bresacum ædificauerit. Cap. vltimũ.


CAPITA OCTAVI LIBRI.

De quadrifaria ecclesiæ persecutione. Ex qua tribu Antichristus nasciturus sit. Caput primũ.
De discessione quæ eius aduentum præcedet. Cap. ij.
De ipso eius aduentu, ac persecutione quæ sub ipso fiet. Cap. iij.
De vita, & doctrina eius. Cap. iiij.
De Enoch & Helia. Cap. v.
De tempore tyrannidis eius. Cap. vi.
Quæ percusso eo aduentum domini signa præcedant. Cap. vij
De exterminatione sæculi per ignem. Cap. viij.
Qualiter intelligendũ sit, Cœlum & terra transibunt. Cap. ix.
De bifaria resurrectione mortuor. Cap. x.
Qualiter auctoritate & ratione probari possit resurrectio mortuor. Cap. xi.
Qua ætate, sexu, vel forma resurgant mortui. Cap. xij.
An monstruosi, & abortiui resurgent. Cap. xiij.
Vtrũ qui viui reperiantur, in illo statu obuiam Christo rapiantur, vel moriantẽ vt denuo resurgant. Cap. xiiij
De nouissima tuba. Cap. xv.
De vltimo iudicio, & terrore seu forma iudicantis. Cap. xvi.
De facilitate iudicandi. Cap. xvij.
De quadripertito ordine iudicantiũ, & iudicandorum. Cap. xviij.
Vbi iudicium fiat. Cap. xix.
De celeritate iudicij. Cap. xx.
De interitu reprobæ ciuitatis. Cap. xxi.
De aureo calice Babylonis. Cap. xxij.
De qualitate pœnarũ. & quid sit, Vermis eorũ nõ morietur. Cap. xxiij.
Quomodo intelligendũ sit, Eadem mensura qua mensi fueritis &c. si temporaliter peccantibus æternæ pœnæ irrogentur. Cap. xxiiij.

Si in pœnis positi, de transactis malis vere pœniteant, vel peccandi adhuc voluntatem habeant. Cap. xxv.
Si post iudicium extra infernũ inferiorẽ ad leuiores pœnas locus remaneat. & quid de paruulis, qui solo originali tenentur. Cap. xxvi.
Quomodo ignis ibi ardeat, & non luceat. Cap. xxvij.
De gloria & exaltatione ciuitatis dei. Cap. xxviij.
Qualia post resurrectionẽ sancti corpora habeant. Cap. xxix.
Qualiter præteritor memoriam habeant. Cap. xxx.
De diuersis in cœlesti curia mansionibus. Cap. xxxi
De tribus ternis angelorum. Cap. xxxij
Qualiter in eor ordines sancti proportionaliter assumantur. Cap. xxxij.
Quomodo stare possit, q tantus numerus elector, quantus ibi remansit angelorum, si iuxta decimã dragmã, decima tantũ pars angelor perdita, per homines restauranda putabitur. Cap. xxxiij.
De beatitudine sanctorum. Cap. xxxv.
Qualiter deus videatur. Cap. xxxvi.
De fine vtriusq ciuitatis. Cap. xxxvij.

FINIS.

VITA OTTONIS PHRISINGENSIS,
Ex hiſtoria Auſtrali Aeneæ Syluij ſumpta.



TTO Phriſingenſis eccleſiæ præſul, patre Leopoldo tertio oriẽ tali Marchione, & Agnete Henrici quarti Impe. Aug. filia natus, ab ipſa puericia religionis ſtudia ſectatus eſt. Qui vt primum latiꝰ nas edidicit literas, ad Ciſtertienſes monachos ſeſe contulit. atq; in monaſterio Morimundi ordinem profeſſus, regulare imbuit diſciplinam. Mox vero in Parriſios miſſus, apud celebrem illam ſcholam, & orbe toto famoſam liberales artes, ipſamq; totius vitę magiſtram ſectatus philoſophiam, deniq; altiſſimæ theologiæ edificandis arcanis totum ſe tradidit. Quibus in rebus cũ reliquis ſui æui doctiſſimis viris præſtare videretur, eorũ monachoꝰ conſequi magiſteriũ meruit, quoꝰ fuerat ante diſcipulus. In monaſterio Morimũdenſi abbas ordinatus, in quo multa laudatiſſimæ cõuerſationis ſuæ documenta relinquens, ad eccleſiam deniq; Friſingẽ, vocatus, pontificẽ clariſſimũ geſſit, diſtracta prædia vendicauit, collapſa ædificia reſtituit, religionẽ quæ pene interierat in priorẽ erexit formam, tantaq; illi eccleſiæ bona contulit, vt fundator eius magis q; inſtaurator eſſe putaretur. // Fuit autẽ Otto duorũ Cęſarũ, qui ſuo tẽpore imperarunt, vnius quidẽ frater, alterius patruus. Et cũ fratre quidem Conrado in Græciã Syriamq; profectus, bellis omnibus interfuit, quæ cũ Turcis Sarracenisq; ſeu ſecunda, ſeu aduerſa geſta ſunt, conſilioq;, & armis rem chriſtianam iuuit. Vidit Hieroſolymã, & ſacrã domini Saluatoris tumbam, ipſoq; in lorda ne lauari meruit. Neq; in tot curis, totq; laboribus ſtudia literarum neglexit, in ocio negotiũ, & in negotio ſectatus ocĩ. Hiſtoriã eñ ab ortu mũdi vſq; in ſua tẽpora nõ inutilem deduxit, atq; in octo digeſſit libros. Quoꝰ ſeptẽ geſta mortaliũ referunt, magnamq; nobis Germanicarũ rerũ noticiam reddũt. Octauus ſupernã Chriſti ciuitatẽ pulchre periteq; figurat. In dialectica quoq; ac philoſophia opuſcula nõnulla edidit, primusq; diſputãdi ſubtilitatẽ ex Ariſtotelis doctrina receptã, ad Baioarios Auſtralesq; detulit. Orauit eccleſiaꝰ cauſas, pupillos viduasq;, & omne oppreſſorũ genus hominũ apud imperiale tribunal inde feſſe tutatus eſt. Ad poſtremũ Friderici Cæſaris nepotis ſui res geſtas ſcribere adorſus, haud abſoluere opus valuit. Radebinus eius diſcipulus, & Friſingẽſis eccleſiæ præpoſitus, ſummã operi manũ adhibere conatus, & ipſe ante Friderici cũ e vita migrauit. Illud in Ottone dignũ laude. Qui licet fratris nepotisq; geſta memoriæ traderet, qui Romanoꝰ pontificũ hoſtes fuere, ita tamen hiſtoriæ legem ſeruauit, vt neq; cognatio veritati, neq; cognationi officeret veritas. Is cũ ſecũdo Friderico Imperator Italiam peteret, vocatus ab eo conſilij cauſa ob ſe niĩ ſeſe excuſauit, q; ſi ſecutus nepotẽ fuiſſet, haud dubie inter illum & ſummũ ſacerdotẽ, quod poſtea interuenit, diſcidio obuiaſſet. Cõtulit autẽ ſe Otto ad cõcilĩũ Ciſtertiẽ, ordinis, quod Morimundi agebat, vbi morbo preſſus, vocatis ad ſe in cubiculũ monachis, plura de bono religionis, de immortalitate animę, de pœna damnatoꝰ, de gloria ſaluatoꝰ, grauiter ſapienterq; locutus, ad poſtremũ opera quæ ipſe ſcripſiſſet, emendationi patrum cõmiſit, ac ſuſcepto euchariſtiæ ſacramẽto, & oleo ſancto delibutus, animã creatori reddidit. Corpori eius apud altare maius, ſepulchrum erectum eſt, fratribus eius ordinis apprime venerandum.

ALBERTVS Frater Erneſti ducis Sueuorum.
Hic Auſtriam ab Hungarorum armis vendicauit.

Leopoldus, in nuptijs Henrici tertij imperatoris mortuus, & ſepultus Treueris eſt.

Herneſtus occiſus in bello contra Henricum quartũ.

Leopoldus ſecundus.
Itha filia Henrici Imperatoris vxor.

Albertus.

Leopoldus tertius.
Agnes filia Henrici quarti, & ſoror Henrici quinti. quę prius Friderico Sueuoꝰ duci nupſit, ex eoq; Fridericum & Conradum peperit.

Leopoldus, iiij. factus a Cõrado rege dux Baioariæ, ſepultus in Auſtria in monaſterio S. Crucis, ordinis ſancti Bernardi.

Henricus natu maior recepit Gertrudim filiam Lotharij ſecũdi Imp. relictã Henrici ducis Baioarię. Hic fuit creatus primus dux Auſtriæ a Friderico primo, & monaſteriũ Viennæ erexit, quod vocatur Scotorum.

Conradus epꝰ Saltzburgeñ.

Otto Friſingeñ.

Gertrudis vxor ducis Boemię.

Bertha vxor ducis Poloniæ.

Iuditha vxor marchionis Mõtiſſerrati.

Leopoldus quintus. Auia eius fuit Agnes, filia Henrici quarti, proauia Itha.

AD LECTOREM.

¶ Quiſquis iucundas & Reip. vtiles literas legere cupis, reuoluito noſtratem Othonem Phriſingeñ. in his annalibus ſuis. quas vel exteri ſummis laudibus efferunt, multiq; iamdudum diuulgari deſyderarunt. veluti nõ ſolum antiquorum geſtorum reminiſcentiam, verum etiã ductum præbentes, quo ex miſera tandem ſeruitute chriſtianiſſima natio noſtra emergere poſſit. ¶ Stude lector fabulis hiſtorias, Poetis oratores, vanitati veritatem, ſpurcitiæ pudicitiam, ſcenicis morales actus anteferre. Veritatem geſtarum rerum, & optimi patris Antiſtitis quondam Phriſingeñ. ad virtutes incitabula plane hic offendes. Viſurus es quales olim extiterint epiſcopi, nec niſi falſo nobis perpetuam barbariem ab alienigenis tribui poſſe. Verum etſi multa cura, magnoq; labore, amicorum de niq; ope, exemplaria partim de cœnobio diui Trutberti, in pedibus ſyluæ Herciniæ ſito, partim ex Marppachio Canonicorum ſanctiſſimi Auguſtini Baſilienſis dioceſis conquiſierimus (originale enim ad nos miſſum, non vſquequaq; examuſſim caſtigatum, aut abſolutum fuit) fieri potuit, vt nõnullis in locis (labi enim humanum eſt) apices ſeu clauſulæ deprauatæ ſint. Nos vero quantum ex temporis anguſtia, laborumq; multitudine licuit, mendas hoc loco ſubiecimus, vt facile quæcunq; errata diſpungantur. Aequo te precamur animo candide lector, Othonem ſuſcipito, legito, ac gaudeto, talem nobis Germaniã dediſſe virum, cuius imitatores ammodo daturam non diffidimus. adeo per chalcographiam diſſeminantur volumina, adeo ſtudium viget, adeo in bonis literis, non fabulis, aut ſpurcis poematibus plericq; noſtratium incipiunt delectari. Vale in domino. Argentorati, ex officina Matthiæ Schurerij. Prima Martij, Anno ſalutis noſtræ, XV. poſt, M.D.

ERRATA Annalium Ottonis.

¶ Folio primo, dictum. dele ſecundũ dictum. ¶ Folio. ij. in titulo ſecundi capitis, ſcribe a paternis. ¶ Fol. iij. lege annorum curricula. ¶ Ibidem lege, fuerunt autẽ ab Adam. ¶ Folio. iiij. lege, At his a Romanis &c. ¶ Ibidem lege, Europe rege. ¶ Itẽ folio. viij. lege, elapſus Achiuis. &, ſuperare Timaui. ¶ Capite. xxvi in margine dele Vergilius, quia Homeri verſus ſunt. ¶ Folio. xij. facie. ij. pro dubitaſſe lege diſputaſſe. ¶ Folio. xiij. lege Crœſum quoq; regem. ¶ Ibidem lege, Mulier cum toto deleuit. ¶ Folio. xiij. lege, octo tantũ annis regnauit. ¶ Eodem, lege, circumfundi cerneret. ¶ Folio. xvij. lege, antiquæ legis martyres. ¶ Ibidem lege, tanq; patri ſucceſſit. ¶ Eodem, lege, liberum per ſe cœpit regnare. ¶ Item folio. xix. lege, poſt Agrigentũ Siciliæ vrbem. ¶ Folio. xxi. lege, Quod quidem Romani. ¶ Ibidem lege, ſtrageq; ſuorũ comperta. ¶ Eodem, lege, ſol minor parme viſus in cœlo. ¶ Eodem, lege, ſcuta ſanguinem ſudaſſe. ¶ Folio xxij. lege, Cambyſes furioſus. ¶ Item folio. xxv. ſcribe, cũ vico iugario. ¶ Item folio. xxiij. in titulo capitis. xlvi. lege, Pompeiũ in orientem. ¶ Fo. xxxiij. lege damnũ in exercitu incaute. ¶ Eodem, lege, & pudore promiſcuos & illicitos. ¶ Folio. xxxv. lege, ne & noxij perturbentur. ¶ Fol. xxxvij. lege, Stephano etiã mortuo Sixtus. ¶ Fol. xxxix. lege, quã etiã poſtmodũ firmiori muroꝝ ambitu. ¶ Folio. l. lege, in campis ergo Catalaunicis vterq; conſedit. ¶ Fol. lij. lege, vltra Ligerim conſederunt. ¶ Et paulo poſt ibidem lege, Tornaco & Cameraco. ¶ Fo. liij. lege, redimere. c. ſolidoꝝ. ¶ Fol. liij. in initio capitis lege, Occupato a barbaris. ¶ Et paulo poſt lege, iuxta Sontiũ fluuiũ Aquileienſiũ. ¶ Eodẽ fo. lege q̃ mortuo eo, p̃ Dalmaticã ipſius feretro impoſitã. ¶ Itẽ fo. lv. ſcribe, Quos Beliſarius Gothicæ ac Vandalicæ victor. ¶ Fol. lviij. lege, adiutorio Trebellij. ¶ Fol. lxi. lege, Huic Caroli filio deſpõſata a matre ſua. ¶ Eodem, lege, Aetius patricius vocũ. ¶ Et ibidem legendũ, Nicephorũ fratrẽ ſuũ imperatorẽ. ¶ Fo. lxiij. lege, inter Iuram & montem Iouis. ¶ Item fol. lxx. lege, in tumba Porphiretica ea collocauerit. ¶ Ibidem æſtimo legendũ, prædicans Prutenis. ¶ Eodẽ lege, occubuerat, proſapiam ducẽs ex parte matris. ¶ Ibidem lege, quod pater eius ad ignominiã. ¶ Fo. lxxi. lege, Burgundiæ ſeu Galliæ Lugdunenſis. ¶ Itẽ fo. lxxij. lege Hic per omnia patrẽ in virtutibus. ¶ Fol. lxxiij. lege, cui Gebehardus Eiſtetenſis, qui & Victor. ¶ Fo. lxxv. lege, Dominus ergo afflictionẽ populi ſui. ¶ Fol. lxxvi. lege, partibus regni ad idem accendit. ¶ Ibidẽ, rebellionem contra patrem in Noricis. ¶ Eodem, lege, Rotardo Moguntino archiepiſcopo. ¶ Item fo. lxxvij. lege, Rheni binge. ¶ Eodẽ lege, a probabilibus viris. ¶ Fol. lxxviij. lege, fœlicis memoriæ martyris Themonis. ¶ Eodem, lege, tanq; nocẽs cũ per omnia eſſet innocens. ¶ Item fol. lxxix. lege, epiſcopũ Romanæ ſedi violenter ¶ Ibidem lege, inueſtiturã epiſcoporꝝ legato apoſtolicæ ſedis. ¶ Folio lxxxi. lege, guerram, tot prædis & incẽdijs. ¶ Ibidẽ lege, habuerat, & quibuſdã de regno. ¶ Fo. lxxxij. lege, fœdus inierat, ab Antiocheno. ¶ Eodem, lege, ferro flammaq; depaſcens prouintiã. ¶ Fol. lxxxiiij. in fronte, lege, vtriuſq; regni principibus. ¶ Eodem, lege, Principis matre Balduini. ¶ Fol. lxxxv. lege, mentio facta eſt. ¶ Ibidem, lege, querimoniã ſuã de priuatione paterni regni. ¶ Fol. xc. in capite vltimo (quod non videtur Ottonis, ſed alterius cuiuſdam eſſe) lege Rogerij ſcilicet & Vuilhelmi. ¶ Item Iuuauienſis legendum, & non Iuuanienſis, quoties id offendes.

MENDAE GESTORVM FRIDERICI PRIMI IMPERATORIS.

¶ Folio. vij. lege, multis Græcoꝝ xenijs honoratus. ¶ Item fol. viij. lege, nobiliſſimæ contoralis noſtræ, volumus &c. ¶ Fol. xi. legendũ ita opinor, qui Teutonica lingua Leuuelt, quod nos vacantẽ &c. ¶ Fo. eodem legendũ æſtimo, Vicinum oppidũ Viennis. Nam Viennã Auſtriæ ciuitatẽ notiſſimam intelligit. ¶ Fol. xij. lege, interſerens, q̃ Iudei in ciuitatibus. ¶ Item fol. xxxix. lege, vltimum fatum cernens imminere. ¶ Fo. lxxx. lege, diſcordias & lites, & periuria bona eſſe.

PROOEMIVM ad Singrimum.

SAepe, multumq; voluendo mecũ de rerum temporaliũ motu, anci pitiq; ſtatu, vario ac inordinato prouentu, ſicut eis inhærendũ a ſa piente minime conſidero, ſic ab eis tranſeundũ, ac migrandum in tuitu rationis inuenio. Sapientis enim eſt officiũ, nõ more volubi lis rotæ rotari, ſed in virtutum conſtantia ad quadrati corporis modũ firmari. Proinde quia temporꝫ mutabilitas ſtare nõ poteſt, ab ea migrare (vt dixi) ſapi entem ad ſtantem, & permanentem æternitatis ciuitatẽ debere, quis ſani capi tis negabit? Hæc eſt ciuitas dei Hieruſalem cœleſtis, ad quã ſuſpirant in pere grinatione poſiti filij dei, confuſione tẽporaliũ, tanq; Babylonica captiuitate grauati. Cum enim duæ ſint ciuitates, vna temporalis, alia æterna, vna mundi alis, alia cœleſtis, vna diaboli, alia Chriſti, Babyloniã hanc, Hieruſalem illam eſſe catholici prodidere ſcriptores. Sed quia plæriq; gentiliũ, ad cõmendanda poſteris geſta priorum, de vna earum plura ſcripſerunt, multa documẽta virtu tum, vt ipſi rati ſunt, proſecutiones vero miſeriarũ noſtrorũ iudicio nobis reli querũt. Extant ſuper hoc Pompeij, Trogi, Iuſtini, Cornelij, Varronis, Euſebij, Oroſij, Iordanis, aliorũq; q̃plurium, tam noſtrorꝫ, q̃ illorũ, quos longũ eſt enu merare, monimenta præclara. in quibus nõ tam hiſtoriam, q̃ erumnoſas mor talium calamitatũ tragœdias, prudens lector inuenire poterit. Congrua ſane, ac prouida diſpenſatione creatoris id factum credimus, vt quoniã homines va ni terrenis, caducisq; rebus inhærere deſyderant, ipſa ſaltem viciſſitudine ſui deterreantur, vt a creatura ad creatorem cognoſcendũ, per tranſitoriæ vitæ mi ſeriã mittantur. Nos autẽ tanq; in fine temporꝫ conſtituti, nõ tam in codicibus eorum erumnas mortaliũ legimus, q̃ ex ipſis noſtri temporis experimẽtis, eas in nobis inuenimus. Vt enim de alijs taceam, regnũ Romanorꝫ, quod in Dani ele propter totius orbis bello domiti ſingularẽ principatũ, quẽ Græci monar chiam vocant, ferro cõparatur, ex tot alternationibus maxime diebus noſtris, ex nobiliſſimo factum eſt pene nouiſſimũ, vt de vrbe, ſenatu, Populoq; Roma no, iuxta dictũ Poetæ dictũ. Vix magni ſtet nominis vmbra. Ab vrbe quippe ad Græcos, a Græcis ad Francos, a Francis ad Longobardos, a Longobardis rurſum ad Theutonicos Frãcos deriuatũ, nõ ſolum antiquitate ſenuit, ſed etiã ipſa mobilitate ſui, veluti leuis glarea, hac, illacq; aquis circũiecta, ſordes mul tiplices, ac defectus varios contraxit. Oſtenditur igitur in ipſo capite mundi, mundi miſeria, ipſiusq; occaſus toti corpori minatur interitũ. Sed quid mirum ſi cõuertibilis eſt humana potentia, cum labilis ſit etiã mortaliũ ſapientia? In Aegypto enim tantam fuiſſe ſapientiã legimus, vt ſcd'm Platonẽ, Græcorꝫ phi loſophos pueros vocarẽt, & immaturos. Moyſes quoq; legiſlator, cũ quo deus tanq; vicinus cum vicino loquebatur, quẽq; diuina ſapientia repleuit, erudiri omni ſapientia Aegypti nõ erubuit. Nonne ille magnus patriarcha, pater gen tium a domino cõſtitutus, Abraam Chaldeorꝫ diſciplinis inſtitutus, ſcientia prædítus, ad vocationẽ dei mores deſeruit, prudentiã nõ dimiſit? & tamen illa magna Babylon nõ ſolum ſapientia præclara, ſed & glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldeorꝫ, iuxta Eſaiæ vaticiniũ, ſine ſpe reparationis, ſyrenarum facta eſt delubrũ, domus draconũ & ſtruthionũ, latibulũ ſerpẽtium. Aegyptus quoq; magna ex parte inhabitabilis narraf, & inuia. Hinc tranſlatã eſſe ſciẽtiã

ad Græcos, deinde ad Romanos, postremo ad Gallos, & Hispanos, diligens inquisitor inueniet. Et notandũ, ꝙ omnis humana potentia, seu scientia ab oriente cœpit, & in occidente terminaꝛ, vt per hoc rerum volubilitas, ac defectus ostendaꝛ. quod in sequentibus deo annuente, plenius ostendemus. Quia ergo propter has, & hmõi varietates mũdus probaꝛ cõtemnendus, necessariũ ratus sum ad petitionẽ tuã frater charissime Singrime, historiã texere, per quã largiente deo, erumnas ciuiũ Babyloniæ, gloriã etiã regni Christi post hanc vitam sperandã, in hac expectandam, ac prægustandam Hierusalem ciuibus ostenderẽ. Proposui vero prioris cõflictationes, & miserias, quantũ deus dederit, vsq; ad tempus nostrũ deducere. De spe quoq; sequentis, quantũ ex scripturis colligere potuero, nõ tacere, sed & ciuiũ eius in hac peregrinantiũ, memoriã facere.

Quos secutus est.

Sequor autẽ in hoc opere, præclara, potissimũ Augustinũ & Orosium, ecclesiarũ lumina, eorũq; de fontibus ea quę ad rem, propositũue pertinent, haurire cogitaui. Quorũ alter de gloriosæ ciuitatis dei exortu, siue progressu, debitisq; finibus, quomodo inter mũdi ciues semper profecerit, quiq; eius ciues, vel principes, quibus principũ, seu ciuiũ seculi tẽporibus extiterint, acutissime, diserti simeq; disputauit. Alter vero contra eos, qui christianis tẽporibus priora prę ferentes inaniter garriebant, de rerũ humanarũ varijs, ac miserrimis euentibus, bellis, bellorũq; discriminibus, regnorũq; mutationibus, vtilissimã ab orbe condito vsq; ad tẽpus suũ texuit historiam. Quorũ vestigia sequendo, sic de vtraq; dicere proposuimus, vt tenorẽ historiæ nõ omittamus, quatinus & religiosus auditor, quid in mundanis rebus ob innumeras mutationũ miserias, abhorrendum sit animaduertat, ac studiosus, seu curiosus indagator, nõ cõfusam rerum præteritarũ seriem inueniat. Nec iuste me reprehendendũ arbitror, si post tantos, tantæq; sapientiæ ac eloquentiæ viros, imperitus scribere præsumpserim. dum & ea quæ ipsi copiose, profuseq; dixerunt, cõpendio stringere, & ea quæ post ipsorũ tẽpora ecclesiæ dei profutura, seu contraria a ciuibus mundi huius acta sunt, cuius inculto stilo executus fuerim. Nec illo me Satyrici versu Poetæ quo ait, Scribimus indocti, doctiq; poemata passim, feriendũ crediderim. dũ non temeritatis, vel leuitatis, sed charitatis, quæ semper imperitiã excusare nouit, gratia tam arduũ opus, cuius indoctus, aggredi ausus sum. Neq; digne me quisq; in his quæ iuxta tẽporis huius cõsuetudinẽ, incredibilia forte videbuntur, arguere mendacij poterit. cum nil vsq; ad recentẽ memoriã, præter illa quæ in probatorũ virorũ scriptis repperi, pauca de multis posuerim. Nõ em̃ propter hoc eos, si quidam ex ipsis apostolicã in scribendo seruauere simplicitatẽ, contemnẽdos iudicauerim. dum sicut nõnunq; erroris fomes arguta sit subtilitas, sic semper veritatis amica sancta sit rusticitas. De huius igit̃ erumnosa mutabilitate, de illius fœlici stabilitate locuturus, deum qui huius turbulentã confusionẽ patienter tolerat, illius iocundã tranquillitatẽ visione sui auget, & glorificat, inuocemus, quatinus eius auxilio ea quæ sibi placent, dicere possimus.

Horatius ĩ arte poetica.

ORDO LIBRORVM.

¶ Primus liber protenditur vsq; ad Arbatum, regnicq; Babylonici translationem factam ad Medos, initiumq; Romani nominis.

¶ Secundus ad ciuile bellum Romanorũ, Iulio, Pompeioq; auctoribus, actũ, necemq; Cæsaris, ac initium natiuitatis domini.

¶ Tertius ad Constantinũ, temporaq; christiani imperij, regni quoq; Romani translationem factam ad Græcos.

¶ Quartus ad Odoacrum, regnicq; inuasionem a Rugis.

¶ Quintus ad Carolum, regnicq; mutationem ad Francos, & ad diuisionem regni, & imperij sub nepotibus eius.

¶ Sextus ad Henricum quartũ, schismaq; inter regnum & sacerdotiũ, anathema promulgatum in imperatorem, papam Gregoriũ. vij. vrbe pulsum, ac Salerni mortuum.

¶ Septimus vsq; ad seditionẽ Romani populi, annumq; ix. Conradi regis.

¶ Octauꝰ de antichristo, resurrectiõeq; mortuorũ, & de fine vtriusq; ciuitatis.

OTTONIS EPISCOPI FRISINGENSIS, RERVM AB ORIGINE MVNDI, AD IPSIVS VSQVE TEMPORA GESTARVM, LIBER PRIMVS.

Proœmium, & diuisio orbis. CAPVT I.

GEstarum rerum ab Adam prothoplasto, vsq; ad tẽpus nostrum seriem executurus, primo ipsum quẽ habitat genus humanum orbem, sicut a maioribus accepimus, breuiter distinguamus. Tres mundi partes esse scriptores asserunt, Asiam, Africam, Europam. Quarũ primã duabus posteri oribus magnitudine coæquant, cuius quidam duas tantũ partes constituerint, Asiam videlicet, & Europam, ita vt Africam propter sui paruitatẽ adiunxerint Europæ. Qui Africam tertiam mundi partẽ dixerunt, non rationes dimensionũ, sed refluxiones marium secuti sunt. Quarum prouincias, situs, regiones qui velit cognoscere, legat Orosium.

Tres partes mũdi.

Qualiter Adam de paradiso eiectus, vtroscq; ciues genuerit, & quo tẽpore iuxta Iosephum, & paternis legibus declinare homines, & gigantes generari cœperint. CAPVT II.

ADorientẽ igitur, quantũ ex scriptis Geneseos conijci potest, in terra Eden creata paradisus creditur. Vbi dũ primus homo positus, verbo dei factus inobediens, in hanc peregrinationẽ iusto dei iudicio deiectus est, cœpit maledictionis terrã excolere primũ in Asia. Genera uit autẽ filios vtriusq; ciuitatis, de quibus agere proposuimus, primos ciues. Quorũ prior inuidia, & bonis operibus alterius incitatus, fratrẽ interfecit, primusq; in hac valle lachrymarũ ciuitatẽ constr uxit. Occiso Abel, alius Adæ filius Seth scilicet, qui resurrectio interpretaꝛ, nascitur, a quo postmodũ populus dei propagatur. Ab hoc sextus magnus ciuitatis dei ciuis Enoch fuit, qui intantũ deo placuit, vt ab ipso translatus ad vltima ecclesiæ tẽpora, in loco cunctis mortalibus incognito, viuus reseruet̃. Hominũ vero genus crescere cœpit, & multiplicari, donec filij dei ad filias hominũ accedentes, genera uere gigan-

Enoch.

tes. Quod quidã minus gnauiter intelligentes, præsertim cũ pro filijs dei alia translatio habeat angelos, malignos spiritus assumptis corporibus, quos incubos vocant, mulieribus mixtos putant. Alij filios dei ex Seth, filios hominum ex Cain natos autumant, ac illos ex harum cõiunctione, sicut de Salomone habes, ad obliuionem dei prouocatos, indeq; iram eius in omnes pariter exarsisse affirmant. Et de his quidem qui ex Seth generati, vsq; ad septimã generationẽ iuste vixerunt. Iosephus in primo antiquitatũ libro sic ait. Disciplinã rerũ cœlestium, & ornatũ earum primitus inuenerunt. Et ne dilaberẽt ab hominibus quæ ab eis inuenta fuerant, aut anteq; venirẽt ad cognitionẽ, deperirent. cum prædixisset Adam exterminationẽ rerũ omniũ, vnam ignis virtute, alterã aquarũ vi ac multitudine fore venturam, duas quidẽ columnas faciẽtes, aliã ex lateribus, aliam vero ex lapidibus, ambabus quæ inuenerant conscripserunt. vt si constructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere. quæ tamẽ lapidea hactenus permanet in Syria. Et ista quidẽ, vij. generationibus permanserũt. De alijs vero sic. Deinde animũ iudicantes esse dominũ, & ad virtutẽ semper respicientes, tẽpore proceden te de paternis solẽnitatibus ad mala progressi sunt. Et infra. Nam mali angeli mulieribus coeuntes, iniurioſos filios genuerũt. qui omne bonum despicientes propter confidentiã fortitudinis, similia his qui dicti sunt a Græcis gigantes, perpetrasse traduntur.

Iosephus cap. 4.

Cap. 5.

De diluuio iuxta Iosephum, & item de longitudine antiquoꝝ patrum gentiliũ auctores, annorũ numerus iuxta diuersas trãslationes, capitaq; familiarum ab Adam vsq; ad Noe. CAPVT III.

TAcq; cũ deus crescente malicia, genus humanum delere cogitasset, Noe iusto viro, decimo ab Adam, cũ vxore, ac filijs, totidẽq; vxoribus eorum, quæ sunt octo animæ, in arca saluatis, cæteros aquis diluuij perdidit. Huius diluuij & arcæ, cuius quidã ex nostris ab Adã xsq; ad Nini tẽpora a scriptoribus gentium prætermissa, vel ignorata fuisse putent, vt item Iosephus ait, memoriã faciũt omnes, qui historias barbaricas conscripserunt. Quoꝝ vnus Berosus taliter est effatus. Dicitur autẽ & nauis eius, quæ in Armeniam venit, circa montem Chordicum, adhuc aliqua pars esse, & quosdam bitumen inde tollere, quo maxime homines ad expiationẽ vtuntur. Meminit autẽ & horũ Hieronymus Aegyptius, qui antiquitatẽ fœnicis nosciẽ descripsisse. Sed & Manaseas Damascenus in. lxxxvi. historiarum libro ita de his dicit. Est & super Miniadam excelsus mons in Armenia, qui Paris appellatur, in quo multos cõfugientes sermo est diluuij tempore liberatos, & quendã simul in arca deuectum in montis Ocilę summitatẽ, lignorũq; reliquias multo tempore conseruatas esse. Item de patribus, qui tam longo ante diluuium vixerunt tẽpore, Iosephus in primo antiquitatũ libro sic ait. Nullus ad vitam modernam, & annoꝝ breuitatẽ, quibus nũc viuimus, vitam cõparans antiquorũ, putet falsa quæ de illis sunt dicta. Illi enim cum essent religiosi, & ab ipso deo facti, cũ eis pabula opportuniora ad maius tempus existerent præparata, tantorum annorũ circulis rite viuebant. Deinde propter virtutes, & gloriosas vtilitates, quas iugiter perscrutabant, astrologiã, geometriã, deus eis amplius viuendi spaciũ cõcessit, quæ nec ante edisce potuissent, nisi. Dc. viuerẽt annis.

Berosus. Iosephus cap. 5.

Cap. 8.

Per tot em̃ annorũ circula magnus annus impletur. Testes autẽ mei dicti sunt, omnes qui antiquitatẽ apud Græcos, & barbaros conscribere maluerũt. Nam & Manethon, qui descriptionẽ fecit Aegyptiorum, & Berosus, qui Chaldaica deflorauit, & Mochus, & Estius. ad hæc & Hieronymus Aegyptius, qui phœnicã disposuerũt, cũ dictis meis cõcordãt. Ysiodus quoq;, & Hgatheus, & Hellanicus, & Acusilaus, & inter hos Ephorus, & Nicolaus in historijs suis memoriam faciunt antiquoꝝ annis mille viuentiũ. Hæc Iosephus. Quod autẽ superius dictum est, quosdam ex nostris a scriptoribus gentium, tempora illa ignorata, vel stilo suppressa putasse, sic intelligi potest, q̃ barbaros non dignati fuerint inter scriptores computare. Vel q̃ tunc primo scripta aliqua auctoritate digna arbitrentur, cum per annorũ digestionem in ordinem redacta fuerint. Fuerant autẽ ad Adam vsq; ad diluuiũ iuxta septuaginta interpretes anni duo milia. cclxij. iuxta Hieronymũ. M. Dc. lxvi. Capita familiarũ decem. Adam, Seth, Enos, Cainan, Malalehel, Iareth, Enoch, Matusalem, Lamech, Noe.

Manethon. Berosus. Mochus. Estius. Ysiodus. Elatheus. Ellanecus. Achlausis. Efforus. Nicolaus.

Quomodo post diluuiũ genus humanum a filijs Noe multiplicari, quibus in terris primo dispergi cœperit. De turre quoq; Babel, & confusione linguarum. Auctoritas etiã de hoc Sybillæ. Supputatio quoq; diuersa a Noe vsq; ad confusionẽ linguarum. CAPVT IIII.

RAnsacto diluuio, Noe cum vineam plantaret, vinum bibens inebriatur, & ex ebrietate nudatus est. Quod vnus filioꝝ videns, derisit, alter operuit. Fuerunt itaq; hi duo fratres, primi post diluuiũ ciues ciuitatum, de quibus agimus. Ab his & tertio Sem scilicet, Cham & Iaphet, diffusis vbiq; filijs, nepotibusq; illorũ, vniuersum genus hominum propagatur. Vnde Iosephus. Galathæ olim sunt dicti Gomoritę, quos Gomer instituit. Magog, qui & Schyte, Magogas a se institutas noũauit. Medi a filio Iaphet Madeo. Ionij, Helladiciq; a filio Iaphet Iano. Thyras Thyrenses, quibus Græci Traium nomẽ mutauerũt. Cethim autẽ Cethimã insulã habuit, quæ nunc Cyprus dicit. & ab ea oẽs insulæ, & maritima loca Cethim hebraice nuncupantur. vnde & quædã ciuitas Cypri, Cythis a Græcis nominat. Omnibus vero erat lingua vna, & labium vnum. Superbia igitur instigante, turrim, seu ciuitatẽ in campo Sennaar, auctore Nemroth, qui de stirpe Cham descenderat, quæ cœlos attingeret, cogitauerunt construere. Quod Moyses noster in Genesi hoc modo prosequitur. Filij Cham, Chus, & Chanaan. Chus genuit Nemroth, ipse cœpit potens esse in terra, & erat robustus venator corã domino. Fuit autẽ principium regni eius Babylon, & Arach, & Archat, & Chalanne in terra Sennaar. Sed dominus inspector cordium, iustusq; iudex, hanc in tenera mũdi ætate emergentem cõtumaciam non ferens, animaduertere voluit, linguasq; eorum confudit, propter quod & turris ab hac cõfusione Babel nomen accepit. Hinc. lxxij. linguæ per totum orbem dispersæ sunt. Hæc est illa Babylon, figurans eam, cuius sunt ciues omnes, qui ordinationi dei superbe resistere conantur, ac per hoc confusione digni ab æterno iudice reputanẽ. Huius turris, & confusionis (vt item in libro antiquitatũ ait Iosephus) meminit Sybilla, dicens. Cum omnes homines vnius vocis existerent, quidã turrim excelsam ædificauerunt, tanq; ascensuri per eam in cœlum. Dij vero immittentes ventos euerterũt turrim, & vocem propriam vnicuiq; partiti sunt, & propterea vocari

Lib. 1. ca. 11

Gen. 10.

Iosephus

contigit Babylon ciuitatẽ. De campo vero Sennaar in regione Babylonis, meminit Estius, ita dicẽs. Qui vero de sacerdotibus sunt erepti, Iouis sacra sumentes, in Sennaar Babylonis venerũt. Fiunt autẽ scd'm septuaginta a diluuio vsq; ad Nemroth, principatũq; Heber, vnde Hebræi, anni. D. xxxi. scd'm supputationẽ vero Hieronymi. c. & vnus, quæ talis est. Sem genuit Arphaxat biennio post diluuium, Arphaxat vero. xxxv. genuit Sale, Sale. xxx. genuit Heber, Heber. xxxiiij. genuit Phalech, cuius diebus per confusionem linguarũ diuisa est terra. Septuaginta inter Sale & Arphaxat mediũ Chainan ponũt, eicq;. cxxxv. annos tribuũt. Prędictis etiã & post nominandis, longe plures q; Hieronymus antecq; generarent, annos supputant. Quare & in annorum ratione discrepant. Quos Lucas euangelista in genealogia sua secutus, qui fuit (inquit) Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arphaxat.

Discordia inter Hieronymũ & septuagita

Supputatio diuersa a confusione linguarũ vsq; ad Ninum, & Abraam, & annalium inchoatio. CAPVT V.

A Confusione vero linguarũ vsq; ad natiuitatẽ Abraæ, iuxta priores fiunt. D. xli. iuxta supputationẽ vero posteriorẽ, anni. cxli. quę talis est. Phalech. xxx. anno genuit Reu, sub quo templa primũ constructa, hominesq; pro dijs adorati fuisse traduntur. Reu. xxxij. vero genuit Saruch, Saruch. xxx. genuit Nachor, Nachor. xxxiiij. genuit Thare, sub quo regna Assyriorẽ, & Sicioniorũ, Assyrijs Belo, Sicionijs Aegialeo imperãtibus orta sunt. Thare. lxx. anno genuit Abraam. Fiũt ergo iuxta alios. M. lxxij. anni a diluuio vsq; ad Abraam. Quos Augustinus, cũ amplius q; mille annos a diluuio vsq; ad Ninũ fuisse dicat, sequi videtur. Iuxta supputationẽ vero alio rum, minus q;. ccc. in quibus annorẽ supputatio in duabus ætatibus satis cõtinebatur. Hæc omnia iuxta nostros. Porro annales gentiliũ ab imperio Nini incipiunt. Quos sequentes, simulq; nostros cũ illis auctores conferentes, humanæ miseriæ historiã a Nino incipiamus. quam per annos ab ipso vsq; ad vrbem cõditam, ab vrbe vero condita vsq; ad Christum digestam, a Christo ad nos vsq; deo adiuuante, per annos item perducamus.

Tempore Reu, paui Abraæ cœpit primũ idololatria

De hoc quod Ninus prmo arma extulerit, & q; homines illo in tempore iuxta plurium auctoritates agrestes fuerint, & q; Ninus Niniue condiderit, & Zoroastrem occiderit. CAPVT VI.

TAcq; anno post diluuium, scd'm septuaginta. M. xxxij. vel. iij. Belo mortuo, qui per. lxxv. annos regnũ Assyriorẽ in pace tenuerat, Ninus filius eius primus (vt traditur, propagandæ dominationis libidine, genus hominũ cruentare nõ metuens, bellorũ inquietudines orbi induxit, totũq; pene orientẽ imperio suo subegit. quod tanto liberius facere potuit, q; homines adhuc rudes, & agrestes, nec armis tutati, nec bellis exercitati, nec rerum bellicarũ scientia prediti fuerant. Quippe qui nullis adhuc legibus, aut disciplinis in vnũ coierãt, & (vt ait Eusebius) ferino magis, ac beluino more oberrantes, nõ vrbes ad societatẽ, nõ mores ad honestatẽ, nõ leges ad vitę iustitiã tenuere. Artiũ vero disciplinarũq; apud eos, & philosophię ne ipm quidẽ nomen habebaẽ, sed agrestes, & vagi q; deserta in illis sedibus vagabanẽ Sed & Tullius in prologo rhetoricæ primæ. Fuit quoddã tẽpus, cũ in agris homines bestiarũ more passim vagabanẽ, & sibi victu ferino vitam propagabãt, nec ratione animi quicq;, sed plæraq; viribus corporis administrabant. Nondũ diuinæ religionis, nõ humani officij ratio colebatur. Nemo nuptias viderat legitimas, nõ certos quisq; aspexerat liberos, non ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorẽ, & inscitiã cęca, ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur perniciosissimis sa tellitibus. Sic Tullius. Erat etiã tũc regnũ Sicioniorẽ in Europa, quod. xlv. anno Beli ceperat, sed paruũ. a quo doctissimus Marcus Varro scribens, velut ab antiquo tẽpore Romanorẽ historiam ordiri cœpit, eo q; ad Athenięses, & inde ad Romanos traductum, eorũ quasi fons, & origo extiterit. Vnde est item illud Ciceronianũ. Imperiũ Greciæ fuit penes Athenienses, Athenienſiũ potiti sunt Spartiatæ, Spartiatas superauerunt Thebani, Thebanos Macedones vicerũt, qui ad imperiũ Græciæ breui tẽpore adiunxerũt Asiam bello subactã. Sic ille. Ab his a Romanis imperiũ ereptũ, nemo qui historias nouit, ambigere potest. Fuit & regnũ Aegyptiorẽ, quod tunc cũ alijs Asiæ regnis Assyrijs subiacebat. Totã emẽ Asiam, excepta India, quã post mortẽ eius Semiramis haud cõtenta terminis, quos a viro solo bellatore susceperat mulier, regno adiecit, Nino subditam legimus. De his ergo quæ regni eius tanq; appendices fuere, necesse dicere non est. Aedificauit ergo Ninus ciuitatẽ maximã, quã ex nomine suo Ninã, seu Niniue vocauit, quę adhuc in Mesopotamia posita, mutato nomine lingua eorum Niuissa vocatur. Quod Moyses noster in libro Geneseos latẽter innuit. Cum emẽ, vt superius posui, de Nemroth dixisset, q; principiũ regni eius fuerit Babylon in terra Sennaar, adiunxit. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniue. Sed & Iosephus, Assur (ait) Ninũ constituit ciuitatẽ. quod tñ quidã ad Noe nepotẽ Assur interpretanẽ. Vnde apparet Babylonẽ fuisse ante Ninũ. Semiramidẽq; vxorẽ Nini, instauratricẽ eius potius dicendã, q; cõditricẽ. Ninus Zoroastren magicę artis repertorẽ interfecit. De q; Aristoteles scripsit, q; vicies centũ versuũ milia cõdiderit. Cuius artẽ lõge post Democritus ampliauit.

Belus Assyriorũ rex.

Ninus primus cruẽtauit orbem bellis.

Tullius in rhetorica.

Regnũ Sicioniorũ.

M. Varro.

Cicero.

Regnũ Aegyptiorẽ.

Iosephus cap. 14. primi.

Zoroastes repertor artis magicę.

De natiuitate Abraam, & exitu eius de terra Chaldeorum, morteq; Nini. CAPVT VII.

ANno ab imperio Nini. xlij. vel. xliij. regnante apud Sicionios Eurobe rege secundo, in Chaldea natum asserunt esse Abram, qui multarum gentiũ futurus patriarcha a domino vocatur. auctoq; nomine ab ipso dictus Abraam. Præcipiturq; ei, vt nõ solum affectu, sed & loci mutatione ciues Babylonię fugiat, ac terram, quæ huius de qua agimus, ciuitatis typus esse dinoscitur, magnus eius ciuis futurus introeat. Refert Philo eum a Chaldeis, eo q; ignem ritu ipsorẽ adorare nollet, in ignẽ proiectum, sed mox ad inuocationẽ domini liberatũ. iuxta illud, ~~Eduxit eum dominus de Vr~~ Chaldeorẽ. Vr emẽ lingua eorẽ ignis vocatur. Sed & Iosephus meminit (inquit) patris nostri Abraam. Berosus non quidem nominans eum, sed ita dicens. Post diluuiũ decima generatione, apud Chaldeos fuit quidã vir iustus, & magnus, in cœlestibus rebus expertus. Nicolaus vero Damascenus in quarto historiarũ sic ait. Abraam is regnauit in Damasco, veniens aduena cum exercitu de terra, quæ super Babylonẽ dicitur Chaldeorẽ. Porro Ninus cruentam victoriã, tanq; lupus sæuiens inter oues inermes exercens, quinquagesimo regni anno, in op-

Geñ. 11.

Li. 1. ca. 15.

pugnatione vrbis cuiusdam, sagitta percussus interijt. in ipsoq; veridice impletum est, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.

De imperio Semiramidis, & instauratione Babylonicæ ciuitatis, traditio quoq; Treuerorum, de exordio ciuitatis suæ. & de morte Semiramidis, ac exordio regni filij sui Nini. CAPVT VIII.

OCciso Nino, Semiramis vxor eius, mulier viro immanior, orientis imperium rexit, Aethiopiamq;, & Indiam ferro domitas subiecit. De cuius non solum crudelitate, sed etiam execrabilis libidinis voluptate, quia multi multa dixerunt, supersedemus. Hæc post mortem Mariti. xlij. annis regnauit, ac medio imperij sui tempore, vrbem potentissimam, nobilissimam, opulentissimamq;, ac totius orientis caput, ex turre Babel cocto latere, ac bitumine instaurauit Babyloniam. Treuerenses tradunt, q; priuignum suum Trebetam post mortem Nini regno expulerit. Qui classe facta ex Asia in Europam profectus, id est per mare in Rhenum, ac inde per Mosel-

De fundatione ciuitatis Treuerensis.

lam in valle pulcherrima Galliæ consedit, ibiq; florentissimam, opibusq; consertissimam, ac totius tunc caput Galliæ vrbem fundauit, quam Treuerim ex nomine suo appellauit. Quæ quanta, qualisq; fuerit, ex ipsa ruina sui liquido probari poterit. Monstratur ibi palacium miri operis, quod instar Babylonici muri ex cocto latere factum, tantæ adhuc firmitatis manet, vt non solum hostē non timeat, sed etiam nulla operum arte frangi queat. Porta quoq; ibi ostenditur, quæ ex incredibili lapidum magnitudine ferro iunctorum compacta, in superficie sui corpora beati Symeonis, ac venerabilis præsulis Popionis, in ecclesia ab eodem pontifice facta fouere ceruitur. Extant etiã ibi antiquæ nobilitatis (vt ipsi aiunt) monimentorũ insignia, e quibus nostris ibi temporibus repertum, & in lapide sculptum infra posuimus epitaphium.

Nini Semiramis, quæ tanto coniuge fœlix
Plurima possedit, sed plura prioribus addit.
Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit a patrio priuignum Trebeta regno,
Insignem profugus nostram qui condidit vrbem.
Treueris &c̃.

Semiramis dum filiũ suũ Ninum, seu Niniam de illicito, ac incestuoso sollicitare audet cõcubitu, ab eo (vt traditur) interficitur, eiq; successit in regnũ filius.

De habitatione Abraam cum Loth consobrino suo in terra Chanaan, & subuersione Sodomorum. CAPVT IX.

ANno ab imperio Nini. cxiij. anno vero ætatis suæ. lxxv. regnante apud Assyrios Nino. iiij. apud Sicionios vero Telexion, cum Sara vxore sua, Loth quoq; consobrino de terra Chaldeorum egressus Abraam, habitare cœpit in terra Chanaan. Loth vero tanq; Hierusalem ciuis, in Sodoma ciuitate peccatorum habitans, multis modis pro malis eorum operibus, tanq; granũ inter paleas, tribulabatur. Volens ergo dominus tam iustum a temptatione eripere, q; fœtida iniquorũ scelera, nouo, & exquisito vltionis genere punire, igne, ac sulphure quinq; ciuitates, quod Græci pentapolim vocant, deleuit, iustumq; ab angelo præmonitũ misericorditer in montem educens, liberauit. Anno ab imperio Nini. cxl. iam tunc inter tenera mundi rudimenta monstrabantur ciues Babyloniæ, mundiq; amatores, inter quos nunc premitur, ac conculcatur ecclesia, in extremo iudicis examine cum auctore suo igne puniendos æterno, iustosq; ab eis separatos, in cœlestis regni habitaculum assumendos fore.

Q. Abraam signum circũcisionis acceperit, & quorũ principum tempore geminos ciues genuerit, rursumq; q; Isaac in typum futurorum duos genuerit. CAPVT X.

ABraam vero gentiũ futurus patriarcha, primus circũcisionis signũ, & spem repromissionis accepit. generauitq; duos filios Ismael, & Isaac, quoq; vnus scd'm carnem, alter per repromissionẽ, iuxta Apostolum, natus est. imperante Assyrijs Assyriario. v. apud Sicionios adhuc manẽte Telexion, qui propter læta, & mitia regni sui tẽpora mortuus a suis cultu dei honoratur. Fuerunt autem præfati duo fratres post datam circumcisionem, vtriusq; ciuitatis, vnde agere cœpimus, primi ciues. posteriorq; a priore persecutionem in typum futurorum passus est. Et nota, q; inter harum trium ætatũ primordia, ab vno patre editos hos ciues inuenies, vt per hoc vna fide præditos, vno fonte genitos, vtroq; vno simul sinu populos, longe retroactis seculis contentura fore monstretur ecclesia. Genuit autẽ & Isaac geminos ex vno (vt scriptura refert) concubitu, sæpedictarum ciues ciuitatum, Esau, & Iacob fratres. Hic est Iacob, qui dominum facie ad faciem vidit, & vocatus est Israel, a quo scd'm carnem carnalis, scd'm spiritum spiritualis propagatus est Israel. Hi sunt tres patriarchæ sæpenominatæ ciues, & principes ciuitatis, quorũ & meriti, & fidei prærogatiua, dominus se appellari voluit deum, dicens. Ego sum deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob.

Quorũ principum tempore Abraam mortuus fuerit, & ad filium, nepotemq; suũ repromissio facta sit. De legibus Græciæ datis sub Phoroneo. De Pheio, & Io Inachi filia. CAPVT XI.

MOrtuus est Abraam annorum. clxxv. regnantibus apud Assyrios Xerxe, qui & Baleos, & apud Sicionios Turicho, seu Turimacho, septimis regibus, Octauis q; Armamithre apud Assyrios, apud Sicionios Leucyppo, apud Argiuos, quoiq; cum Abraæ nepotibus ortum est regnum, Inacho primo regnantibus, ad Isaac sicut ad patrem suum, facta est repromissio. Imperantibus autẽ Assyrijs Belocho. ix. Argiuis Phoroneo Inachi filio, apud Sicionios adhuc permanente Leucyppo, facta est eadẽ repromissio Iacob. Hisdem diebus sub Phoroneo legibus, & iudicijs informata primũ fuisse Græcia dicitur. Phegius quoq; frater eius mortuus, ab eis adoratus est vt deus. Io etiã Inachi filia, post Isis dicta, & ab Aegyptijs pro dea maxima postmodum culta, hisdem fuisse inuenitur temporibus. Hæc (vt alij dicunt) ex Aethiopia orta est, eiusdem gentis regina, iuste, lateq; imperauit, ac literas Aegyptias inuenit, vnde & cultum diuinum ab eis meruit.

De prælio inter Thelscises, Charathasos, Phoroneum, Pharphasios, & exordio habitationis Rhodi insulæ. CAPVT XII.

GIrca idem tempus peruicax fuisse præliũ inter Thelcisces, & Charathasos, aduersus Phoroneum Argiuoꝝ regẽ, & Pharphasios, ancipiti gestum victoria fertur. tandemq; a Phoroneo victos, ac ꝓfugos factos, in Rhodos insula, quæ ophiusa tunc dicebaꝫ, quã oẽs humanæ habitationis extorrem putabant, cõsedisse Thelcisces. ex hinc eadẽ insula, in qua Colosus ciuitas posita est, satis opportuna carinis, inhabitari cœpit.

De diluuio Ogygij, & apparitione Mineruæ, & quoꝝ principum tempore Isaac mortuus sit. CAPVT XIII.

ANno ab imperio Nini. cc. lx. sæuum in Achaia Ogygij Eleusinę cõditoris, ac regis fuit temporibus diluuiũ, quod & ab ipsius nomine Ogygij diluuiũ est appellatum. Minerua tunc ad lacũ Tritonis, in virginali ætate apparuisse dicitur. vnde Tritonia vocatur. Regnantibus Assyrioꝝ. x. rege Baleo, Sicioniorũ. ix. Mesapo, Argiuorum. iij. Api, mortuus est Isaac. clxxx. annoꝝ, Iacob & Esau. cxx. annos habentibus.

Quorũ principum tempore fames in Aegypto sub Ioseph fuerit, auctoritatesq; gentilium de hoc Ioseph testimonium perhibentium. CAPVT XIIII.

ANno ab imperio Nini. ccxcij. regnantibus (quos iam nominaui) Baleo, Api, sub Aegyptioꝝ rege Diopolita, cui nomẽ Amasis erat, fuisse in Aegypto maximã primo vbertatẽ, post intolerabilem famẽ, cui Ioseph vnus de. xij. Iacob filijs, a fratribus venditus, sed ex dei dispensatione toti Aegypto prępositus, diuina prouisione subuenerit. Põpeius quoq;, ac Iustinus eius breuiator sic refert. Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit, cuius excellens ingeniũ fratres veriti, interceptũ peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptũ, cũ magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, in breui ipsi regi percharus fuit. Nanq; & prodigioꝝ sagacissimus erat, & somnioꝝ primus intelligentiã condidit, nihilq; diuini iuris, humaniq; ei incognitũ videbatur. adeo vt etiã agroꝝ sterilitatẽ futuram ante multos annos prospiciens, fruges congregasset, tantaq; eius experimenta fuerũt, vt nõ ab homine, sed a deo respõsa viderẽt. Sic Iustinus. Qualiter vero populus dei in Aegyptũ descenderit, ibiq; peregrinatus fuerit, Moyses noster, quem & ipsi scientẽ, sapientẽq; (vt postea monstrabitur) testantur, scriptum reliquit.

Iustinus
De Ioseph.

De idolo Serapis vnde exordium sumpserit. CAPVT. XV.

EA tẽpestate magnũ idolum Aegyptioꝝ Serapis, quod christianis temporibus sub Theodosio imperatore ecclesiastica destructũ narrat historia, Argiuorum regi Api illo nauibus trãsuecto, ac ibidem mortuo, ab Aegyptijs est factum. Cur autẽ post mortẽ eius nõ Apis sed Serapis dictum sit, Varro hmõi causam reddit. Quia eñ arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes sarcophagũ vocant, σορὸς dicitur græce, & ibi venerari eum sepultũ cœperunt, priusq; templũ eius esset constructum, velut soros, & Apis Sorapis primo, deinde vna litera (vt fieri assolet) cõmutata, Serapis dictum est. Ferunt tamẽ quidam, Ioseph nostro, eo ꝙ Aegyptios a fame liberauerit, hoc factum fuisse simulachrum.

Ecclesiastica historia de idolo Serapis.

De Argo, vnde Argiui. Quibus diebus Iacob mortuus sit. De seminibus primo allatis in Græciã. De morte Ioseph, & natiuitate Moysi. & quoꝝ principum tẽpore hoc factum fuerit. De Prometheo, & Atlante, Atlantisq; nepote Mercurio. CAPVT XVI.

MOrtuo Api, filius eius Argus, ex q̃ Argiui appellati sunt, patri successit in regnũ. Huius diebus regnante apud Sicionios Erato, apud Assyrios manente adhuc Baleo, mortuus est Iacob annorũ. cxlvij. Tũc etiã delatis aliũde seminibus, primo cœpit habere segetes Græcia. Et nota, ꝙ Græcia, quæ cæteras præcellit gentes sapientia, aliunde segetes in se, & a se, vt ex priori patet historia, accepit leges. Prius informaꝫ iudicijs, & legibus, q̃ redundet panibus. Imperãte Assyrijs. xij. Aminto, Sicionijs. xi. Clemineo, apud Argiuos manente adhuc Argo, Ioseph. c. & x. annos habens in Aegypto moritur. Post cuius mortẽ populus dei in Aegypto cœpit crescere, ac multiplicari, mortuisq; eis qui nouerant Ioseph ab Aegyptijs grauiter affligi. Itaq; Moyses eiusdẽ populi futurus liberator, natus est, regnãte apud Assyrios xiiij. Sapro, apud Sicionios Orthopoli. Hisdem tẽporibus Prometheũ, qui ob nimiam sapientiã de luto homines fecisse fingitur, Atlantem etiã fratrem eius, qui ob scientiã astronomiæ cœlum portare dicit, fuisse ferunt. Huius Atlantis ex Maia filia, nepos Mercurius (qui & Hermes Aegyptius, seu Trismegistus) magnus philosophus fuit, qui miræ profunditatis philosophicos libros edidit.

Iacob obijt.

De sapientia greçoꝝ

Ioseph moritur.

Moyses nascitur.

Atlas.

De Mercurio.

De diluuio Deucalionis, & æstu Aethiopiæ. De Baccho, qui & Liber pater, & ortu Athenarum. CAPVT XVII.

ANno ab imperio Nini. cccc. xc. regnante apud Athenas a Cecrope xxx. Amphitrion, vel iuxta alios sub ipso Cecrope, memorabile illud sub Deucalione diluuiũ fuit. Qui idcirco, ꝙ venientes ad se circa montẽ Parnasum ratibus eductos fouit, & aluit, genus hominũ reparasse in fabulis legitur. Ea quoq; tẽpestate, diris morbis, pestilentiaq; mortifera æstuasse Plato refert Aethiopiam. Hisdem diebus gentem simplicem, ac nulli vnquã obnoxiam, suisq; terminis contentam, Liber pater sanguine maculauit, libidinibus polluit Indiam. Sed quia Athenarum fecimus mentionẽ, qualiter, & a quo condita, vel cur hoc nomẽ sortita fuerit, dicamus. Cum ergo a Cecrope conderetur, vel instauraretur, apparuisse ibi vno loco oliuæ arborẽ, alio erupisse aquam, Varro refert. Motus his rex prodigijs, ad Delphicũ Apollinem sciscitandi gratia cum misisset, ille respondisse dicitur, Oliuam Mineruam, aquam Neptunum significare, in potestateq; ciuium esse, ex cuius potissimum nomine ciuitatẽ vellent vocare. Rex conuocatis vtriusq; sexus populis, statutisq; ex vna parte maribus, ex alia fœminis, cũ vna persona masculos excederent fœminæ, Mineruæ dicandam hoc omine ciuitatem iudicauerunt. Ita ciuitas vocata est fœmininо genere pluraliter Athenæ, quod singulari numero Mineruam in græco sonat. Ob ea dum exæstuanti mari nõ multo post ipsorum terræ vastarentur, Neptuno quasi deo maris, hoc ascribentes, per hæc ne vlterius suffragia mulierũ quærerent, eum placare statuerũt. Sicq; nobilissima illa liberalium artium, philosophorũq; maximoꝝ nutrix futura, in prima conditione sui, ludificatione dæmonum inchoatur.

Pestilẽtia ĩ Aethiopia

A q̃, & qñ condita sit Athenis.

Delphicus Apollo.

Quorũ principum tempore, Moyſes filios Iſrael de Aegypto eduxerit, teſtimoniumq; de hoc Pompei, Iuſtini, Corneliĳ ſcriptorum gentium.
CAPVT. XVIII.

ANno ab imperio Nini. cccc. xcv. regnantibus apud Aſſyrios Aſcalthide, apud Sicionios Maratho, apud Argiuos Triopha, Moyſes vir dei, decem antea plagis percuſſa Aegypto, de ſeruitute eius liberatum eduxit iſrael. Quod Iuſtinus, ſeu Pompeius, atq; Cornelius
Iuſtinus. vterq;, ſed vario modo teſtantur. Ait ergo Põpeius, ſiue Iuſtinus ita. Filius Ioſeph Moyſes fuit, quẽ præter ſcientiæ paternæ hæreditatẽ, etiã formæ pulchritudo cõmendabat. Sed Aegyptĳ cũ ſcabiem, atq; vitiligine paterent, reſponſo moniti, eũ cũ ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Aegypti pellunt. Dux igit̃ exulum factus, ſacra Aegyptiorũ furto abſtulit, quæ armis repetẽtes Aegy
Cornelius ptĳ, domũ redire tẽpeſtatibus cõpulſi ſunt. At vero Cornelius de eadem re ſic ait. Plurimi auctores cõſentiunt, orta per Aegyptũ tabe, quæ corpora fœdaret, regẽ Bochorim adito Hammonis oraculo, remediũ petentẽ, purgare regnũ, & id genus hominũ vt inuiſum dĳs, alias in terras auehere iuſſum. Sic cõquiſitũ collectũq; vulgus, poſtq; vaſtis locis relictũ ſit, cęteris p lachrymas torpẽtibus Moyſen vnũ exulũ monuiſſe, ne quã deorũ, hominũq; expectarẽt opem, ſed ſibimet duci cœleſti crederent, primo cuius auxilio præſentes miſerias propulſ ſent. Itaq; ambo iſti q̃uis ab eo multa ſtrenue acta, malitioſe celauerint, magno tamẽ illi duci Moyſi noſtro teſtimoniũ præbuere inuiti. Hæc idcirco de hiſtoriĳs ponere volui gentiũ, vt oſtenderem ciues Babyloniæ, ad damnationis ſuæ cumulũ veritatis aſſertores ſciſſe quidẽ, ſed erroris mendacia nõ deſeruiſſe. Eo
Phaetõtis tẽpore ſole per deuia oberrante, feruor intolerabilis terras exuſſit. Vnde ridicu
fabula. loſam Phaetontis fabulam, vario errore deluſa gentilitas texuit.

De Danao, Perſeo, & diuerſis abominationibus gentiũ, vnde de Babylon fugiendũ, & ad ciues noſtros tranſeundũ ſit. CAPVT. XIX.

ANno ab imperio Nini. D. xxxv. quinquaginta parricidia inter Aegypti, Danaiq; fratrũ liberos, vna nocte cõmiſſa feruntur. Danaus autẽ tanti ſceleris auctor, ad Argos cedens, & a Stenelao rege ipſorum humane ſuſceptus, poſtmodũ eũ infideliter regno expulit, & ipſe pro eo regnauit. A quo Danaum genus tractum puto, ab eoq; perfidiæ ſce
2. Aenei. lus ad illos deriuatũ eſſe. Vnde & illud Vergilianũ. Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes. Qui rurſum. Timeo Danaos, & dona
Perſæ vn- ferentes. Hiſdem diebus Perſeus a Græcia in Aſiam nauibus tranſuectus, Bade dicti. baras gentes domuit, easq; de nomine ſuo Perſas vocauit. Pudet hic execrabiles flagitiorũ exceſſus pandere. Tunc enim Buſyris hoſpites ſuos dĳs ſuis ĩmolantis, viguit immanitas. Progne & Philomenæ parricidiũ, appoſitũq; marito ab vxore filiũ, quis nõ gemens audire poterit? Obmitto Tantali, Pelopiſq; facta turpiſſima, Ganimedẽq; Troi regis filiũ, a Tantalo Phrygiorũ rege flagitioſiſſime ſub nomine dei ſui Iouis raptum, maximũq; bellum inde excitatum.
Oedippus Quid de flagitĳs Lemniadũ, de Oedippo interfectore patris, matre, marito, fi-
Medea. liorũ, fratre, vitrico ſuo, de Medeæ q̃q; veneficĳs, ac crudeli amore dixerimus? Nõne tanta, tamq; inaudita huius tẽporis ſcelera fuere, vt etiã fugiſſe aſtra ab ipſis ciuibus mundi dicantur? Quid igitur hic aliud, q̃ fugiendum eſſe de me-

dio Babyloniis, eiusq; ſceleratiſſimorũ ciuium conſortio, atq; ad ciues noſtros tranſeundum aſſeruerim?

Quot annos Moyſes ductor populi dei fuerit, & quot annorũ mortuus, Ieſu in formam ſecundi ducatũ populi reliquit, & q̃ nõ ſine cauſa nouis & inauditis tunc mundus ſceleribus inferbuit. CAPVT. XX.

MOyſes ex Aegypto populo dei educto, legem in mõte Synai dedit, per quadraginta q; annos rector eorũ in deſerto exiſtens, annorum cxx. moritur, Ieſuq; filio Naue ducatũ populi reliquit. Hic primus officio, nomineq; formã gerens ſaluatoris, in terram promiſſionis, quæ huius vnde agimus, typus eſt ciuitatis, populũ dei inducere meruit. Non fortuitis caſibus, ſed dei prouidentiæ diuidentis inter lucem, & tenebras, aſcribendũ reor, q̃ circa tẽpus egreſſionis filiorũ iſrael ex Aegypto, vel iuxta alios, mãſionis in terra promiſſionis, nouis, & inauditis, vt modo retulimus, mũdus inferbuit ſceleribus. Vt em̃ rege cœli Chriſto nato, rex terræ turbatus legit̃ Herodes, ſic nõ immerito domino in Aegyptũ deſcendente, populũq; ſuum inde educente, diabolus turbatus, ad auſus nepharios, factaq; ſceleratiſſima, permiſſam ſibi ciuitatẽ incitauit. Vnde & adhuc domino de Aegypto mundi huius, ſeruos ſuos ad regnũ ſuũ vocante, mundũ frequẽter cõcuti, ac turbari videmus Eadem ratio eſt, ſi circa introitũ populi dei in terram promiſſionis, & eiectionem gentium ibi morantium talia fuere.
Moyſes moritur.

De bello Cretenſium, & Athenienſium, & Minotauro, vndeq; fabula Centaurorum orta ſit. CAPVT XXI.

ANno ab imperio Nini. Dc. xl. fuiſſe bellum immane inter Cretẽſes, & Athenienſes, victoriamq; magis Cretenſibus ceſſiſſe ferunt, victosq; ex Athenienſibus Minotauro, aut fero homini, aut humanæ beſtiæ expoſitos. Quã hiſtoriã non ſolũ ex hoc bello, ſed etiã ex artificioſis factis Dedali, in fabulis notiſſimã, a puerisq; in ſcholis tritam, proſequi nõ oportet. Ea tempeſtate Laphitæ cũ Theſſalis decertantes, Theſſaloſq; diſcurrere in equis alonge videntes, equis mixtos putabant, & exhinc Centaurorum fabula traducta eſt.
Laphitæ.

De Veſore rege Aegypti, & Scythis, dominatuq; Scytharum in Aſia. CAPVT XXII.

ANno ab Imperio Nini. D. ccc. xx. Veſores rex Aegypti Scythis bellum indixit. Cui Scythæ ridiculoſe reſponderunt, fruſtra ditiſſimũ regem cõtra pauperes bellũ ſumpſiſſe. Adĳciunt etiã ſe nõ oportere ad ipſos venire, cũ ei vltro occurrere parati ſint. Dicta factis ſequuntur. Pugna conſerta eſt, fugienteq; Veſore, ac deſtituto exercitu, præda magna capta, Scythæ quoq; Aegyptũ populati eſſent, ſi Nili paludibus coerciti nõ fuiſſent. Inde reuertentes Aſiam peruagant̃, eamq; pene totam vectigalẽ fecerũt. Itaq; dum per. xv. annos ibi morarẽtur, mulieribus denunciantibus, prolem ſe a finitimis, ni redeant, recepturas, reuerti coguntur.

De exordio Amazonũ, & principatu earũ, qualiter Epheſum, & in ea tẽplũ Dianæ cõdiderint. & cur Amazones dictę ſint. CAPVT. XXIII.

Orosius Plinos & Scholopy thus habet

MEdio tẽpore duo regij iuuenes Plinius & Scolopetius Scythia pulsi, cũ ingenti multitudine, in Ponti, & Cappadocię oris iuxta Thermodoontem amnem cõsedere. Vbi dum vicina quæq; popularentẽ, insidijs finitimoꝝ trucidantur. Horũ vxores exilio simul ac viduitate permotæ, fœmineæq; fragilitatis oblitæ, maribus qui superfuerant occisis arma sumpsere, petitisq; a vicinis connubijs, masculos necabant, fœminas seruabant. Ex his Amazonum genus traductũ est. Quæ intantũ (mirabile dictu) inualuere mulieres, vt pene toti Asiæ, ac Europæ imperarent. Hæ dicuntur illo tẽpore Ephesum condidisse, ac Dianæ tanq; deæ belli, templum multis dehinc seculis famosum fabricasse. Porro ex eo q dexteras, ne ictum sagittarũ impedirent, adurebant mamillas, Amazones, quasi sine mamillis sunt dictæ.

Quorũ principum tẽpore Iesus mortuus sit, & de iudicibus qui post eũ fuerunt. De Cadmo, & theologis. De regno Micenarũ, ac regno Laurenti in Italia, & Carmenti nympha. CAPVT XXIIII.

MOrtuus est autẽ Iesus in terra promissionis, regnantibus apud Assyrios. xviij. Amintha, apud Atheniẽses. iiij. Erichthonio, apud Sicionios. xvi. Corace, apud Argiuos. x. Danao. Exhinc cœperunt esse iudices in populo dei vsq; ad Saulẽ, quoꝝ primo iudicante Othoniel Cadmus græcas literas inuenit. Per idem tempus fuere theologi, qui de dijs fatis canerent, Orpheus, Museus, Linus. Regnũ etiã finitũ est Argiuoꝝ, & translatum est ad Micenas, vnde fuit Agamemnon. Exortũ quoq; est in Italia regnũ Laurentum, vbi pater Fauni, Picus Saturni filius, qui & Sterces, eo q primus stercore agros fœcundari fecit, dicebatur, post patrẽ regnauit. Delbora fœmina prudente, ac prophetissa iudicante Israel, Assyrijs vero imperãte. xxiij. Lamphere, Apollo citharam condidit, ac artẽ medicinæ inuenit. Non multo post iudicante Iair in Israel, Carmentis nympha literas latinas repperit.

Delbora. Iudicũ. 4.

Apollo artẽ medicinę inuenit.

De raptu Helenæ, & subuersione Troiæ, & initio gentis Romanoꝝ, & Francorum, & fundatione Pataui. De Sansone, & Hercule, & aureis seculis In Italia. CAPVT XXV.

ANno ab imperio Nini. D. ccc. lxx. raptam fuisse Helenã, coniuratio nemq; factam aduersus Troiam ferunt. Hinc decennalis obsidio, famosumq; sequitur Troiæ excidium. Quod qui scire desyderat, legat Homerũ, eiusq; imitatorẽ Pindarũ, seu Vergilium. Hinc Romanorũ gentem duxisse originẽ ab Aenea profugo, & vt ipse adulatur, viro forti, vt vero ab alijs traditur, patriæ proditore, ac necromãtico, vtpote qui etiã vxorem suam dijs suis immolauerit, scribit Vergilius. Ferunt etiã Francoꝝ gentẽ ab eis traxisse principiũ. Dum em̃ Troianorũ principes incertis vagabantur sedibus, plurimi eorum in Scythia consederunt, regemq; sibi creauerunt, ac primo dicti Sicambri, postmodũ elapso tẽpore sub Valentiniano imperatore, cũ ipsi proposito sibi libertatis præmio, vicinas imperio gentes subiecissent, a pręfato principe Attica lingua Franci sunt vocati, a feritate, vel Franci a nobilitate, lingua em̃ eorum Franco nobilis dicitur. Tradunt tamẽ quidam, a quodam Francone Troianorũ principe, qui iuxta Rhenum consedit, Francos esse appellatos. Monstrantq; in argumentũ vrbem adhuc, quem ipsum construxisse, pa

Romanorum origo.

Vnde Frãci.

triocq; nomine Troiam, fluuiũq; eius Xanthum vocasse asserunt, quæ postmodum a Sarracenis destructa, ac rursum a Christianis reædificata, Xanthis vsq; hodie vocat̃. Quomodo vero in Gallias, quas modo inhabitant, venerint, suo loco, ac tempore, deo adiuuante, dicemus. Hæc de origine Francoꝝ gentis dicta hunc teneant locũ. Diffusis longe, lateq; per orbem Troianis, Antenor q̃q; Pataui fundator extitit. Vnde Vergilius. Antenor potuit mediis elapsus Achiuit, Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus Regna Liburnorũ, & fontem superare Timani. Et infra. Hic tamẽ ille vrbem Pataui, sedesq; locauit. Et Lucanus. Patauiq; truces. Quarum quidam Galliæ vrbem Pictauim, nõnulli Baiariæ Patauiam, alij vero Venetiæ Paduamq; Patauiũ putant, quod & verisimilius est, & sensui Vergilij accõmodatius. Factum est autẽ hoc celeberrimũ excidium, cũ iam regnum Laurentũ cessisset ad Latium, regnaretq; filius Fauni Latinus, iudicãte Hebræos Iabdon, vel iuxta alios viro fortissimo Sanson. quẽ etiã ob incredibilem fortitudinẽ Herculem putabant. Vtrum autẽ ipsum vere putauerint Herculem, dicere nõ est meũ. Fuisse autẽ cõtemporaneos, ex hoc q circa subuersionẽ Troiæ extiterunt, innuitur. Hæc Romani regni principia, aureis seculis, id est sine luxu inerti, bellorũq; turbulentia sub Saturno inchoata Laurenti fuere. Verum abhinc ferrea successit ætas.

in. 4. lib. cap. 32.

Vergilio. 1.

Sanson & Hercules cõtẽpora nei.

De ferreis seculis inchoatis sub Aenea & Turno. De erroribus Vlyssis, & fabulosis gestis Diomedis, & item Vlyssis. Allegationes de his verisimiles scd̃m sanctorum scripta, & exempla. CAPVT XXVI.

AEneas. n. in Italiam nauibus ex Phrygia transuectus, Latini regis filiam accepit, grauiq; inter ipsum, & Turnum ob hoc belloꝝ orto discrimine, humano cruore aurea secula in ferrum cõmutari docuit Quod Vergilius vtrũ veraciter, vel adulationis fuco fallaciter, pulcherrimo versuũ ordine prosequitur. Hæc de Troianorũ profugis dicta sufficiant. Victores vero eius tanta sequunt̃ discrimina, vt non immerito qui in tam miserrimo fortunæ rotatu, noxio magis succubuerint fato, dubitetur. Vt em̃ de his qui in congressu diutino occubuerant, quos tamẽ Dares Phrygius ex Argiuis, Dccc. lxxx. tria milia, ex Troianis. Dc. lxvi. milia fuisse memorat, taceamus quanta fuere Vlyssis pericula, longoꝝ circuituum tedia. Vnde est illud Poetæ. Dic mihi Musa virum captæ post tẽpora Troiæ, Qui mores hominũ multorũ vidit & vrbes. Totum quippe pene orbem non tam peragrando, q̃ oberrando pertransiens, vniuersis terræ, mariscq; miseriis participauit. Vnde id præcipuus orator in libro de officijs. Q̃ multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cũ & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet, domi vero & cõtumelias seruorũ, ancillarũq; pertulit, vt ad id aliquãdo quod cupiebat, pueniret. At Aiax quo aĩo traditur millies oppetere mortẽ, q̃ illa perpeti ab alio maluisset. Hic in Hispania Vlyssi Bonam, quæ a nostris nuper Sarracenis ablata est, & in Gallia Troiã, de qua supra mentio facta est, primus condidisse dicit̃. Quare & hoc quod de Francone traditur, fictitium videtur. De fabulosis autẽ, & pene fidem excedentibus ærumnis eorũ quid dicam̃. Deniq; nõ solum fabulæ cõcrepant, verumetiã plenæ sunt historiæ, socios Diomedis in aues mutatos, quæ ipso in

Vergilius.

Homerus

Tullius. 1. officioꝝ.

Capite pręcedenti.

deum translato, circa templum eius in insula Diomedía, haud procul a monte Gargano situm volitent, aquasq; ministrent. Quod iuxta Augustinũ, intantũ Varro probare videtur, vt easdem aues referat ex Græcia venientes, tanq; ciues cognoscere, alienos diris a se morsibus repellere. Quod vt probabilius idẽ Varro faciat, de famosissima Circe, quæ socios Vlyssis mutauit in bestias, & de Archadibus, qui transnatando stagnum, in lupos conuertebantur, qui si humana non vescerent carne, q; post octo annos transmenso amne, rursum reuerterẽtur ad humanã formam, cõmemorat. Exprimit etiã ex nomine quendã Demenutũ de sacrificio Archadũ gustasse, & in lupum mutatũ, decimo tandẽ anno in priam figurã reuersum fuisse. Vnde & dicit deum eorũ Lyceum dictum, Græci eñ lupum λύκον lycum dicunt, Romanoꝝ quoq; lupercos ab eis originẽ duxisse narrat. Quæ omnia vtrum deorum suoꝝ amore fingant, an ita ludificatione dæmonũ, ac quibusdã abditis naturæ seminibus, fieri possint, dicere nõ est præsentis operis. Augustinus tamen suis temporibus Præstantiũ quendã nomine, de patre suo retulisse dicit, q; venenum in caseo sumpserit, vnde in lecto quasi dormiens multis diebus iacuerit, euigilans autẽ caballũ se factum, ac annonã se portasse retulerit. Narrat etiã idem pater, cum in Italia esset, se de quibusdam mulieribus audisse, quæ in caseo dare solerent viatoribus diabolica machinamenta, vnde in iumenta verti viderentur, qui dum peractis operibus ad se redirent, mentem se rationabilem habuisse testarentur. De Machario quoq; eremita scriptum inuenis, q; puella ad eum, quam amici in equam a maleficis mutatam dixerunt, ducta fuit, quã ille intuens, puellam dixit se videre, non equam. Itaq; amicis equa visa fuit, sed homini dei puella apparuit. Vnde ad deum fusis precibus, tam puellam, q; amicos eius a præstigijs dæmonum liberauit. Ex his ergo, ac similibus, apparet dæmones quidem hominũ naturam mutare nõ posse, sed occupatis illis corporis partibus, per quas ratio operari solet, mentẽ hominis obfuscare, cernentiumq; oculos, vt hæc putent, occultis machinamentis, ac abditis naturæ seminibus fascinare. Vnde ad Galathas Paulus dicit. O insensati Galathæ, quis vos fascinauit? Dæmones quippe multa tam ex subtilitate naturæ, q; ex antiquitate temporis, & experientia rerum permissu dei scire, ac posse dicuntur. vnde non solũ mundi ciues decipiant, sed & ciuibus Christi, si ab ipso nõ prohiberẽtur, noceant. Ex quo liquido probari potest, q; Balaã qui vtiq; gentilis, & ariolus fuit, tantam ex præstigijs dæmonũ efficaciam habuit, q; etiã populo dei, si ab ipso prohibitus non fuisset, maledicere potuisset. Non eñ vt quidam putant, propter hoc q; de ipso dicitur, Loquor domino, dominũ & deũ verũ colebat, sed cum dæmoni, quẽ ipse dominũ vocabat, se loqui putaret, dominus vt hoc quod ipse maliciose proposuerat impediret, sapienter se interposuit, vt nõ iuxta voluntatẽ suam populo suo nociua, sed iuxta nutum domini profutura diceret. Cui sensui & hoc fidem facit, quia crebris eũ sacrificijs, & hostijs a proposito inclinare tentabat, quod de incõmutabili diuinæ maiestatis essentia credere, vel præsumere absurdum esset.

Circe.

De quodã qui mutat⁹ fuerat in lupum.

Lyceus de⁹

Quidã i caballũ mutat⁹ credit.

Aliud sile.

Aliud sile.

Ad Gal. 4.

De Balaã Nume. 23.

De morte Aeneæ, & regno Siluij. De defectu regni Sicionioꝝ, sub Heli iudice. Et qualiter Romani, & Græci morum, & linguæ affinitatem habere cœperint, aliasq; gentes barbaros vocare consueuerint. CAPVT XXVII.

REgnante apud Assyrios Autene, Sicionijs imperante Relasgo, Sansone iudicãte Israel, Latino mortuo, tribus annis in Latio regnauit Aeneas. Quo mortuo, quia nõ cõparuit, ab eis factus est deus. Imperãtibus Assyrijs. xxix. Oneo, Athenien̄sibus Mensato, iiij. Latino rege Aenea Syluio, Aenea nõ de Creusa, sed de Latini regis filia genito, iudice autẽ Hebræoꝝ Heli, regnũ Sicioniorũ, quod p. Dl. annos, vel amplius durasse dicit, defecit. Vnde est illud Castoris cronographi. Exponemus & Sicioniorũ reges ab Agialeo vsq; ad Zeusippũ, qui oẽs regnauerũt annis. Dcccc. xlv. Et sacerdotes Carnis. vi. qui prefuerũt annis. xxxij. post quos sacerdos cõstitutus est Cardidemus, qui impensas nõ sustinẽs fugit. Exhinc Athenien̄siũ respub. auctoritatẽ habere cœpit in Europa. Aeneas iste, eo q; mater eius Ascaniũ timens in syluis latitando, eũ dũ adhuc puer esset abscõdit, a sylua vocatus est Syluius Exhinc Græci & Latini, quasi in vno semiue coalescentes, quandã & morũ, & linguę affinitatẽ habere cœperũt, aliasq; gentes tanq; rationis acumine, & oris venustate minus vtentes, barbaros vocare consueuerunt. Quod eñ tam ingenio, q; eloquio cæteris Græci præferanẽ gentibus, poeta ostendit, qui ait. Grais ingenium, Grais dedit ore rotũdo Musa loqui. Et alibi, Græcia facundum, sed male forte genus. Vnde & tres linguæ principales habentur. Propter cultũ dei, & antiquitatẽ Hebraica, propter prudentiã & eloquij leporem Græca, propter potentiam, & item prudentiam Latina.

ass. Tautães

ass. xxviij. Thineo. Athéiésib⁹ Melantho Eusebius. ass. Dcccl xij

Barbari cur dicti.

Tres linguę principales.

De Samuele, & Saule, Codroq; Athenien̄sium rege. Nomina etiã iudicum a Moyse vsq; ad Samuel. CAPVT XXVIII.

POst mortẽ Heli, Hebręoꝝ iudex factus est Samuel, a quo dũ regem peterẽt, acceperũt Saulẽ, regnante apud Assyrios Dercilo. Circa idẽ tẽpus Codrus rex Athenien̄siũ Peloponẽsibus hostibus, eo q; respõsum accepissent, se nõ prius ab Athenien̄sibus superandos, nisi regẽ eorũ occidissent, mutato habitu se obiecit, ad ꝓpriãq; necẽ iurgijs prouocauit. Vnde Vergilius. Et iurgia Codri. Et alibi. Rumpant vt ilia Codri. Quẽ Athenienses ob hoc cultu diuino honorare decreuerũt, & exhinc magistratus, q; rẽp. administrarẽt, post reges habere cœperũt. Et hi tradunt̃ i populo dei post patriarchas fuisse iudices. Moyses, Iesus, Othoniel, Aioth, Delbora, Gedeõ, Abimelech, Thola, Iaír, Iepthe, Abessan, Ahialon, Iabdon, Sanson, Heli, Samuel.

In Bucco.

Iudices Israel habẽt in lib. Iudicum.

De tẽporibus regũ & ꝓphetarũ. De Dauid & Salomone, filioq; eius Roboam, qualiter sub eo ex peccatis patris sui Salomon, regnũ scissum fuerit, in breui desolandũ. De virtute Heliæ & Helisei. CAP. XXIX.

EXhinc reges, & ꝓphetaꝝ tẽpora supputant̃. Quoꝝ prim⁹ reprobato Saul fuit Dauid, magnus ciuitatis dei prĩceps, vtpote cui post patriarchas primo facta, ꝓmissio est, q; de eius semine Christus, huius de qua agimus, ciuitatis auctor foret nasciturus. Cuius filius Salomon, imperãte Assyrijs Eupale, templũ tam cultu dei, q; operis structura nobilissimũ, eo tẽpore quo in Italia Alba est cõdita, cõstruxit. Qui etiã ne tã ob potentiã, q; ob prẽclarã, qua oẽs mortales præcellebat, sapientiã illud semẽ, quod Dauid, ꝓmissum, dispositũ p angelos, oẽs gentes possessurũ erat, putareẽ, a dño labi est permissus. Amator eñ cũ esset mulierũ ardẽtissimus, quas vsq; ad mille ac pene oẽs alienigenas habuisse perhibeẽ, ab eis vsq; ad idololatriæ voraginẽ

est tractus. Ex quo accidit, vt dum ipsi ꝓpter merita Dauid patris sui dñs pareret, de manu filij eius Roboam, imperāte Assyrijs Tertiade, scinderet regnum, duasq; ei tm̄ tribus, Iudā videlicet & Beniamin relinq̄ret. Hinc etiā illud nobilissimū regnū in seip̄m diuisum, iuxta veritatis vocē desolari debuit intantū, vt nullū ex regibus Israel, ex Iuda vero paucissimos ciues inuenias Hierusalē. Et vt auctoritatis verbis vtar, a Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, prēter Ezechiā & Iosiā, oēs peccauerūt, nec tm̄ oēs alij reprobi fuerūt. Proinde vtriusq; regni peccatis exigētibus, primo Israel, postremo ī captiuitatē ductus est & Iuda. Habuit tm̄ vtrūq; regnū, qui peccantis populi, ac ꝑuaricatorꝝ regū excessus reꝑhenderēt regni Christi ciues. Inter ꝙs in regno Israel Helias & Heliseus floruere, qui eximijs vitæ meritis cœlū claudere, ac rursum aperire, mortuos suscitare, regib⁹ impare, ac innumera ꝓdigiorꝝ, ac signorꝝ miracula facere a dño meruere. Horū prior igneo curru ī aera viuus trāsuectus, adhuc manere creditꝰ supstes, alter ꝙo mortu⁹, mortuū suscitasse iuenitꝰ. Et ne ꝙs paruā tūc tpis fuisse ciuitatē dei arbitretꝰ, audiat de Israel tm̄ ad Heliā a dño dictū. Reliq̄ mihi, vij. millia virorꝝ. q ī scriptura freq̄nter numer⁹ ꝓ infinito poni solet. In Iuda ꝙo Osee, Hsaias, alijq; ꝑplures, ꝙs suo loco ponem⁹, nō solū p̄dicauerūt, sed etiā ciuitati dei plurimū ꝓfutura monimēta librorꝝ reliq̄rūt. Sed iā ad ciues mūdi reuertamur.

De regibus Albanorꝝ vsq; ad Romulū, & Auētino mōte. CAPVT. XXX.

ALba a Syluio Aenea cōdita, reges Latinorꝝ ibidē regni sedē locauerunt. Successit vero Syluio Latinus, & illi Alba, cui rursum Aegyptus, ac deinde Capis, post quē Tyberinus, a quo Tyberis, q̄ prius Albula dicebatꝰ, nomen accepit. Post Tyberinū filius eius regnauit Agrippa, deinde Aremulus, sicq; cōsequēter Auētin⁹. Qui oēs a primo Aenea Syluio Syluij, sicut postmodū Cęsares a Cęsare sūt dicti. Auētinus aūt mortu⁹ & in monte ex noīe suo Auētino vocato sepultus, ab eis colebatꝰ vt deus. Dicūt alij, ab aduentu auiū hunc montē Auentinū vocari. Roma em̄ cōstructa a duobus fratribus, ſ. Romulo & Rhemo, historia Romana testante, de impositione vocabuli ciuitatis inter eosdē fratres lis oriebatꝰ, & quia neuter eorꝝ alteri cedere voluit, vt lis illa ꝑ sortē, vel ꝑ auguriū terminareꝰ, vtriq; complacuit. Remus ergo, quia senior, prior est egressus. & in Auentino monte septē vultures cōspexit, Romulus aut̄ post eū egrediēs, duodecī in eodē mōte vidit. Et quia exhinc apud posteros inoleuit vsus quęrēdi auguriū in eodē monte, Auentinus dictus est ab aduētu auium. Vel Auentinus dicitꝰ quasi euentinus, ab euentu futurorꝝ qui similiter inibi in volatu auium quærebatꝰ. Inter hunc & Romulum duo tm̄ reges fuisse dicuntur, Procas & Amulius. Cum igitur regnū Romanorꝝ (vt ita dixerim) partiretur, regnū illud nobilissimū, ac potentissimū Babyloniorꝝ, longo diuturnitatis senio marcescere cœpit.

Auentinus

De translatione regni Babylonici ad Medos. CAPVT. XXXI.

ANno itaq; ab imperio Nini. M.cc.xxxvi. a regno vero patris sui Belī. M.ccc.v. a cōditione vel instauratione Babylonis, sub Semiramide. M.cxliiij. nouissimus, ac corruptissimus apud Assyrios, xxxvi. regnauit Sardanapalus, qui inter scortorꝝ greges colum habitu muliebri tractans, ab Arbato Medo præfecto suo inuenitur. Dumq; ab eodem regnū

Sardanapalus.

aduersus eum cōcitatur, ipse ardenti piræ se iniecit. & sic fortissimum illud, & florentissimū ad Medos deriuatur imperium.

Exclamatio contra Babylonem. CAPVT XXXII.

EXaggerare hoc loco mutabilitū rerū miserias nō est necesse. Ecce em̄ potentissimū illud regnū, cuius nondū penitus destructū, mutatiōe tm̄ sui omnimodis sibi minaꝰ interitū. Quid ergo dicemus, qui reb⁹ transitorijs inhærere cogitamus, dū eas mutari, mutata labi, postremo omnino deleri videmus? Quod quidē in Babylonia deo adiuuante, ostēdemus impletū, & in vniuerso mundo proculdubio ex multis scripturę locis, euidentissimisq; indicijs expectamus implendū. Mansit autē ex hoc regnū Babyloniorꝝ (ꝓpter antiquā vrbis dignitatē) solo noīe ibi, re apud Chaldęos, auctoritate penes Medos. Habuerūt em̄ reges exhinc Chaldęorꝝ viribus fortes, sed nō tam claros, vt in catalogo ponanꝰ priorꝝ. Vnde probaꝰ Nabuchodonosor, alioſq; a Sardanapalo vsq; ad Cyrū reges, de catalogo regū nō fuisse illustriū. Ex q̄ ꝙsiderari potest, quantæ auctoritatis, & potentiæ sub prioribus regnū illud constiterit, cū tanti etiā istorū tēpore nominis, & dignitatis fuerit. Porro Medorum reges, ad quos Babylonici regni auctoritatē deriuatā diximus, exhinc sup putari incipiunt. Post tantam ergo huius maximi, minorūq; regnorꝝ factā mutationē, & diminutionē, aliasq; alternantiū temporꝝ calamitates, primo volumini terminū demus, vt ad eas quæ Medorū, Persarum, Græcorꝝ, & maxime Romanorꝝ regnis factæ sunt vicissitudines, veniamus.

Noīa regū Assyriorꝝ a Belo vsq; ad Sardanapalū. CAPVT. XXXIII.

Et hi sunt reges Assyriorum.

Belus.	Bellothus.
Ninus.	Bellepares.
Semiramis.	Lamprides.
Zameis, qui & Ninias, filius Nini & Semiramidis.	Sophares, scd'm Euseb. Sosares.
	Lampares, vel Lamprides.
Arius.	Pamiras, scd'm Euseb. Pannias.
Aralius, scd'm Eusebiū Analius.	Sosar, vl' Sophar, scd'm Euse. Sosarm⁹
Xerxes, qui & Baleus, scd'm Eusebiū Balaneus.	Mitheus, vel Mitreus.
	Tautanes.
Armamitres.	Teuteus, vel Tauteus.
Belochus.	Thineus, vel Oneus.
Baleus. vel Baleius.	Dercíles, vel Dercilus.
Altadas.	Eupales.
Mamirtus.	Laosthenes.
Manthalæus.	Piritiades.
Sperus, scd'm Euseb. Iphereus.	Offraticus, vel scd'm Euse. Orphateus
Mammilus, scd'm Euseb. Mamytas.	Ophratanes.
Sparetus.	Vacrazenes, scd'm Euseb. Acracapes.
Achatades, scd'm Euseb. Ascades.	Thonosconcoleros, qui & Sardanapalus.
Amyntas. vel tes.	

PROLOGVS LIBRI SECVNDI.

SVperiore libro promisisse me recolo de rerũ mutatione, ac miserijs scripturũ. Quã quidẽ historiã vsq; ad defectũ primæ, sequẽtisq; initium, quã Romam dico Babyloniæ, deo opitulante, vtcunq; cõplerui. Has em̃ Germanas esse ciuitates, nõ solum ex historiographorũ dictis, qui huius illi regnum quasi patri filiũ, medijs, ac breuibus Medorũ, seu Persarũ, ac Macedonũ regnis, tanq; paruuli filij tutoribus, nõ iure hæreditatis, sed successione tẽporis interuenientibus, successisse tradiderũt. sed & ex principis apostolorũ epistola, qui a Roma scribẽs, eam Babyloniã vocat, Salutat vos (inquiens) ecclesia, quæ est in Babylone, conijci potest. Denicq; dũ præteritorũ temporũ calamitatũ reminiscimur, instantis quodãmodo pressuræ quoquomõ obliuiscimur. Modo nempe vbicq; terrarũ, & præcipue in prouincia nostra, quã nuper Vuelfo vir nobilis hostiliter inuasit, agros vastauit, bona ecclesiarũ dei diripuit, clamor auditur, & quod maius est, periculũ vitæ, discrimen animarũ timetur. Inter ipsum quippe & Henricũ Noricũ ducẽ, ambos lectos, ac feruentis animositatis iuuenes, cũ de ducatu sit cõtrouersia, quid aliud q; profligatio pauperũ, deuastatio ecclesiarũ, iuxta illud, Quicquid delirãt reges plectuntur Achiui. ab vtrisq; expectari potest? Iudicio ergo dei, ac orationibus ecclesiæ id relinquẽtes, nos cœptũ opus deo adiuuante prosequamur. Nemo autẽ a nobis sententias, aut moralitates expectet. Historiã em̃ in qua ciuiũ Babyloniæ vicissitudines, ac labores, ciuiũq; Christi, inter eos progressus, & profectus texant, nõ disputantis more, sed differentis ordine prosequi intendimus. Nam a maioribus nostris impugnãtibus hãc quæ in nobis est fidẽ, satis respõdisse arbitror.

Hora. epi. 2.

De regibus Medorũ, qui quorũ regum Iudæ & Israel tẽpore fuerint. De Chaldeis, & Cyro. Nomina regum Medorũ. CAPVT I.

Arbaces, vel Arbactus trãslator regni. vel Sellum vel Medidum. Cardiceas. Gyaraxes.

CEssso ad Medos Assyriorũ regno, Arbatus qui huius translationis auctor fuerat, imperium arripuit, ac per. xxvij. annos tenuit, regnante in Iudæa Ozia, in Israel Sella, vel Manahe. Arbato successit Sosarmus, regnãte in Iudæa Achas, in Israel Phacea. Huius regni anno. xv. prima olympias, quæ quinto exhinc anno quattuor in medio expletis, apud Helidẽ Græciæ vrbem agone, & ludis exerceri solebat, cœpta est nominari. Sosarmus reliquit Madidum, regnante in Iudæa Achaz, vel Ezechia, in Israel Osee, vel Phacea. ij. Post quẽ fuit Cardices, regnante in Iudæa Ezechia, in captiuitatemq; ducto Israel. Post hunc surrexit Dioces, regnãte in Iudæa Manasse. Post hũc Phraortes. xxij. annis imperauit, regnũq; multis, ac crebris bellis cruẽtauit, regnante in Iudæa pijssimo rege Iosia. Post Diocles, qui cũ esset armis expertissimus, regnũ plurimũ dilatauit. Qui successit Astyages, qui inhumanus, ac crudelis Harpalo cuidam vnicũ filiũ, ac paruulũ occidit, patriq; epulandũ apposuit, scelestasq; epulas ostensis cũ capite manibus, patri improperauit. Huius nepos Cyrus Persa, mox vt adoleuit, auo bellũ indixit. Astyages ergo sceleris sui ĩmemor, Harpalũ exercituĩ præposuit. Qui ipsum dũ Cyro traderet exercitũ, Astyages rursum in Medos cessit, exercitũq; cõgregauit. Quibus denuo cõgressis, dũ Persæ fugerent, vxoribus seu matribus impudice insultãtibus, reuertunt̃, victoriaq; capto

Astyage potiunt̃, Cyrus itaq; captũ auũ Hircanis præfecit, regnũq; Medorũ finiuit, quod per. cc. lvij. annos mansisse inuenit. Hæc iuxta Orosiũ. Hic est Cyrus, a quo postmodũ destructa est Babylonia, cuius auunculus fuit Darius rex Medorũ, qui in Daniele Balthasar percussisse legit̃. vnde iuxta alios, regnũ Medorũ nõ bello obtinuit, sed iure hæreditatis post mortẽ aui sui Astyagis, eiusq; filij Darij suscepit, sicut i Daniele habes. Rex Astyages appositus est ad patres suos, & regnauit Cyrus Perses pro eo. Sed occurrit, q; Darius iste qui Balthasar percussit, rursum in Daniele non Astyagis, sed Assueri filius vocat̃. Potuit vero esse q; binomius fuerit. Vnde Iosephus. x. libro antiquitatũ, Darius ait, Astyagis filius, qui Babyloniorũ principatũ destruxit cũ Cyro cognato suo, qui tamẽ alio nomie vocabat̃ a Græcis. Medio tẽpore Chaldei, vnde Nabuchodonosor, suiq; successores erant, irruperũt Babylonẽ, ac multis malis ciuitatẽ dei afflixerunt. Qui tamẽ Medis auctoritatẽ habentibus, de numero, vt supra dictum est, regum non fuere priorum. Fuerunt autẽ reges Medorũ hi. Arbatus, Sosarmus, Madidus, Cardices, Dioces, Phraortes, Diocles, Astyages, Darius, Cyrus. Ex hinc reges Persarum supputantur.

Daniel. 5.

Iosephus cap. 13.

De Proca & Amulio, & ortu Remi & Romuli. CAPVT II.

HEmpus esse arbitror, vt ad Romanorũ regni principia stilum vertamus. Cũ em̃ Babyloniæ sub prefecto suo dehonoratę, adhuc regnũ sub principatu Medorũ stetisset incolume vsq; ad Cyrum, & ab eo prorsus, vti in sequẽtibus patebit, est euersum, iure ipso deficiente, Romani imperij, quod illi tanq; patri filiũ successisse dixi, ortũ narrauerim. Eo igit̃ tẽpore ad Medos cessit, cũ Procas in Italia regnauit. eo illud a Cyro penitus subuersum fuit, quo a Tarquiniorũ iniusta dñatione illud liberatũ, in ppria auctoritate stare cœpit. Procæ successit Amulius, cuius frater Numitor, cũ filiã Rheam Vestalẽ ab eo virginẽ factã, stupri ream ex partu cognouisset, gemínos quos pepererat exponi, & in aquã proijci iussit. Hi sunt gemini fratres Remus & Romulus, vrbis orbis futuræ caput, fundatores, & auctores. Quos ipsius vrbis scriptores, tanq; totius orbis Marte obtenturæ principatũ, Martis quoq; filios autumãt, in argumentũq; q; a lupa (vtpote Martis bestia) lactati, ac nutriti cõtra naturã fuerint, narrãt. Qui reuera an iuxta eos a lupa, an a meretrice qualibet iuxta alios, ppter vitę turpitudinẽ, vnde domos earũ lupanaria dicimus, sic vocata, nutriti fuerint, nihil mea interest. Hoc tñ affirmo, q; non Martis, sed cuiuslibet hominis, & scd̃m quosdã veridicos scriptores, sacerdotis filij fuere.

De fundatione vrbis Romæ, & parricidio aui fratrisq; a Romulo facto, acraptu Sabinarum. CAPVT. III.

ANno ergo ab imperio Nini. M. ccc. post euersionẽ Troiæ. cccc. xiij. olympiade. vi. euolutis ab Adã quattuor milibus. cccc. lxxxiij. annis, regnãte in Iudæa Achas, vel iuxta Augustinũ, filio suo pijssimo rege Ezechia, in Israel Osee, seu Phacea secũdo, geminis auctoribꝰ Remo & Romulo, auo adhuc supstite Numitore, maxima illa, & famosissima in monte Palatino cõdita est Roma. Cuius mox regnũ tam parricidio, auo, fratreq; interfectis, Romulus infecit, cũ raptu Sabinarũ, maritis, parẽtibusq; occisis, improbis nuptijs sibi, suisq; illicite, ac crudeliter confœderatarũ polluit.

De Osee, & Esaia, prophetiaq; Sibyllæ. CAPVT IIII.

CIrca idem tẽpus clarissimos (quos supra nominaui) Osee, & Esaiã prophetasse, prophetiamq; scriptam reliquisse constat. Quor alter non solum dictis, sed & factis meretrice in vxorem accepta, vocationẽ gentiũ, vnde & ait, Vocabo nõ plebem meã plebem meam, prænunciasse cernitur. Alter vero de aduẽtu Christi, passione, resurrectione, regnoq; eius, quod est ecclesia, in hac vita dilatando, post hanc impior æternaliter damnata ciuitate glorificando, atq; cũ auctore suo Christo in ẽternũ mansuro, tam euidenti, tam luculento, ac vrbano sermone disseruit, vt nõ prophetiã, sed euangelij historiã texere videatur. Eo quoq; tẽpore nõnulli Sibyllam Erithream vaticinatã ferunt, quã ex scripturæ suæ testimonijs ad ciuitatẽ dei pertinuisse, sicut & Iob, & plures alios ex gẽtibus, Augustinus velle videtur. Cuius rei gratia prophetiã eius manifestissimã de incarnatione dñi, passione, ac secundo aduẽtu Christi, idẽ pater in libro de ciuitate dei ponit, quã infra annotaui.

I udicij signum, tellus sudore madescet.
E cœlo rex adueniet, per secla futurus
S cilicet in carne præsens vt iudicet orbem.
V nde deum cernent incredulus atq; fidelis, &c.

Lactãtius lib. 4. ca. 18. sed aliter.

In quor versuũ capitibus Iesus Christus theos sother, quod est Iesus Christus filius dei saluator, in græco inueniri dicit. Refert etiam Lactantiũ aliud eius de Christo ponere vaticiniũ, quod tale est. In manus iniquas, & infideliũ postea veniet. Dabũt aũt alapas deo manib⁹ incestis, & ipurato ore expuẽt saliuas venenosas. Dabit vero ad verbera simplex, sanctũq; dorsũ, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat quo verbũ, vel vnde veniat, vt inferis loquat, & corona spinea coronetur. Ad sitim acetũ, & ad cibum fel dederunt, inhospitalitatis hanc ministrabant dño mensam. Ipsa em insipiens tuũ deum nõ intellexisti, ludentẽ mortaliũ sensibus, sed spinis coronasti, & horridũ fel miscuisti. Templi vero velum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis, & morte morietur, somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus, ad lucem veniet primus, resurrectionis principio reuocatis ostenso. Non desunt tamẽ qui dicũt eandem Sibyllam Troiani belli tẽpore vaticinatam fuisse.

De Thale vno de septem sapientibus, & captiuitate decem tribuum. De Phalari Siculo tyranno. CAPVT XI.

REgnãte Romulo, post theologos, ꝗs supra nominaui poetas fuisse, Thalẽ Milesiũ vnũ de septẽ sapiẽtibus, ꝗs sophos vocabant, ferũt. Hisdẽ ꝗq; diebus, decẽ tribus a Chaldeis in Samaria debellatæ, ac in captiuitatẽ ductæ sunt, positusq; in Samaria est Chaldeor ppꝰs, q iuxta librũ Regũ, deũ timebat, & idola nõ deserebat. Quare vero deũ timerẽt causa fuit, q dũ primo ĩ Samariã venissent, dñs in eos leones imiserat. Qd ergo volebãt, de lege recipiebãt, & qd nolebãt more alienigenar reprobabãt. Hinc in euãgelio habes, q eis Iudei nõ coutebant. Circa hec tpa Phalaris Siculus tyrãnus dũ multis ac varijs tormẽtis inocẽtes afficeret, Perillus qdã faber ærarius volẽs placere principi, aptũq; sibi crudelitatis suę munus offerre, taurũ æneũ fecit, cui ex latere ianuã cõposuit, vt dũ cruciãdi p eã intromissi, ignib⁹ appositis torq̃rent, nõ gemitũ hois, sed pecudis mugitũ emittere viderent. Qd simulacrũ tyrãnus gratãter suscepit, ipmq; auctorẽ in eo positũ ppria adinuẽtiõe puniuit.

Qualiter, & a quibus vrbs Roma inchoata fuerit. De morte Esaiæ, & Samia Sibylla. De Tullo Hostilio, & Anco Martio, Romanor regibus. CAPVT VI.

ROmulus contractis vndecunq; pastorũ, prædonũ, ac latronum copijs, quibus etiã asylum construxit, crudeli ortu regnum, totius orbis futurũ caput initiauit. Vnde Iuuenalis. Et tamen vt longe repetas, longeq; reuoluas Nomẽ, ab infami gentem deducis asylo. Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo. Hic & mille iuuenes de plebe electos milites, & centũ seniores senatores appellauit, & exhinc militaris ordo, senatoriaq; dignitas exordium sumpsere. Romulo successit Numa, qui cultum, immo sacrilegiũ pluriũ deorum, in vrbẽ induxit, & capitolium a fundamẽtis ædificauit. Huius diebus regnante apud Hebræos impijssimo rege Manasse, a quo Esaias occisus fertur, Samia Sibylla fuisse dicitur. Successit Numæ Tullus Hostilius, qui primus ex Romanis regibus purpura, & fascibus vsus fuit, & vrbem adiecto Cælio monte ampliauit. Post quem Ancus Martius Auentinũ montẽ, & Ianiculum vrbi addidit, & supra mare decimo ab vrbe miliario, Hostiam condidit.

Iuuena. Satyra. 8.

De captiuitate Iudæ sub Tarquinio Prisco Romano rege, & prophetia Hieremiæ, & residuis sex sapientibus. CAPVT VII.

REgnante deinde Tarquinio Prisco, qui circũ ædificauit, & numerũ senatorũ auxit, cum Sedechia rege suo a Chaldeis in captiuitatem ductus est & Iuda. His diebꝰ plurimi fuere ciues regni Christi, precipue prophetæ, qui populũ dei de malis eorum operibus redarguerent, malaq; ventura predicerent, quor alij cũ peccatore populo in captiuitatẽ sunt ducti, alij etiã ab hostibus ppriæ volũtati, ac arbitrio sunt relicti. Prophetauit autẽ hisdem diebus, scriptũq; vtile valde ecclesiæ dei opus reliquit vir dei Hieremias, in quo & præuaricatoris populi peccata, captiuitatẽq; relaxandam post. lxx. annos posuit, ac multa de statu ecclesiæ, & aduentu Christi prædixit. Fuisse tunc Pittacũ Mityleneum vnũ de septem sapientibus ferunt, nam alios quinq;, id est Solonẽ Athenien sem, Chilonẽ Lacedæmoniũ, Periandrũ Corinthium, Cleobolum Lydiũ, Biam Prieneũ, eo quo captiuus tenebatur populus, fuisse tẽpore, refert Eusebius. Quorũ nullus tamẽ librorq; monimenta, excepto Thale de physica, & Solone legibus Athenien sibus datis, reliquit.

De philosophis, pcipue Pythagora, Socrate, Platone, Aristotele. CA. VIII.

POst theologos, & hos quos sapiẽtes dixi, philosophi surrexere, qui verecundo magis philosophorq;. i. amatorũ sapientiæ, cꝫ sapientiũ appellari maluerunt nomine. Quor primus Pythagoras ex malleorum ictibus diuerse cõcrepantibus, musicæ septẽ discrimina vocũ inuenit, multisq; alijs vtilis admodũ, & clarus extitit. Post quẽ Socrates, oĩm philosophorq; clarissima lumina, tanto perspicaciores, quanto iuniores, vtpote qui ipsos docentes se intellectu transcenderẽt, educauit Platonẽ, & Aristotelẽ. Quor alter de potentia, sapientia, bonitate creatoris, ac genitura mundi, creationeue hominis, tam luculenter, tam sapienter, tam vicine veritati disputat, vt ob hoc a quibusdã ex nostris Hieremiã in Aegypto audisse, & ab eo de fide nostra imbutus fuisse credatur. Alter vero dialecticæ libros artis vel primus edi-

disse, vel in melius correxisse, acutissimeq, ac disertissime inde dubitasse inuenitur. Sed Platonẽ (qui præfati Aristotelis nõ solum apud Socratem cõdiscipulus, sed & post mortẽ Socratis præceptor fuit) lõge post Hieremiã fuisse, ex hoc q circa tẽpus captiuitatis, sophi. i. sapientes, qui philosophos precessere, fuerũt, innuitur. Vnde nõ incõueniẽter arbitrati sunt, qui eum cũ cæteris philosophis naturali ingenio per visibilia mundi inuisibilia cõprehendisse dixerũt. Omnia eñ quæ de diuina natura, humana ratione inuestigari possunt, inuenerunt, exceptis his, in quibus summa salus consistit, quæ per gratiã Iesu Christi a mansuetis corde cognoscunt. Vnde Augustinus. In principio erat verbũ, & omnia, quæ in profundissimo sermone euangelista prosequit, vsq ad illũ locũ, vbi de mysterio incarnationis agere incipit, in Platone se inuenisse dicit.

De Tarquinio Superbo, & oppressione Lucretiæ. CAPVT IX.

SO quo in Babylonia captiuus tenebat populus dei tẽpore, Romanorũ respublica Tarquinij Superbi iniquæ dñationis premebatur potentia. Cuius post alia facta crudelia, sceleratissimũ illud in castissima muliere Lucretia, a filio turpiter perpetratũ, a patre nequiter dissimulatum opus, deiectionis eius causa fuit iustissima. Cuius castitatis argumentũ nõ paruũ fuit. Quæ dum tyranni violentiã euadere nõ posset, propriã sibi manũ iniecit. Vnde pulchre quidam. Cum foderet ferro castum Lucretia pectus, Sanguinis & torrens egrederetur, ait. Procedant testes, me non fauisse tyranno. Sanguis apud manes, spiritus ante deos.

De tẽpore consulum, & remotione regum, & zelo Bruti primi consulis, liberationeq Romanæ vrbis per Mutium Sceuolam, & Clœliam virginem. CAPVT X.

Brutus primus cõsul.

PVlso regno Tarquinio, Romani regium nomen abiurantes, consules qui reipublicæ potius consulerent, q imperarent, sibi creauere. Anno igitur post vrbem conditã, cc. xliij. Brutus ab eis consul constituitur primus, qui priorũ regum malitiã imitatus, filios, vxorisq fratres interfecit Vitellios. Trandunt tamẽ alij zelo æquitatis eum hoc fecisse, vt videlicet nõ rem familiarẽ, sed publicam diligere videret. Vnde & populũ Romanũ pro filijs adoptasse dicitur. Tarquinius vero Hetruscorũ regis Porsenæ auxilio, vrbẽ per trienniũ obsedit, cepisset q, aut rursus eam sue ditioni subegisset, nisi prædictus rex Mutij manũ adurentis patientia, vel Clœliæ virginis Tyberim transnatantis audacia permotus, obsidionẽ soluisset. Mutius eñ cũ alijs Romanis iurauerat se regem interfecturũ, sed dum in castra venisset, a militibus q captus, votũ suũ implere nõ posset, manũ sub præsentia regis in igne combussit. En scias (inquiẽs) quẽ virum effugeris. Idem. ccc. iurauimus. Clœlia vero cum esset vna de obsidibus, clam de castris lapsa, Tyberim transnatauit. Rex ergo, vt dixi, tam viri patiẽtia, q virginis audacia motus, ab vrbe recessit. Hæc prima ætas quasi infantia populi Romani fuit.

Quomodo Babylon a Cyro capta sit, & quis eius situs fuerit. De morte quoq Crœsi. CAPVT XI.

INter hæc Cyrus, quẽ supra memorauí, dum Tarquinius aut vi, aut bello premeret vrbem, orientis late imperio peruagato, Babyloniã vtpote caput eius, bello petit. Sed dum vnus militũ equo feruentior animo, Gangem fluuiũ, quẽ vnũ quatuor fluminũ Paradisi dicunt, transnatare attentasset, impetus eius nõ ferẽs submersus est. Rex in amnẽ amore iuuenis vlcisci statuens, in. ccccl x. venas deriuatũ, vetularũ etiã pedibus trãsmeabilem fecit. Eo quoq ingenio Euphraten mediã Babyloniã interfluentem ab alueo proprio deriuauit. Sicq mirabile dictu, vrbem maximã, ac florentissimam cepit. M. cccc. post conditionem eius anno. De cuius tam situ, q euersione verba Orosij infra ponere volui, ait eñ. Cepit vrbem, quam vel humano opere extrui potuisse, vel humana virtute destrui posse, vtrũq pene incredibile apud mortales erat. Et infra. Quicquid est opere, & manu factum, labi, & cõsumi vetustate, Babylon capta confirmat. De situ quoq eius sic ait. Hæc campi planicie vndiq conspicua, natura loci latissima castrorũ facie, mœnibus paribus per quadrũ disposita, murorũ eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo, i. latitudo. l. cubitorũ, altitudo quater tantum. Cæterum ambitus eius. ccccl xxx. stadijs circũuenitur. murus cocto latere, atq interfuso bitumine cõpactus. fossa extrinsecus late patens, vice amnis circũfluit. A fronte murorũ centũ portæ æreæ. Ipsa autẽ latitudo in cõsummatione pinnarũ vtroq latere habitaculis defensorum æque dispositis, media intercapedine vicenas quadrigas capit. Domus in trinsecus quater geminę habitationis, minaci proceritate mirabiles. Cyrus tanta vrbe capta, Crœsum q regẽ Lydię famosum, & magnũ, qui ad huius auxiliũ cũ venisset, territus aufugerat, persequit, victũq vita, & regno priuauit. Babylonię situs.

De prophetia Eçechiel, Daniel, Abacuk. CAPVT XII.

NOn multo ante hoc tẽpore prophetauerunt Eçechiel, & Daniel in terra Babylon. Quorũ prior de spiritali templo, quæ est ecclesia, de visione quoq quattuor animaliũ profundissimã, & obscurissimã scripsit prophetiã. Alter vero eximiæ sapientiæ, vnde & desyderiorum appellatus est vir, luculentissimã de regnorũ mutatione, prophetico spiritu scripsit apocalypsim. Ambo de tẽporibus antichristi, resurrectioneq mortuorum, extremo quoq iudicio, ac permansuro in æternum Christi regno, multa nobis tam vtilia, q spiritalia mystico, ac prophetico sensu protulere. Abacuk etiã eo tẽpore in Iudæa, quo isti in Babylone prophetauerũt, scripsisse ex historia Danielis cognoscit. Hic ob hoc q populũ dei iniuste oppressum peregrinari ac misere viuere, oppressores vero eius regnare, & prosperari vidit, in tantã etiã cõtra dominũ prorupit audaciam, vt ipsum aut res humanas negligere, aut nõ æqua lance pensare pene dixerit, vel potius eius super his patientiam admiratus fuerit, nõ de gubernatione, seu æquitate dubitauerit, propter quod & luctator vocatus est. Canticũ quoq pulchrum valde edidit, in quo consideratione incarnationis, passionis, secundi aduentus domini, reprobationeq Iudaici populi, ac vocatione gentium, horrore se concussum innuit, dicens. Domine audiui auditum tuum, & timui. Abacuk. iij

De quattuor principalibus regnis, quæ Daniel in expositione somnij Nabuchodonosor vidit. CAPVT XIII.

SEd quia Danielẽ de mutatione regnorũ prophetícã hiſtoriã edidiſſe diximus, aliquid inde ſubter annotare operepreciũ duximus. Dũ ergo ſomniũ regis Babyloniorũ exponeret, tu es inquit o rex caput aureũ, quod vidiſti. Poſt te ſurget aliud regnum minus te, poſt hoc rurſum aliud, poſt illud quartũ, quod quia fortiſſimũ erit, ferro omnia cõminuenti cõparatur. Vide quomodo ꝓpheta quattuor regnis nominatis, primũ quidem propter nobilitatẽ ſui auro, quartũ propter potentiã, ac Marte preſſum orbem, duobus mediis interuenientibus ferrũ nominauerit. Primũ & quartũ quę ſupra memoraui, regna ſunt potentiſſima Babyloniorũ, ac Romanorũ, quorum vno cadente in oriente, mediis Perſarũ & Græcorũ interuenientibus, alterũ (vt ſæpe iam dixi) ſurrexit in occidente, cuius nõnulli pro Perſarũ regno ſecũdo loco Africanũ inter quattuor mundi principalia regna poſuerint regnũ, vt & ſic ſcꝫm quattuor mundi cardines, mũdi quoq; quattuor regna cõſtituat, orienti ſcilicet Babylonicũ, Auſtro Africanũ, Septẽtrioni Macedonicũ, occidenti Romanũ tribuẽtes. Quod autẽ idẽ propheta proſequit, & dicit, regnũ iſtud quod ferro cõparauit, in pediſbus, quæ pars extremitas corporis humani finẽ ſignificare ſolet, ex parte ferreum, ex parte fictile fuiſſe, donec a lapide exciſo de mõte ſine manibus percuſſum, funditus ſubrueret, ſuo loco adiuuante deo dicemus. Nos enim circa finem eius poſiti, id quod de ipſo prędictum eſt, experimur, futurumq; in proximo quod reſtat, expectamus.

Iosephus li. 10. ca. 12.

Qualiter Tomyris regina Cyrũ occiderit. Exclamatio de hoc, breuisq; epilogus de laude Cyri. CAPVT XIIII.

CYrus poſt tot triũphos, in ſuperbiam elatus, Scythiam, cui tunc Tomyris regina præſidebat, cũ exercitu ducentorũ miliũ petit. Cumq; Araxim fluuiũ tranſiſſet, caſtra poſuit, vbi callide euocatis Scythis tertiã partẽ exercitus reginę cũ filio eius interfecit. Ob quã rem Cyrum in inſidias aſtute vocatũ, mulier eũ toto deleuit exercitu adeo, vt nec tantę cladis remanſiſſe feratur nuncius. Capite quoq; eius in vtrem humano ſanguine plenũ miſſo, ſexus ſui immemor, dixiſſe fertur. Satia te ſanguine, quẽ ſitiſti. Res miranda, ac miſeranda, nec fatali euẽtui, ſed dei occultis iudicijs tribuẽda. Quis hæc audieus nõ ſtupeat? cuius vel ſaxeum pectus factum tam miſerabile ad amorẽ dei, contemptũq; mundi nõ emolliat? Ecce eñ vir totius orientis, ac ipſius triumphator Babyloniæ, quẽ propter eximiã virtutẽ Eſaias longe ante Chriſtũ vocauerat, cui iuxta eundem prophetã, dñs gentes ſubiecerat, dorſa regum verterat, portas æreas, ac vectes ferreos confregerat. Hic inquã nõ ſolum terris, ſed & aquis formidabilis, ab infirma, fragilisq; cõditionis muliere decipitur, ac cum tam infiniti exercitus multitudine funditur, & deletur. Quid ad hæc dicemus, qui mundo inhærere volumus, ne dicam cernere, palpare etiã q̃ miſera ſit mortaliũ cõditio, poſſumus, & ipſis tamẽ caducis, ac trãſitorijs, tanq; robuſtis, ac permanentibus adhæremus. Nec duritiæ id, ſed bonitati, ac miſericordiæ omnipotentis dei aſcribendũ dixerim, qui vt ad amorẽ ſui, permanentemq; in cœlo ciuitatis manſionẽ nos vocaret, hanc ineſſe miſeriã rebus mortalium voluit. Hic eſt Cyrus, qui dum a Iudæis allatum Eſaiæ vidiſſet (hoc quod poſuimus) teſtimoniũ, captiuitatem ex parte (vt Hieronymus ait) relaxauit, finitis a prima captiuitate Iudæ ſub Iechonia, iuxta ſupputationẽ præfati Hiero-

nymi in prophetiam Eçechielis, xl. annis, qui a deſolatione templi, xxx. erat.

De Cambyſe filio Cyri, & noua Babylonia ab ipſo cõdita. CAPVT. XV.

CYro filius eius Cambyſes ſucceſſit, qui religionẽ, immo ſacrilegia Aegyptiorũ, cerimoniasq; expiauit. Hũc quidã ſecundũ Nabuchodonoſor dicunt, & ea quæ in libro Iudith leguntẽ, ſub eo facta fuiſſe, præcipue cũ Romanorũ hiſtoria habeat, Tarquinij Superbi tẽporibus a Iudith caſtiſſima Holoferne interfectum. dicuntq; primũ Cambyſis regni, Tarquinij. xvij. fuiſſe annũ. Vnde hæ duæ caſtiſſimæ Iudith, & Lucretia cõtemporaneæ inueniuntẽ. Sed occurrit quæſtio, quã ſoluere nõ poſſunt qui hoc tradunt, quõ videlicet hæc Cambyſi, qui. lxxx. tm annis regnauit, conuenire queãt, cũ. xij. regni anno Nabuchodonoſor hæc expeditio mota, in libro Iudith dicat. Quis etiã ſit ille rex Medorũ Arphaxat, quẽ bello ſuperatũ a pfato rege, idem liber affirmat. Quibus miníme fidẽ accõmodaremus, niſi ꝓpter Ioſephũ, qui in libro antiquitatũ. xi. maliuolũ eũ vocat, vbi etiã refert eum epiſtolam cõtra Hieruſalẽ miſiſſe, in qua eam inimicã regibus, & ſeditioſam cõteſtãs ne amplius ædificetur prohibet. Sed & Auguſtinus in libro de ciuitate dei, ea quæ in libro Iudith ſcripta ſunt, dicit ſub Cyro euenisſe. Vbi q̃uis numerus anorũ nõ repugnet, de victoriaq; Medorũ mutato noĩe tantũ regis eorũ eluceat, veriſimilius tamẽ eſt ea ſub filio ſuo Cambyſe, qui inimicus illius populi a Ioſepho dicit, prouenisſe, q̃ ſub ipſo, qui captiuitatẽ relaxando, nõ ſolũ immanitatem, ſed plurimã etiã populo dei exhibuit humanitatẽ. Prędictus autẽ ſcrupulus ſic ſolui poteſt. q tres ſequẽtes iuxta Ioſephũ, magorũ anni, quos aliæ hiſtoriæ, vij. tm menſibus imperaſſe dicũt, ad Cambyſem referant, & ita circa initiũ xij. anni præfata expeditio ſub Iudith facta fuerit. Cambyſes nouã Babyloniã in Aegypto dicitur inſtauraſſe, quæ olim ab Argiuorũ rege Api condita Memphis dicebatur.

Iudith & Lucretia cõtemporaneæ. Cap. 3.

De Magis, & Dario, & plenaria liberatione Romanorũ. De prophetia Aggei, Zachariæ, Malachiæ, Eſdræ. De infortunio Darij in bello Athenienſium, morteq; eius. CAPVT XVI.

CAmbyſe mortuo, dum Magi regnũ eius inuaderẽt, Darius vnus ex illis, qui Magorũ audaciam cõpeſcuit, conſenſu cunctorũ rex creat. Hos Magos in. xi. antiquitatũ libro. vij. dominos nuncupatos, & tribus annis regnaſſe dicit Ioſephus, Euſebius tres, menſibus. vij. Darius autẽ eo q deo vero votũ priuatus fecerat, quatinus ad regnũ ipſo opitulãte promotus, populũ ſuũ ad natale ſuũ ſolũ remitteret, captiuitatẽ Iudeorũ ad plenum relaxauit, templũq; inſtaurari permiſit. Tũc quoq; Romani Tarquiniorũ dñatione iniuſta, ad plenũ ſunt liberati. Prophetauerũt nouiſſimi ꝓphetarũ Aggeus, Zacharias, Malachias. Quorũ vnus cũ dixiſſet de eccleſia, Erit gloria domus huius poſterior maior q̃ prior, Iudęi hoc de tẽplo materiali dictũ putãtes, falſa ſpe fruſtrati ſunt. Eſdras q̃q; ſcriba, quẽ vnũ de nominatis ꝓphetis quidã eſſe volũt, vtilis valde in renouatione librorũ legis, pſalmorũq; titulis, eiſdẽ tẽporibus fuiſſe inuenit. Denicq; a tẽpore illo. i. a Zorobabel & Ieſu ſacerdote magno, vſq; ad Ioannẽ, nec ꝓphetas cecinisſe, nec regnum floruiſſe, excepto Ieſu filio Syrach, qui Salomonis ſectans opus, librũ quẽ Sapiẽtiæ vocant, ſcripſit, & Machabæis, quorũ alij patiẽtia, alij fortitudine ꝓ lege dei fortiter ſteterũt. Pau-

Cap. 4.

cos inuenies,qui dictis,vel factis inter probatos ciues Hierusalē meruerint cō
putari.Habuerūt tñ & postmodū reges,quos suo loco ponemus, sed non tā cla
ros,vt de catalogo meruerint esse priorꝫ.Darius primo Babylonios iugū dñati
onis Persarū excutere volentes,repressit. Dehinc regi Scytharū Antyro,eo ꝙ fi
liam eius sibi in matrimonio copulare nollet,bellū indixit. Dcc.ꝙ milia arma
torū vnius amore mulierculæ,in periculo posuit,vbi amissis.lxxx. milibus con
tra Athenienses,eo ꝙ Scythis Ionas in auxiliū misissent,procinctū mouit.Athe
nienses ergo cū.x. milibus in campis Marathonijs tanto exercitui, qui fusis in
Scythia tantū.lxxx.milibus,de.Dcc.milibus supererat,occurrunt,interfectisꝙ
ex eis(mirabile dictu) cc.milibus, cæteros in fugam vertunt. Post hoc cū bellū
rursus instauraret Darius,in via mortuus est,successitꝙ ei filius eius Xerxes.

Rursum de infortunio filij Darij Xerxis, primo a Leonida,post ab Athenienſibus victi,ad vltimum ab Artabano præfecto ſuo occiſi. CAPVT XVII.

Oroſius. ANno ab vrbe cōdita,cclxxv. cū ob stuprū viua defossa fuisset Vesta
lis virgo Popilia,patri in regnū succedens Xerxes, Athenienſibus
bellum parat. Tedet hic inextricabilē malorꝫ texere cratem, tamen
ad ostendēdas mortaliū miserias,summatim ea attingere volo. Tūc
em Xerxi cū innumerabili,ac incredibili exercitu,vtpote qui ad mille milia ar
matorꝫ, & ad mille ducentas naues rostratas, & ad triū miliū oneratarū nauiū
Oroſius in.2 fuisse perhibetur,a Leonida Spartanorꝫ rege,cū paucissimis.i.quattuor milib⁹
in artis locis Thermopylarꝫ occurrit,triduoꝙ pugnatur. Itaꝙ Leonida quarta
die cū hostē vndiꝙ circūfundi cernerēt,dimissis socijs,cū suis tantū qui.Dc.fue
re, memorabili illo animans eos eloquio, Prandete, cū inferis cœnaturi. tantū
audēs aggredi exercitum, tota nocte vna,sequentisꝙ parte diei hostes cecidit,
adeo vt nō eorꝫ ictibus,vtpote qui in nullo se defendentes, mutuis etiā se cæde
bant vulneribus, sed propriis lassati laboribus, ipsi qui victores extiterant, nō
percussi,sed percutiētes morerent. Eo modo Leonida cū suis occubuit. Xerxes
bis victus nauale rursus prælium parat.sed Athenienſiū, ac græcorꝫ nō mínus
astu,ꝙ virtute territus,relicto Mardonio exercitu,in scaphā apud Abydum cō
scendens,vno tm̄ comitatus cliente in Persas rediit.Mardonius cōmisso in Boe
tia cum Græcis prælio,deletis copijs,regijsꝙ opibus refertis,castris captis, cum
paucis velut nudus de naufragio fugere cōpellitur. Et mirum dictu, Persarum
Oroſius ha exercitus, qui eadem die sub Monimicale duce in Asia dimicabat, tantum so
bet. Pars p cioꝝ discrimen ipsa die meridianis horis, tanto locorum interuallo audire po
ſici exerci tuit,auditoꝙ desperatione correptus,& in fugam versus est. Sicꝙ sub hoc,duo
tus in Asia busꝙ præcedētibus regibus,de illis tantum regni visceribus decies nouies cen
sub mœni tena milia tribus bellis rapta inuenies.Græciaꝙ hanc victoriam cum morte su
bus Myca orum,ac discrimine maximo est adepta.Xerxes tot bellis infœliciter gestis,su
les nauali iscꝙ contemptui habitus,ab Artabano præfecto suo occiditur.Artabano itē re
prælio di ge perfuncto, successit Xerxes,& rursum post illum Xerxes,& deinde Sogdia
micabat. nus,& sic consequenter Darius,cognomento Nothus.

De prodigijs in vrbe Roma visis,pestilentia,inteſtinisꝙ malis inde ſecutis.& de.Q.Cincinnati rustici victoria. CAPVT. XVIII.

ANno post vrbem conditā.cclx.suspensis paruo interuallo bellis, pe Oroſius.
stilentia maxima nō tam minores,ꝙ cōsulares,ac militares viri cō
sumpti sunt in vrbe.Quā pestilentiā pdigiū,ita vt cœlū ardere vide
retur,præcessisse fertur.Cōsumpti tūc fuere duo cōsulares viri,Ebu
tius & Seruilius,quę lues superiore quarto anno vrbē simili modo depopulata
est.Hoc malum sequēti anno sequit aliud. Serui nanꝙ cōtra dños suos, ciuesꝙ
exules, duce Herbonio viro Sabino effrenati, inuadūt, incenduntꝙ capitoliū. vel Herdo
Quos cū vir fortissimus coercere vult Valerius consul, morte sua miserabiliter nio.
de seruis suis triumphauit.Anno sequēti cū Equis & Volscis male pugnatū est
Nam Minutius consul cū eis pugnans vincit, obsidioneꝙ cū exercitu frigore,
ac fame laborāte,cingitur. Quintus ergo Cincinnatus ab aratro assumptus ad
fasces, presso hoste obsidionē soluit,iugūꝙ boum equis imponēs, actis ante se
victis,rustico vt erat habitu,victor vrbē ingressus est. Iam tunc inter illius,quę
totius orbis obtentura foret principatū,vrbis mōstrabant principia,ꝙ infirma
mundi elegit deus,vt confundat fortia.

De bellis diuersarū ciuitatū, & præcipue de oppressione Athenienſiū a regibus Persarū,morteꝙ Socratis, ac obitu Darij regis Persarū, & exilio Dionysij Siculi. CAPVT XIX.

ANno ab vrbe condita. cccxxxv. tam in Sicilia, ꝙ in Græcia grauia
fuere bellorꝫ discrimina. In Sicilia quidē inter Catinēses & Syracu
sanos,in Grecia vero inter Lacedęmonios & Thebanos, Spartanos
Athenienses,Xerxe,Dario Notho, & Artaxerxe, de quo postmodū
dicet,regibus,ꝑpter Athenienſiū odiū incitantibus cōtra eos alias quas nomi
naui vrbes, intantū vero hoc cœpit serpere malū,vt nobilissima illa, ac famosis
sima ciuitas Athenienſiū, quæ nō minus ex suorꝫ sapiētia,ꝙ virtute floruerat,
funditus pene ita,vt etiā sedes mutare cogitarent, destructa fuerit,ꝙ Romanæ
eloquentiæ maximus auctor Tullius,in libro de officijs hoc modo testat. Athe Offi.3.
nienses cū Persarū impetū nullo modo possent sustinere,statuerentꝙ vt vrbe re
licta cōiugibus,& liberis Troezene depositis, naues cōscenderent, libertatēꝙ
Græciæ classe defenderent.Cyrsilum quendā suadentē vt in vrbe maneret, Xer
xemꝙ reciperent, lapidibus obruerūt.Quorꝫ virtutē rursum in extremo discri
mine positorꝫ, idem cōmendans Themistocles inquit, post victoriā eius belli
quod cū Persis fuit,dixit in cōcione se habere consiliū reipu.salutare,sed id sci
ri nō opus esse,postulauit,vt aliquē populus daret, qui cū cōmunicaret, datus
est Aristides huic.Ille classem Lacedæmoniorꝫ, quæ subducta esset ad Gytheū
clam incendi posse,quo facto,frangi Lacedæmoniorꝫ vires necesse esset. Quod
Aristides cū audiuisset,in concionē magna expectatione venit, dixitꝙ peruti
le esse consiliū,quod Themistocles afferret,sed minime honestū. Itaꝙ Athenie
ses quod honestū nō esset id ne vtile quidē putauerūt, totāꝙ eā rem quā ne au
dierant quidē,auctore Aristide,repudiauerūt. Malis ergo suis sapiētissimi oim
edocti Athenienses,tandē didicere,sicut res paruæ cōcordia crescunt,sic maxi Saluſtius.
mas discordia dilabi. Ex quo apparet sapiētissimos ꝙq; interdū plus rerū expe
riētijs,ꝙ doctorꝫ ꝑficere institutis. Quā historiā profuse ab alijs dictā, nos bre
uitatis causa succinximus. Socrates præcipuus philosophorꝫ,his malis motus,
veneno se necasse perhibet, qui tñ nulla monimēta librorꝫ dimisisse inuenitur.

Vnde eius tale dictū adhuc vulgo tradit. Malo in cordibus hoīm, q̄ in pellib⁹ mortuor⁊ animaliū scribere. Insignia hæc tēpora tam expugnatione Athenar⁊, q̄ morte Darij regis Persarū, q̄ exilio Dionysij Siculi tyranni fuere. Sicilia ēm primo Cyclopū, post tyrannor⁊ vsq; in præsentē diē fuisse nutrix tradit. Quor⁊ priores carnibus hominū, posteriores cruciatibus semp pascebant. De hoc Dionysio refert Tullius, q̄ ob nimiā crudelitatē in suos, nulli fidus, a nullo q̄; boni quippiā fidēs, cultros metuēs tōsorios, cādēti carbone sibi adurebat capillū.

Offi. 2.

Qualiter duo filij Darij, p regno cōtenderint, & Artaxerxes, sub quo historia Hester facta creditur, regnū mortuo fratre obtinuerit. De terremotu, & incendio Aetnæ montis, de Atlanti ciuitate, & pestilentia Athenienſiū. CAPVT XX.

DArius moriens duos reliquit filios Artaxerxem, & Cyrū. Qui dū, p regno cōtenderent, multis vtrinq; profligatis, Artaxerxes grauiter vulneratus, equi velocitate liberatur. Cyrus vero ab exercitu fratris interfectus, finem certamini dedit. Itaq; Artaxerxes victoriam adeptus, regnum parricidio firmauit. Hic est Artaxerxes, qui & Assuerus, sub quo Hester, & Mardochæi narratur historia, quando omnis populus Israel mortis periculo liberatus, expletis a prima captiuitate sua, iuxta Hieronymi supputationē in Ezechielis, pphetiā, ccxc. annis, pristinæ donatus est libertati. Ea tempestate terremotu cōcussa Sicilia, Aetnaq; exæstuāte, agri, villæq; vastatę sunt. Tunc etiā Atlantis ciuitas ab arida soluta, in insulā redacta est. Athenienſiū reliquiæ pestilentia miserabiliter cōsumptæ sunt. Vide tpa omni plena miseria.

Iosephus li. 11. cap. 6.

Quæ mala Galli Romanis fecerunt, & quomodo ab eis accepta pecunia recesserint. CAPVT XXI.

ANno ab vrbe condita. cccl xiiij. Senones Galli duce Brennone, exercitū mouent cōtra Romā, contemptisq; legatis quos p adipiscenda pace miserant, Clusini oppidi, quæ nunc Tuscia dicit, obsidione relicta ad Romanor⁊ pernicie ꝓperant. Quibus dū Romanor⁊ cōsul Fabius occurrisset, cū quanta clade suor⁊ aufugerit, testis est Allia fluuius. Nec hic miseriæ finis fuit. Vrbē ēm ingressi Galli, tā ipsam incēdio flagrare, q̄ senes eius in domibus sedentes, & in modū simulacror⁊ rigētes, ruina domus sepelire nō timuerūt. Iuuenes etiā, q; mille tm remāserāt, in capitoliū fugiētes p̄sequuntur, nec ante ab eius ꝑpugnatiōe cessare voluerūt, donec accepta mille talentor⁊ auri pactiōe, recederēt. Quib⁹ malis attriti, sedes mutare cogitauerūt Romani.

vel Dusia.

Excidiū Lacedæmoniorum, & reformatio Athenienſiū, sub Conone p Artaxerxem regē. De victoria Romanor⁊, & specu quē. M. Curtius miles inaudito modo clausit. Victoria de Gallis. CAPVT XXII.

IIs diebus Artaxerxes rex Persarū discedere ab armis, & quiescere totam Græciā iubet, adijciens violatorē pacis armis petēdū. Quod eo facilius facere potuit, quo oēs tot bellor⁊ varijs euentibus defatigati, & tedio affecti, quietis remedio respirare cupiebāt. Lacedemonij ēm vtpote hoīes, & Græci inquietissimi, ac cupidissimi, & de hoc q; Athenienses ante bello presserāt, in superbiā elati, totū bello ꝓturbare tentabāt orientē. Quor⁊ Artaxerxes rex insolentiā refrenare volēs, Cononi Atheniēsi, qui apud eū exulabat, cōmittens exercitū ipsum cōtra Lacedæmonios, cū Persarū copijs misit. Porro Lacedæmonij ab Hertmione Aegypti rege petito, & accepto auxilio, sociorūq; vndecūq; cōtractis copijs, bellū parat, Agesilaumq; pede claudū, sed manu fortē, ducem sibi creant. Igit Conon, & Agesilaus, pbatę fortitudinis viri, cōgressi acerrime cū vtriusq; exercitus sanguine, diutissimeq; pugnarunt, nutictiq; abalterutrū ambo fatigati discesserūt. Conon rursum Persarum instructus copijs, Lacedæmoniorum agros, villasq; populabat. Et ne multis morer, vastis, ac plurimis ancipiti victoria vtrobiq; gestis bellis, bellorūq; discriminibus ad hoc tandem florentissima illa, gloriæq; auidissima deducta est Lacedæmoniorum ciuitas, vt tota deleta iuuentute, vix in ea, c. inuenirentur senes. Conon Athenas reuersus cum maximo gaudio suorū, ipse pro desolatione vrbis tristis suscipitur. Itaq; Lacedæmoniorum prædijs a Lacedæmonijs vrbem exinanitam repleuit, & quę ante a Persis fuerat cōcremata, a Persis rursum ipso rogante, est reformata. Non multo post elapso tempore Romani, qui a Volscis, Phalisc is, Equis, Sutrionibus per. lxx. annos multis malis attriti fuerant, tandem ciuitatibus eorū captis, sub Camillo duce finem imposuere certamini. Prænestinos qui vsq; ad portas vrbis sæpe venerant, Tito Quinto duce iuxta flumen Alliā pugna vicerūt. Circa idem tēpus pestilentia rursus Roma consumitur, quam sequenti anno ingens prodigiū sequitur. Impudens quippe specus, terraq; dehiscens in medio foro apparuit, viuiq; hominis dijs consultis præcipitiū expectauit. Satisfecit monstroso specui. M. Curtius miles, qui dum armatus illo se præcipitasset, morte sua horrendam voraginem clausit. Romæ tunc scęnici ludi ad placandos deos suadentibus pontificibus, sunt instituti. Ea tempestate Galli rursum Romam delere cupientes, cum ingenti exercitu ad quartū ab vrbe lapidem consederunt. Quibus Titus Quintus cū Romanorū exercitu occurrens, victos, fugatosq; barbaros in patriam redire compulit. Qui rursum instauratis copijs, reuertentes a Romanis denuo vincuntur.

vel Herci-nione.

Val. Max. lib. v.

Q2 Carthaginienses, & Romani nuntijs fœdus firmarunt, & saxea grando veris terram lapidibus percusserit. De Artaxerxe, qui & Ochus, quomodo Iudæos incluserit. CAPVT. XXIII.

ANno ab vrbe cōdita. cccc ij. legati Carthaginienſiū, quę vrbs totius Africæ caput, longe, lateq; imperauit, Romā veniūt, fœdusq; inter se ciuitates hæ duæ firmauerūt. Tūc etiā nox debito lōgius ꝓtracta fuit, & saxea grando veris terram Romæ percussit lapidibus. Hisdē diebus Artaxerxes, qui & Ochus, Sidone, Aegypto, Syria regno subiectis, plurimos ex Iudęis in Hircania iuxta mare Caspiū habitare coegit, qui iam in multum populū creuisse dicunt, ac inde diebus Antichristi erupturi creduntur.

Initium regni Græcor⁊, quō Philippus ingenio & virtute ciuitates Græciæ sibi subiecerit, & Alexandrum filiū instruxerit, ipseq; ad vltimū quē finem habuerit. CAPVT XXIIII.

TEmpus esse puto, vt ad Græcor⁊ tēpora veniamus. Ea ergo tēpestate Philippus Amyntæ filius, Alexandri magni pater, Macedonū regnū p. xxv. annos tenuit. Hic apud Epaminundā Thebanor⁊ rē nē strenuissimū, ac summæ philosophiæ virū nutritus, intantū for-

titudinis,ac ſapiẽtiæ virtutẽ profecit,vt Græcoꝝ ciuitates, quæ dominãdi libi
dine ſingulæ imperare cogitauerãt,omnes ſuo adunaret, ac ſubijceret imperio.
Inferioribus em̃ cõtra ſuperiores ſuadẽs certamina, omnibus adinuicẽ calliде
incitatis,omniũ ad vltimũ efficit̃ princeps,& dñs. Ita florentiſſimũ,ac libertate
Byzantiũ. propria vſum, Græciæ corpus libertate priuauit, Byzantiũq; vrbẽ reſiſtentem
ſibi,obſidione cinxit. Hæc vrbs a Pauſania Spartanoꝝ rege cõdita, a Conſtan
tino poſtmodũ gloria,opibusq; aucta, & a noĩe ſuo Cõſtantinopolis dicta, to
tius modo orientis caput dinoſcit̃. Exhauſtis in obſidione copijs, Pyraticã ag
greditur,centũq;.lxx.nauiũ ſpolia rapuit,& militibus ſuis dedit. Obſidione di
miſſa, ad Scythas cũ Alexandro filio ſuo prædandi cauſa properauit. Quibus
aſtu magis q̃ virtute ſuperatis,plurimos ex eis captiuauit,auro,argentoq; non
repertis, pecoꝝ tm̃ prædam innumerabilem diripuit. Poſt hæc Athenienſibus
bellũ indicit. Qui pulſatis per legatos vniuerſis Græciæ ciuitatibus, Lacedæ
monios etiã ac Thebanos orant, vt cõmunibus viribus, cõmunẽ omniũ hoſtẽ
propellerent. Sed fruſtra cõtra impetũ fluminis conant̃. Nam ab ipſo nõ ſolum
victi,ſed & ſeruituti cum alijs Græciæ ciuitatibus mancipati,ſub coronaq; vẽ
diti,captis alijs,profligatis alijs, fuere. Hic etiã Alexandrũ filiũ ſuum beneuo
lentiã Macedonũ largitione ſectantẽ,in epiſtola redarguit dicens,Quod te ma
lum rationis in iſtam ſpem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecu
nia corrupiſſes? An tu id agis,vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrũ,
& præbitorem putent? Is q̃uis rebus geſtis, & gloria ſuperari a filio videretur,
facilitate tamen, & humanitate filio ſuperior fuiſſe perhibetur a Tullio. vnde
Offi.2. & ait. Itaq; alter ſemper magnus, alter ſæpe turpiſſimus, vt recte præcipere vi
deantur,qui monent, vt quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius gera
mus. Fertur de ipſo, q̃ falſoꝝ deoꝝ maximus p̃ſecutor fuerit,arasq; eorum, ac
templa deſtruxerit. Dumq; a ſuis ſæpe requireretur, quis ſapienti, ac viro forti
finis potiſſimũ eſſet eligendus,dixiſſe fertur. Is qui pacatis, ſedatisq; omnibus
erga ſe bellorum,ſeditionumq; motibus, cum p̃cipuæ auctoritatis, & nomi
nis eſſet, ſubito vitam ferro finiret. Quod ipſi contigiſſe (nec falſos deos,quos
Philippi perſecutus fuerat, impedire potuiſſe)aiunt. Dum enim Alexandro vxoris ſuæ
mors. Olympiadis fratri filiã ſuam copularet, nuptiasq; magnifice celebraret, inter
duos Alexãdros,generum ſcilicet & filium a Pauſania nobili Macedonum iu
uene,dolo necatur.

Principatus Alexandri magni,finis regni Perſarum,innumeroſorumq;
regum,& mirabilia quæ fecit,& vidit Alexander,finis ipſius.
Et exclamatio de his contra rotatum rerum.

CAPVT XXV.

ANno ab vrbe condita.cccc.xxvi.mortuo Philippo, in regnũ ſucceſ
ſit Alexander. Hic eſt magnus Alexãder,a quo cœpit,& in quo de
ſijt Græcoꝝ monarchia. De quo traditur,q̃ non Philippi,ſed cuiuſ
dã magi Aegyptioꝝ regis Nectanabi filius fuerit. Alexander ſuſce
pto regno, virtutẽ animi intra ſe nõ ferens,terminisq; a patre,cuius viro bellico
ac fortiſſimo relictis nõ cõtentus,imperiũ dilatare cogitat. Itaq; compoſitis, ac
ordinatis rebus in Græcia,aſſumptis ſecũ paucis, id eſt.xxxij. milibus peditũ,
vij.milibus equitum & quingentis,nauibus.clxxx.tam parua manu vtrum au

dacius fuerit q̃ totũ orientẽ eſt aggreſſus,an mirabilius q̃ vincere potuit, incer
tum habeo. Dariũ igitur regẽ Perſarũ Arſani filiũ,qui.xiij. a Cyro totius orien
tis monarchiã tenebat,hac potiſſimũ cauſa aggredi voluit, q̃ a patre ſuo Phi
lippo tributũ requiſierat. Cui cũ Darius,miſſa prius legatione ſuperba, in qua
ſe regem regum,ac conſanguineũ deorũ, Alexandrũ vero famulũ ſuum vocat,
cũ exercitu.Dc.milium occurriſſet,Alexandri nõ minus arte, q̃ virtute ſuperat̃
Darius rurſum inſtaurato exercitu bellum parat. In qua pugna non ſolum vin
citur,ſed & mater eius,& ſoror,eademq; vxor cũ paruulis filij capiunt̃. Ob quã Ioſephus
rem fractus animo Darius, Alexandro pro redimendis captiuis mediã partem li.11.cap.8.
regni tradere voluit,ſed nequaq; valuit obtinere. Alexander Perſarum potitus
victoria, Parmenionẽ ad inuadendã claſſem eorũ cũ copijs mittit. Ipſe vero cũ
exercitu in Syriã tendit,ibiq; reges vltro ſibi occurrẽtes,ac ſuæ ſe ditioni ſubij
cientes,quoſdã in gratiã recepit,quoſdam mutauit,alios vero perdidit. Tyrum
etiã nobiliſſimã,& locupletem,fiducia Carthaginienſiũ ſibi reſiſtentẽ cepit vr
bem. Inde Cilíciã, Rhodum, ac Aegyptũ peragrans, omnes in ditionẽ accepit.
Tunc etiã Alexandriã in Aegypto condidit. Inde Hieruſalẽ veniens, a Iudæis
cũ magno ſuſcipit̃ honore,templũq; ingreſſus,hoſtias deo vero obtulit,ac ſum
mũ ſacerdotẽ ſumma veneratione(iuxta Ioſephum)coluit,mirantibusq; cũctis
ſummi dei,qui ſibi orbem ſubiugaret,eum eſſe ſacerdotẽ, cuius reuelatione ip
ſum cognoſceret,aſſeruit. Darius rurſum ſpe pacis amiſſa, pugnã inire molitur.
Anceps tunc diu victoria ſtetit, Dario ſæpe iam victo, ni vincat mori parato,
Alexandro vero ex priori victoria amplius ad pugnã animato, tandem cedere
dum coguntur Perſæ, Darius mori optans, a ſuis bello eximitur. Sicq; Perſarũ
imperij hoc vltimo bello vires cecidiſſe feruntur, vt poſt hoc nobile illud,ac po
tentiſſimũ regnũ patienter iugum ſeruitutis portaret. His tribus bellis quinde
cies centena milia Perſarũ cecidiſſe feruntur. Et hi ſunt reges Perſarum. Cyrus,
Cambyſes, Magi, Darius, Xerxes, Artabanꝰ, Artaxerxes, qui & Lõgimanus,
Xerxes, Gogdianus, Darius Nothus. Artaxerxes, qui & Mnemon, vel Aſſue
rus Darij & Pariſatidis filius. Artaxerxes, qui & Ochus, Arſes filius eius. Da
rius Arſani filius, qui omnes.ccxx. vel amplius annis orienti imperauerũt. Ex
hinc imperiũ ſupputat̃ Græcoꝝ, ſeu Macedonũ. Alexander.xxxiiij, diebus præ
dam percenſuit, Perſipolimq; vrbem caput Perſici regni victor inuadit. Dariũ
(bello egreſſum, præſidioq; fugæ confidentẽ, ob gratiã Alexandri fraudulẽter)
ſui vinctum, multiſq; cõfoſſum vulneribus, & extremũ ſpiritũ trahentẽ in via
relinquunt. Quẽ Alexander inuentũ, in ſepulchrũ patrum ſuoꝝ inferri miſeri
cordia motus iuſſit. Fertur etiã hoc memorabile de ipſo. Dũ em̃ ſcire vellet, qui
domini ſui traditores extiterint, ſub ſacramento pollicitus eſt, q̃ quicũq; ſe in
terfectorẽ Darij profiteretur, ipſe eũ excelſum faceret,ac notabilẽ. Apparuerũt
ergo,ac prodiderunt ſe viri ſcelerati, quos ille ſtatim in patibulo excelſo affigi
præcepit,ſicq; iuxta quod pollicitus erat, excelſos fecerat eos in cruce, ac omni
æuo de perfidia ſua notabiles. Inter hæc Alexander, Alexandri magni auuncu
lus, Epirotarũ rex,dũ Alexandrũ æmulari cupit,a Brutis, Lucanisq; interficit̃.
Igitur Alexander magnus poſt mortẽ Darij Hircanos, & Mandros imperio ad vl Mardos
iecit, Amazonũq; reginã Aleſtram procaciter venientẽ ad ſe cũ muneribus, ob
ſuſcipiendam prolem excepit. Longũ eſt enumerare gentes, ac regna, totũ em̃
orientẽ a Scythia vſq; ad finem terræ,ſuæ ſubiugauit poteſtati. Probat hoc In

dia citerior, quæ ꝯuis in oceano, vltimoq; oriente posita, orbem claudat, homi
nibusq; imperuia, solis bestijs, ac serpentibus videat habitabilis, Alexandro ta
men facta est subdita, & penetrabilis. Ibi saxum mirę altitudinis, & asperitatis
vbi multi populi confluxerāt, Herculi inexpugnabile, vt ipsum etiā virtute su
pergredi videret, cepit, & expugnauit. Ibi Porū regem Indoꝝ opulentissimū,
ac miræ magnitudinis, & fortitudinis virū, singulari cōgressu vicit, & in signū
victoriæ regno restituit, ipsumq; ad videndū terræ vltima loca, ducem habuit.
De cuius domo aurea, vinea quoq; argentea, & aurea, racemisq;, ex gēmis pre
ciosis, qui scire vult, legat epistolam Alexandri ad Aristotelē philosophū pręce
ptorē suū, in qua pericula eius quę passus est, de simulacrisq; solis, & lunæ, quę
ei mortem prædixerāt, & multa quæ tam mirabilia sunt, vt etiā incredibiliavi
deantur, diligens inquisitor rerū inueniet. Alexander totius orientis potitus vi
ctoria, dum Romam quoq; cū vniuerso occidēte sibi subiugare parat, ab India
reuertitur in Babylonē, vbi exterarū gentium ex toto pene orbe, ac vltimo occi
dente, i. ab Hispanis, Gallis, Germania, Africa, ac ferme omni Italia legati sibi
occurrunt, vt inde venisse cerneres legationē, quo vix tam paruo tēpore crede
res etiā rumorē peruenisse. Ht mirū dictu, tantus timor totū inuaserat orbem, vt
cū per. xij. tantū imperasset annos, in summo oriente constituto, vltimi occiden
tis populi timore cōterriti, legatos mitterent, pacemq; requirerēt. Alexander er
go in Babylone positus, die, tēpore, ac loco sibi a simulacris solis & lunæ in In
dia præfixis, ministri insidijs veneno interijt. O mortaliū cōditio, o mentes mi
seras, & cæcas. Nonne iste est Alexander, qui Persarū nobile, ac superbū impe
rium destruxit, & ad Macedones transtulit? Nunquid nō ipse est, quē totus or
bis tremens, etiā nō visum expectare nō ausus, vltro se seruituti dedit? & tamē
talis, tantusq; vnius potus poculo, vnius ministri insidijs extinguit, vnius mor
te totus mundus cōcutitur, regni Macedonum monarchia, quæ ab ipso cœpit,
ipso mortuo cū ipso finitur. Nos vero hoc ipm nō attendimus, qui mundū dili
gimus, qui ipsi tanq; æternæ rei, ac permanēti inhærere volumus. Cadimus cū
cadente, labimur cū labente, voluimur cū rotāte, postremo perimus cū pereun
te. Ciuitas autē Christi fundata supra firmam petram, malis, ac tempestatibus
mundi non cōcutitur, immobilisq;, atq; incōcussa manens, æternaliter regnare
æternaliter coronari meretur.

Veneno in
terijt Ale
xander.

De socijs Alexandri quomodo orbem diuiserint, & Olympiam matrem Alexandri cū filio suo Hercule occiderint, ipsiq; intimis vulne
ribus corruerint. & de Machabæis. CAPVT XXVI.

Vide Iose
phū lib. 12.
cap. 1. &
Orosium.

HGitur Alexandro mortuo, qui per. xij. annos orbem sibi ferro subiu
gauerat, principes eius coadunatū ab ipso imperij corpus, singuli
singulas sortiti prouincias, veluti prædam nobilē a magno sibi leo
ne præparatā, membratim per. xiiij. annos auidi discerpsere catuli,
orientisq; imperiū diu post hoc in sua ditione tenuerunt. Hinc Ptolemæus Ae
gyptū, Antipater Græciā, Seleucus, a quo Seleucia, Antiochiā pariter & Syriā
& Babyloniā, Cassander Lyciam & Pamphiliā, Antigonus maiorē Phrygiā,
1. Mach. 1. aliisq; singulas occupauere prouincias, ac iuxta librū Machabęoꝝ, diademata
sibi imposuerunt. Dumq; prouincias, & regna diuiderent, tantū adinuicē con
traxerunt odium, vt ad vltimū omnes mutuis caderent vulneribus. Vt em libe

rius debacchari possent, matrē Alexandri Olympiam vna cū filio suo Hercule
xiiij. annos habentē, Cassander & Antigonus interemerūt. Fuerunt aliquanto De Macha
post tēpore fortissimi, quos supra nominaui, ciues Christi Machabęi, quoꝝ alij bęis.
pro testamēto dei, primi antiquæ leges martyres, ab Antiocho rege martyrio
consummant. Vnde & soli ex antiquis patribus ab ecclesia inter martyres co
luntur. Alij vero Iudas, & fratres eius, viriliter pugnādo, ac armis patriā defen
sando, post innumerabilem inimicoꝝ stragem, ipsi quoq; bello ceciderunt.

Q. Roma post Alexandrum, tanq; amisso pędagogo crescere
cœperit. CAPVT XXVII.

SEd iam ad Romanū imperiū stilum vertamus. Nempe vt sæpe iam
dixi, regnū Romanoꝝ regno Babylonioꝝ tanq; pater successit filio.
Dū ergo in primeua velut in infantia maneret cōditione, duo quæ
modo nominauimus regna, Persarū videlicet & Græcoꝝ, quasi tu
tores, & pædagogi huius fuerunt. His itaq; cadentibus, & velut morientibus,
regnū Romanoꝝ, quod iā ad robustā peruenerat ætatē, vtpote magisterij iugo
excusso liber p se cœpit regnare, dominiūq; suū iure hæreditatis recognoscere.

Reciprocatio, id est qualiter Roma sub Alexandro, & vicinis gentibus
dehonorata, fœdus non seruauerit, sed sub Papyrio Cos. bellum
instauauerit. CAPVT XXVIII.

ANno ab vrbe condita. cccc. xxvi. eo scilicet quo Philippo successit
Alexander, quasi adhuc viuente pędagogo, Roma admodū est de
honorata. Nā cū Samnites bello pressissent, pluresq; ex eis, i. xx. mi
lia cecidissent, Samnites damno suoꝝ correpti, euocatos in angu
stias locoꝝ Romanos intantū oppresserunt, vt in potestate haberent, an occide
rent, an potius captos in seruitutē redigerent, vsq; ad id enim tēpus occidi pote
rant, capi nō poterant Romani. Turpiter ergo capti, & vestibus, armisq; nuda
ti, obsides quoq; dare coacti, ignominiose domū sunt reuersi. Et vt ait Orosius,
hodie Romani aut omnino nō essent, aut Samnio dominante seruirēt, si fidem
fœderis, quā sibi seruari a subectis volunt, ipsi subiecti Samnitibus seruassent.
Sequenti anno Romani fœdus rumpūt, rursumq; cū Samnitibus Papyrio cō
sule duce, bellum instaurant. Quē tantę virtutis fuisse, ac strenuitatis ferunt, vt
eum etiā Alexandro magno, si venisset, opponere cogitassent.

Q. Roma post mortē Alexandri, tanq; in propria auctoritate stans, in
genio, & arte vsa hostes deuicerit, sed statim pestilentia afflicta
fuerit. CAPVT XXIX.

ANno ab vrbe condita. cccc. l. cū Alexandro mortuo, regnoq; suo a so
cijs suis in seipso diuiso, ac per hoc desolato regnū Romanoꝝ iam
tanq; pędagogo defuncto in propria auctoritate, ac libertate stare
cœpisset, Quinto Decio. M. Fabio Maximo quater cōsulibus, quat
tuor fortissimę gentes, Hetrusci, Vmbri, Samnites, Galli aduersus ipsum cōspi
rauerunt. Romani vtpote qui (vt supra dixi) ad robustam ætatē peruenerāt, cō
silio, arteq; vsi, hostē diuidere conantur. Itaq; Hetruscos, & Vmbros, dum incē
dio agroꝝ suorū reuerti faciunt, ipsi cū Samnitibus, & Gallis pugnam ineunt

grauissimeq; vtrobiuis pugnãtes. Decius cũ. vij. milibus legionis suę occubuit. Fabius vero occisis. l. milibus aduersariæ partis victor extitit. Reuertẽtibus autem de victoria Romanis, pestilentia magna vrbem inuasit, sicq; in luctum versum est gaudium,

De varijs euentibus Romanorũ, & diuersis calamitatibus eorũ. CAP. XXX.

ANno sequenti denuo a Samnitibus vincunt Romani, sed Papyrius cõsul cõtra eos missus, victor extitit. Proximo dehinc anno Fabius Gurges cũ eis pugnans vincit, in vrbemq; fugatur. Quẽ cũ senatus ob hanc ignominiã submouere a cõsulatu decerneret, pater eius Fabius Maximus vltro se obtulit, ac conserto cũ hostibus prœlio, capto duce eorũ Pontio, multisq; cæsis milibus, triumphans bellũ Samniticũ, quod per. lix annos cũ multo vtriusq; vrbis sanguine protractũ fuerat, finiuit. Rursum tñ rediuiuũ bellũ excitare cogitantes cũ Lucanis, Brutis, Hetruscis, Gallis, Samnites cõtra Romanos cõueniũt. vbi cũ vtriusq; partis strage fortissime pugnatũ est, Gallis more suo viriliter pugnando, crudeliter Romanos cædentibus. Inuolui multorũ discrimina bellorũ, rerũq; mutationes tam miseras texui, & multiplices. Verũ quia transcursis Babyloniorũ, Medorũ, Persarum, Græcorũ gestis, ad Romanorũ tandem historiã venimus, ea quæ ab ipsis vel fortiter, vel aliter gesta sunt, quia a multis large, diserteq; sunt edita, nos breuitatis causa cõpendio stringamus. Hoc tantũ lectorẽ notare volo, Romã pene nunq; fuisse sine bellis
Orosius. externis, vel sine clandestinis malis, seu pestilẽtijs interius. Vnde Orosius atrocitatẽ pestilentiæ, quæ quadã vice apud Romam conflagrauit, significãs quanta esset, census inquit indictus est, qui nõ quantũ hominũ deperisset, sed quãtũ superfuisset inquireret. Idem paulopost. Ecce cõtinuatim quę, & quanta numerauimus accidisse annis singulis. Plurimi anni sunt inter quos certe raro, aut pene nullo nihil nõ triste gestum. Et hoc cũ idem scriptores, proposito sibi magis laudandi negocio cauerent, numerositatẽ miseriarũ, ne eosdem, quibus hæc, & de quibus scribebant, offenderent, auditoresq; suos exemplis præteritorũ terrere potius, & instruere viderentur. Porro autẽ nos in vltimo tẽporũ positi, mala Romanorũ scire nõ possumus, nisi per eos qui laudauere Romanos. Ex quo intelligi datur, quanta illa fuerint, quæ studio propter honorẽ repressa sunt, cum tanta inueniunt quæ tenuiter inter laudes emanare potuerũt. Nondum Samnitico bello ad plenum expleto, maximũ illud, & famosissimũ Pyrrhi sequit bellum, qui ex genere magni Achillis originem ducens, Epirotarũ regnum tenebat. Occasio autẽ huius belli Tarentini fuere.

De Tarentinis. de bello inter Pyrrhum & Romanos gestum, testimoniũq; ipsorũ Romanorũ, de nobilitate Pyrrhi, & q; Tarẽtini post mortẽ eius Carthaginiensiũ auxiliũ quærebant. CAPVT. XXXI.

ANno ab vrbe condita. cccc. lxiiij. Tarentini classem Romanorũ pretereuntẽ ex spectaculo theatri hostiliter inuadẽtes, quibusdã per fugam lapsis, alios cepere, alios interfecere. Quod dũ Romani prius legatione missa quererent, ac nõ proficerent, fines eorũ cũ Aemilio duce igne, ferroq; vastantes, hostiliter inuadunt. Tarentini vtpote ex Lacedæmonijs geniti, Pyrrhum Epirotarũ regem legatione pulsant, eiusq; auxiliũ im-

petrant. Qui dum ad bellum cõtra Romanos proficiscitur, cõsulto mendacissimo, ac vanissimo Delphico Apolline, dubiũ ab eo more suo accepit responsum Ait em. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Igitur Pyrrhus Romanio; Leuino consule, dum nõ pro tẽporalis rei cõmodo, sed pro gloria, libertateq; tuenda pugnam apud Heracleam Campaniæ vrbem, fluuiũq; Lyrim cõserũt acerrime, diutissimeq; per quinquaginta (vt aiunt) dies, mori vtrobiq; magis & cedere optantes, dimicauere. Romani tandẽ maxime elephantũ, quos tũc primũ viderant, terrore cõsternati, in fugam versi dicunt. Cæsa feruntur ex eis peditũ xiiij. milia. Dccclxx. capti mille. x. Ex equitibus vero cæsi. cclvi. capti. Dcccij. Amissa signa. xxij. Quantũ etiã detrimentũ suoru vincendo acceperit Pyrrhus, ipsemet postmodũ manifestauit. Dũ em Tarentũ reuertit, ibiq; Ioui titulũ figit Orosius.
dixisse fert. Qui ante hoc inuicti fuere viri pater optime olympi, hos ego in pugna vici, victusq; sum ab eis. Dumq; increpareẽ a suis, cur se victũ diceret qui vicisset, respondit. Ne ego si iterũ hoc modo vicero, sine vllo milite Epyrum reuertar. Romanis fugientibus aliud discrimen oritur. Nam pabulatores eorũ a grãdine percussi, alij mortui, alij semiuiui inueniunt. Secũdo in Apulię finibus bellum instaurant, diuq; pugnãtibus Pyrrhus vincit, ex Romanis. v. milia, de exercitu Pyrrhi. xx. milia ceciderũt, ipse quoq; Pyrrhus grauiter in brachio sauciatus fuit. Tertio inter eos bello apud Lucaniã gesto, cũ multo vtriusq; exercitus detrimento, Pyrrhus tandẽ vincitur, sicq; quinto demũ anno ab Italia fugere cõpellitur. Tanta autẽ virtute, ac nobilitate bellũ hoc gessisse fertur, vt pluri-
mũ etiã ab ipsis cõmendetur Romanis. Potest hoc perpendi in præclara eiusdẽ
sententia de reddendis captiuis, ait em. Nec mi aurum posco, nec mi preciũ de Tul. offi. 2.
deritis. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes, Ferro, nõ auro vitam cernamus vterq;. Vos ne velit, an me regnare, quidue ferat sors Virtute experiamur. & hoc simul accipe dictum. Quoru virtuti belli fortuna pepercit, Horundẽ me libertati parcere certum est. Dono ducite, doq; volentibus cũ magnis dijs. Hæc ab antiquo scriptore edita, Tullius etiã ad argumentũ virtutis suæ in libro de officijs ponit. Rursum idẽ de eodem. Cũ em rex Pyrrhus populo Romano bellum vltro intulisset, cumq; de imperio certamẽ esset cũ rege generoso, ac potẽte
perfuga venit ab eo in castra Fabricij, eiq; est pollicitus, si premiũ sibi ꝓposuisset, se ceu clam in castra Romanorũ venisset, sic clam in Pyrrhi castra redituru, & eum veneno necaturũ. Hunc Fabricius reducendũ curauit ad Pyrrhum, idq; Pyrrhi
eius factũ laudatũ a senatu est. Pyrrhus multis postmodũ gloriose gestis bellis mors.
in Græcia, tandẽ apud Argos Achaiæ vrbẽ, saxo ictus occubuit. Quo mortuo Tarentini Carthaginiensium auxilium flagitant, & accipiunt.

De Carthaginiensibus, & qualiter fœdus cum Romanis initum, propter Tarentinos rumpunt. CAPVT XXXII.

SEd quia Carthaginis mentionẽ fecimus, de ipsa dicere aliqua non incongruũ ducimus. Hæc vrbs ab Elissa cõdita ante Romã p. lxxij q; annos, a Tyro duxisse originẽ inuenitur. Totius vero Africæ caput, reges potentissimos habuit, qui vsq; adeo imperiũ dilatauerãt, vt etiã inter quattuor principalia regna a quibusdã ponerẽt. Qualiter aũt vrbs hæc gloriosa in regnis, opulentissimaq; labi cœperit, paucis aperiam. Ait Pompeius, seu Iustinus hoc modo. Carthaginienses vernaculũ atq; intestinũ malũ, Iustinus.

ſemper inter ſe habuere diſcordiã. Qua infœliciter exagitante, nulla vnquã tẽpora vel foris proſpera, vel domi quieta duxerunt. Sed cũ inter cętera mala, etiã peſtilentia laborarẽt, homicidijs ꝑ remedijs vſi ſunt. Quippe homines vt victimas immolabant, ætatẽq; impuberẽ, quæ etiã hoſtiũ miſericordiã prouocaret, aris immolabant. Itaq; auerſis dijs, vt ipſi dicunt, vt vero nos dicere poſſumus, deo vero hmõi ſacrilegijs offenſo, tam in Sicilia, q̃ in Sardinia infœliciter pugnauere, multisq; alijs euentibus miſeris Cyri, Darij, Philippi, Alexandri tẽporibus, vſq; ad tẽpus vnde nunc agimus, ſunt attriti. Igit̃ dũ Tarentinos adiuuare parant, a Roma fidei, firmatiq; fœderis monentur. Quod ruptũ inſup periurio cumulare nõ timent. Hæc occaſio maloꝝ, belliq; maximi fuit. Exhinc Africanũ, quo nunq; maius Romani perpeſſi ſunt bellum, tam famoſum, q̃ magnitudine, ac diuturnitate ſui inſigne, tam multis ac varijs maloꝝ euentibus eſt ꝓpetratũ, vt ſolum ad mortaliũ ærumnarũ mutabilitates ſufficere valeat cõprobandas. Quod quia alij ſatis luculenter per ordinẽ executi ſunt, nos breuitatis cauſa, præſertim cũ non curioſitatis gratia, ſed ad oſtendendas caducaꝝ rerum calamitates ſcribamus, hiſtoriã ſtringere volumus. Nõ em̃, vt exẽplo illoꝝ qui fortiter ſe egiſſe arbitrati ſunt, alios ad bella accendamus, ſed vt in bellis, varijsq; alternantiũ rerum caſibus, mutabilium miſerias oſtendamus, bellorum, ac rerum nutantium ſeriem texim̃us.

Exordium belli Punici, de occiſione Cornelij conſulis fraude Hannibalis, & victoria Romanoꝝ. CAPVT XXXIII.

Igitur anno ab vrbe cõdita. cccclxxxiij. Romani per Appium Claudium, ipſo, & Quinto Fabio cõſulibus, Africanũ bellũ adorſi, Hieronẽ Syracuſanoꝝ regem Pœnis familiaritate coniunctũ, primo debellare parant. Quẽ dum ſine graui negocio ſuperaſſent, pacem petentem cum pecuniæ pactione ſuſceperunt. Poſt Agrigentinũ Siciliæ vrbem, vbi Pœnoꝝ copiæ, & præſidia vna cum Hannibale imperatore eorum erant, obſidione clauſerunt. Ad ſummã vero paupertatẽ redacto imperatore, ciuitas tandem capitur, paucisq; cum rege per fugam elapſis, reliqui ſub corona venduntur. Deinde Pœnis, Cneo Cornelio Aſina, Caio Duillio conſulibus, nauale prælium parantibus, a præfatis conſulibus cum claſſe Romanoꝝ obuiatur. Vocatoq; ab Hannibale Cornelio Aſina ad colloquiũ pacis, ſed fraude Punica necato, Duillius nauale cũ eis prælijũ cõmiſit, ac pluribus occiſis, ſeu captis milibus victor extitit. Qui rurſus bellum inſtaurantes, a Scipione. L. Cornelio ipſo, &. C. Aquilo Floro conſulibus, ſub Hãnone rege ſuo multis deletis, in fugam vertuntur.

De Regulo conſule, & ſerpente quem occidit, de victoria eius, & ad vltimũ quõ occiſis multis victus & captus fuerit. Qualiter Romã miſſus captiuos reddi diſſuaſit, & ita rediẽs necatus ſit, teſtimoniũ Tullij. De virtute eius, & patientia. & de fine primi belli Punici, ac victoria Romanorum, Ianoq; clauſo. CAPVT XXXIIII.

Bellum Punicum.

Itaq; poſt hoc Regulus bellum Punicũ ſortitus, iuxta flumen Bragada caſtrametatus eſt. vbi & ſerpens miræ magnitudinis, vtpote cuius coriũ. cxx. pedum fuit, multos de exercitu deuorans, nõ minus arte q̃

virtute Reguli necatur, coriumq; eius pro miraculo Romam defertur. Regulus cũ tribus imperatoribus. i. cũ duobus Aſdrubalibus ex Africa, & tertio Hamilcare accito ex Sicilia, manũ conſeruit, cæſisq; ex eis. xvij. milibus, captis. v. milibus, cũ. xvij. elephantibus, reliquos in fugam vertit, oppidaq;. lxxxij. in deditionem accepit. Qua de re Carthaginienſes tot infortunijs fracti, ac re familiari exinaniti, pacem petũt. Sed cũ duras cõditiones pacis audiſſent, malentes in libertate mori, q̃ ſeruituti addicti, male, ac miſere viuere, accito ſibi ſocioꝝ auxilio. i. Hiſpanoꝝ, ac Gallorũ, Xantippoq; Lacedęmonioꝝ rege, precio cõducto rurſus bellum innouant. Atrociſſime tũc vtrobiq; pugnantes, Romani vincunt. Sicq; decimo demũ anno victoria nobili Carthaginienſes potiunt̃. Cęſa ſunt ibi Romanoꝝ. xxx. milia, captus cũ. D. viris Regulus, ac in catenis poſitus. Nã in prioribus longe plures, ac innumerabiles ex Carthaginienſibus corruere. Xantippus victoria adepta, rerũ mutationes timens, in Græciã reuertitur. Romani clade eoꝝ cõperta, ſub Aemylio Paulo, Lucioq; Metello cõſulibus, denuo Pœnis bellũ indicũt. Itaq; ne multis morer, tã nauali, q̃ terreſtri pręlio, innumeris vtrobiq; profligatis, ſubmerſisq;, Carthaginienſes rurſum pacẽ petere coguntur. Ad quod dũ Regulũ captiuũ inter alios mitterent, nec impetrarẽt, refectis palpebris, vigilando eum necauerũt. Quã hiſtoriã ad exemplũ cõtemnendæ mortis pro virtute, & ęquitate, Tullius in libro de officijs ponit hoc modo. Marcus Regulus cũ cõſul iterũ in Africa ex inſidijs captus eſſet, ducẽ Xantippo Lacedæmonio, imperatore autẽ patre Hannibalis Hamilcare, iuratus miſſus eſt ad ſenatũ, vt niſi eſſent redditi Pœnis captiui nobiles quidã, rediret ipſe Carthaginem. Is cũ Romã veniſſet, vtilitatis ſpeciẽ videbat, ſed eam vt res declarat, falſam iudicauit, quæ erat talis. Manere in patria, eſſe domi ſuæ, cũ vxore, cũ liberis, quã calamitatẽ accepiſſet in bello cõmunẽ fortunæ bellicæ iudicare, tenere cõſularis dignitatis gradũ, quis hęc negat eſſe vtilia quę cẽſes? Magnitudo animi & fortitudo negat, nam locupletiores quęris autores. Harũ em̃ eſt virtutum nil extimeſcere, omnia humana deſpicere. Et infra. In ſenatũ venit, mandata expoſuit, ſententiã ne diceret recuſauit, q̃diu iureiurãdo hoſtiũ teneret̃, nõ ſe eſſe ſenatorẽ. Reddi captiuos negauit eſſe vtile, illos em̃ adoleſcentes eſſe, & bonos duces, ſe iam confectũ ſenectute. Cuius cũ valuiſſet auctoritas, captiui retenti ſunt. Ipſe Carthaginẽ redijt, necq; eum charitas patriæ retinuit, nec ſuoꝝ. Necq; vero tunc ignorabat ſe ad crudeliſſimũ hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia ꝓficiſci, ſed iuſiurandũ conſeruandũ putabat. Itaq; tum cũ ibi vigilando necabatur erat in meliori cauſa, q̃ ſi domi ſenex, captiuus, periurus, & cõſularis remanſiſſet. Item alibi. Nec vero ego. M. Regulum ærumnoſum, nec infœlicẽ, nec miſerum vnquã eſſe putaui. Nõ em̃ magnitudo animi eius cruciabat̃ a Pœnis, non grauitas, nõ fides, nõ cõſtantia, non vlla virtus, nõ denicq; animus ipſe, qui tot virtutũ præſidio munitus, tantoq; conatu, comitatuq; virtutis ſeptus, cum corpus eius caperet̃, capi certe ipſe non potuit. Vides q; in omnibus his verbis, ad exemplũ patientię, contemptũue mortis, ac doloris, virtutum incitamur. Quid eſt em̃ aliud dicere fortitudinis eſſe, nil extimeſcere, omnia deſpicere Regulũ, nec charitatẽ patriæ, nec ſuoꝝ, nec proprij corporis ſupplicia reuocare a promiſſo, q̃ cõtemptus præſentiũ, abrenuntiatio parentum, poſſeſſionũ, ac poſtremo ſuijpſius abnegatio? Quã trinã abrenuntiationẽ in ſcriptura ſacra frequẽter inuenimus. Proinde ſi mors etiã iuxta gentes, qui deum ignorabant, cõtemnẽda

De virtutibus Reguli.

In Parado.

cognoscitur, nos qui iam ad agnitionē veritatis vocati sumus, quō de ignorantia excusabimur? At dicet aliquis mortē iuxta philosophos pro virtute cōtemnendam, mundū vero cū cō cupiscentijs eius (iuxta euangeliū) pro amore cœlestis patriæ aspernandū nō fore? Quid hoc stultius? quid ineptius? quid dementius? Quasi nō omnis mundialis voluptas morte claudat, finiatur, extinguat. Ecclesiastes 10. Vnde est illud Sapientis, Muscæ morientes perdunt suauitatē vngenti. Restat igit, vt nos qui in ecclesia esse cernimur, exemplo gentiū, sc̄dm quod propheta ait, Erubesce Sidon, ait mare, de malis operibus erubescamus, ac de amore pręsentiū ad æternoꝝ desyderiū conuersi rapiamur. Sed hęc hactenus, Regulo Atilio, Luctatioq; cōsulibus, Romani post hæc tot malis attriuere Carthaginienses, vt tum demū pace proposita sibi, a Romanis conditionē acciperent. Conditio autē talis fuit, vt per .xx. annos trium miliū talentoꝝ singulis annis pondus pro expensis darent, Siciliaq; ac Sardinia, quas tunc occupauerant, decederēt. Facta est hæc pactio .xxiij. ex quo bellum Punicū cœpit anno. Vbi quot regū, consulum, senatorūue ordines perierint, quantę vtriusq; populi strages fuerint enumerare nemo posset, Iani tunc porta, secundo a Numa clausa est. Porta Iani clausa.

De inundatione Tyberis, & incendio vrbis. De Gallis transalpinis, & bello Punico secundo inchoato. CAPVT XXXV.

ANno ab vrbe condita. Dvij. victoriæ huius lætitiā ingens præuenit mœror. Vrbs em̄ tam inundatione Tyberis, q̄ incendio consumit, domorūq; ac hominū misera strage vastatur. Hisdē diebus cū transalpinis Gallis Romani pugnantes, primo victi, secundo vicerunt. Tūc etiā Carthaginienses pacē violant. Hinc iā bellū supputat Punicū secūdū.

De morte Hamilcaris, & quō filius eius Hannibal diuersis prælijs Romanos deuicit, intantum vt etiā sedes mutare cogitauerint, quō etiā ab vrbe tēpestatibus pulsus est. De morte duoꝝ Scipionū, & captione Capuæ. CAPVT XXXVI.

HAGitur nobilem Carthaginiensiū vrbem vrgebat, q̄ quę antea imperare terris, insulisq; tributa exigere consueuerat, iā Romanoꝝ imperio subiacere, iam ipsis tributa dare cogeretur. Eapropter Hamilcar dux Carthaginiensiū, dum Romanis bellum machinat, ab Hispanis vita priuatur. Hannibal vero, qui Hamilcarī patrī ad aras cōtra Romanos iurauerat, vltionē omni nisu intentat. Occasione ergo nacta, Hispaniæ vrbem, ac Romanis amicam Saguntū obsidione cingit, spretisq;, ac iniuriosissime affectis Romanoꝝ legatis, ipsam ciuitatē octauo mense cepit, & expugnauit. Inde ad ipsoꝝ excidiū per Gallias profectus, viam per Pyreneos alpes primus igne ac ferro aperuit, Gallosq; alpinos resistentes vicit. Transcensis alpibus, P. Cornelio Scipione, & P. Sempronio Longo cōsulibus, apud Ticinū bellū cōmittitur. Itaq; Scipione vulnerato, ac per Scipionē filiū, qui postmodum Africanus dictus est, morte exempto, omnis pene Romanoꝝ deletur exercitus. Rursumq; congredi parant, ac vincunt. Tertio dum item bellum instaurāt, Romani in fugam vertuntur. Sauciatus ibi Hannibal, post in Hetruriā primo vere transiens ex nimietate frigoris oculum in Apennino perdidit. Quid multa? His, alijsq; tam virtute, q̄ arte Hannibalis bellis, & præcipue cū apud Cannas pugnasset,

& cæsis captisq; pene omnibus, ac maxime consularibus viris. Vnde tres modij annuloꝝ a manibus nobiliū interfectoꝝ tracti, in signū victoriæ, Carthaginem missi dicunt. His inquā tantū attriti malis Romani fuere, vt in vltima desperatione capti, vrbem quoq; deserere, ac prouinciā mutare cogitassent. Nec dubiū iuxta Orosiū, quin vel omnes seruituti subiecti, vel ad internitionē cæsi fuissent, si Hannibal post tot victorias ad vrbem capiendam processisset. Hannibal vero improuide circa Tarenti fines in Apulia moratus, multos ex calore ac fœtore terrę perdidit. Igitur Sempronio Gracco, Quinto Fabio Maximo cōsulibus, Claudius ex prætore proconsul factus, Hannibalis exercitum plus natura locorum, q̄ viribus Romanoꝝ sauciatū, primus vicit, ac cæteris spem vincendi Hannibalem dedit. Inter hæc Scipiones Asdrubalem Pœnoꝝ imperatorem exercitū in Italia parantē, graui bello pressерunt, Cneo Fuluio, & Sulpitio consulibus. Hannibal de Campania castra mouēs, vrbem aggredi tentat. Vbi dum trepidi tam viri, q̄ mulieres ad mœnia confugerēt, vrbemq; defensare pararent, Hannibal bis grandine, tēpestatibusq; ab impugnatione vrbis arcetur. Dixisse tunc ex religione fertur, Hannibalem potiundæ sibi Romæ quandoq; voluntatem, quandoq; nō esse facultatē. Quod quidam Romani dijs suis vrbē defensantibus ascribebant, nos vero occultis, ac profundis iudicijs dei, sine cuius nutu nec foliū in terrā cadit, attribuere possumus, qui hanc vrbem inter tot pericula, & discrimina seruare, ac paulatim ꝓficere, in totiusq; orbis dominiū crescere voluit. Cuius rei rationē, quantū humana fragilitas metiri potest, in sequentibus cū ad Augusti Cæsaris principatū ventum fuerit, deo largiente, redemus. Hoc decimo anno ex quo in Italiā venit Hannibal, factum est. Interea duo Scipiones a fratre Asdrubalis in Hispania necantur. Ea tēpestate a Quinto Fuluio consule Capua vrbe Campaniæ capta, principes eius veneno se interfecerunt. Orosius.

Qualiter Scipio proconsul factus Pœnos deuicerit, Hannibal Marcellum & Crispinū consules occiderit, & ad vltimū amisso fratre Asdrubale, ad Brutios cesserit. CAPVT XXXVII.

HAtq; occisis Scipionibus, dum cūcti metu cōsternarent, essetq; inopia maxima ærarij, Scipio admodū adolescens, M. Claudio, & Valerio Liuiano cōsulibus, patrē, patruūq; vlturus se obtulit. Procōsulare ergo sortitus officiū .xxiij. habens annos, Pyreneū cū exercitu transcendit, captaq; ibidem noua Carthagine, stipendia large ex præda vrbis ampliauit. Magonē Hannibalis fratrē, cū aljs captiuis Romā misit, Asdrubalem Pœnoꝝ regem vicit .lxxx. q̄ ciuitates aut destruxit, aut in deditionē accepit. Considerari hoc loco potest, cum quanta non solum fortitudine, sed & prudentia Romani orbem terrę suum fecerint. Dum em̄ Hannibali Afroꝝ viribus in Italia moranti, decertare nō valerent, regnum eius tanq; exhaustum milite, & infirmū hostiliter inuadunt, ac deuastant, vt per hoc hostem ad propria sal tem redire cōpellant. Ex quo liquido apparet, iuxta viri prudentis sententiam, ingenio bellum plurimū valere. Inter hæc Hannibal in Italia Marcellum consulem cū exercitu deleuit, Crispinum in insidias callide euocatum, pari modo necauit, Claudio Nerone, & M. Liuio Salinatore cōsulibus. Asdrubal Hannibalis frater, a Pœnis in auxilium fratri missus, Romanoꝝ præuenitur insidijs. Claudius Marcellus, Valerius Leuinus, Mago.

Transcenso quippe Pyreneo Romanũ militẽ obuium habuit, cũ quibus manũ cõserẽs, cũ toto pene exercitu interemptus est. Captiui Romanorꝝ, qui ad quatuor milia ibi erãt, relaxant. Ceciderũt in eo prælio de Romanis. viij. milia, ex Afris vero. lviij. milia, capta vero quinqꝫ milia. cccciiij. Caput Asdrubalis fratri Hannibali ante castra proiectum est. Quo viso, stragecꝫ suorum comperto, Hannibal. xiij. quo in Italiã venerat anno, cessit ad Brutios, & sic sequens annus inter ipsum & Romanos, vtriscꝫ fatigatis, sine inquietudine bellorum ductus est.

De victoria Scipionis, itemqꝫ de victoria Hannibalis, redituqꝫ eius in patriam. De vltima pugna Romanorꝝ, & Pœnorum, quomodo Scipio rediens in comitatu Terentiũ habens, triumpho susceptus sit, bellũqꝫ Punicũ secundũ terminatũ. CAPVT XXXVIII.

INterea Scipio tota Hispania peruagata, a Pyreneo vsqꝫ ad Oceanum Romanorꝝ prouinciã fecit. Hannibal vero (mirabile dictu) nõ solũ belli, sed & morborꝝ malis, toto pene exhausto exercitu, Semproniũ consulem cũ Romanorꝝ exercitu pugnantẽ secum vicit, atqꝫ ad vrbẽ fugere cõpulit. Igit̃ iã pene tota Africa, ferro, igneqꝫ a Scipione cõsumpta, Hannibal reuocatur a suis, sicqꝫ interfectis omnibus qui eum sequi nollent Italicis militibus flens reliquit Italiam. Qui dum ad Africanũ propinquaret litus, speculatorẽ malum ascendere præcepit, a quo sibi responsum ferunt, sepulchrũ se dirutũ videre. Hannibal Carthaginẽ veniens, Scipionis colloquiũ petiuit. Vbi dum se duo clarissimi bellatores mutuo colloquẽtes mirantur, pacis infecto negotio, abinuicẽ discesserunt, rursusqꝫ bellum consertum est, quod cum magno vtriusqꝫ principis ingenio, virtuteqꝫ confectũ, Romanis tandem plenã victoriam dedit. Cæsa sunt ibi Carthaginiensiũ. xx. milia, elephanti. lxxx. interfecti, vel capti. Hannibal Carthaginiensibus suadens residuã spem in pace ponendam, cũ quattuor militibus Adrumetũ clam elapsus cõfugit. Ergo Carthaginiensibus pax per Scipionẽ consensu senatus cõceditur. C. Cornelio Lentulo P. Elio Pœto consulibus. Naues Carthaginiensium plusqꝫ. D. in altum ductæ in cõspectu vrbis cremantur. Scipio vero ex deuicta Africa, Africanus dictus, cum triumpho ingrediens vrbem suscipitur. Quẽ Terẽtius Comicus ob signũ concessæ libertatis, pileatus triumphantẽ comitatur. Hic Punicũ bellum secundum. xviij. anno finitur, Anno ab vrbe condita. D. xlvi.

Vide de hoc Appianũ Alexandrinum.

De prodigijs quæ hæc mala præcesserunt. De excidio Tarenti. De victoria Macedonum, & Lacedæmoniorum. CAPVT XXXIX.

PRæcesserunt hoc bellum dira prodigia, id est sol minor parme in cœlo. Solem pugnasse cum luna, lunas duas simul ortas, duo scuta sanguine sudasse, cruentas spicas in corbes cecidisse, refert Orosius Tarentũ quoqꝫ, vnde tam Pyrrhi, qꝫ Carthaginiensium cœpit bellum, nobilis ac opulenta Campaniæ vrbs, hisdem diebus destructa est. Exhinc Romani ciuitatũ quas nominaui, præda, auro, gemmis, argento, rebusqꝫ preciosis ditari cœperunt. Nam in prioribus bellis pecora tantũ, aliasqꝫ exiguas res rapuerant. Post Africanũ, bellum Macedonicũ sequitur, quo cũ multo Romanorum detrimento, tandem victis hostibus terminato, Q. Flaminius consul, pacem Philippo dedit, Lacedemonios pugnando vicit, ab eisqꝫ nobilissimos obsides Demetriũ Philippi filiũ, & Armiden Nauidis filium acceptos, ante currũ duxit. Romanorꝝ captiui, qui sub Hannibale venditi fuerãt, abrasis capitibus ob signum abolitæ seruitutis, reuertuntur.

Orosius. Tarentum

vel Armenem Nabidis filium.

De barbaris victis a Romanis, & subacto Philippo rege, qualiter Antiochus, ad quem Hannibal confugerat, victus pacem petierit. De morte Hannibalis, & Scipionis, laudesqꝫ Tullij, & Senecæ in Scipionem. CAPVT XL.

SA tempestate Lucius Fuluius Insubres, Boios, & Cenomanos, qui vsqꝫ Cremonã processerant, eamqꝫ simul cũ Placẽtia vastabant, grauissimo bello superauit. Flaminius procõsul Philippũ regẽ cũ Thracis, Macedonibus, Illyricis cõtra se venientẽ, multis ex Macedonibus cæsis milibus subegit. Hannibal ad Antiochũ regẽ Syriæ veniens, cũ eum apud Ephesum inuenisset, cõtra Romanos incitauit. Sed frustra, iam em̃ intantum status reipublicæ profecerat, vt nec tanti regis aduersum Romanos valeret, vel proficeret nisus. Classi quippe Antiochi præpositus Hannibal, a Scipione nauali prælio superatur, & sic pax ab Antiocho postulatur, & impetratur. Porro Hannibal non multo post ad Prusiam regem Bithyniæ fugiens, dum a Romanis reposcitur, veneno sumpto, vitam finiuit. Siccꝫ Romani Macedonibus, seu Græcis, qui toti pene Asiæ ab Alexandro, & deinceps principabantur, imperiũ paulatim eripere tentarunt, donec funditus sub Octauiano Cæsare in suam illud deditionẽ transfuderũt. Quæ cũ ad id tempus ventũ fuerit, plenius deo largiente, dicentur. Hisdem diebus Scipio Africanus, vir inter suos omni laude dignus, ab ingratis ciuibus vrbe pulsus, apud Linternũ oppidũ morbo consumptus, diem obijt, & sepulchro suo inscribi fecit, Ingrata patria nec ossa mea habebis. De quo Tullius in. iij. officiorꝝ libri prologo sic ait, Scipionẽ Marce fili eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitũ scripsit Cato (qui fuit fere eius æqualis) nunqꝫ se minus ocio sum esse, qꝫ cum ociosus, nec minus solum, qꝫ cũ solus esset. Magnifica vero vox, & magno viro, ac sapiente digna quæ declarat illum & in ocio de negocijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitũ, vt neqꝫ cessaret vnqꝫ, & interdũ colloquio alteri⁹ nõ egeret. Itaqꝫ duæ res quæ languorẽ afferunt cæteris, illũ acuebant, ociũ, & solitudo. Cuius item virtutem, & admirabilem patientiã. L. Seneca non tam philosophus, qꝫ Christianus dicẽdus in epistolis ad Lucilium cõmendans ait. In ipsa Scipionis Africani villa iacens hæc tibi scribo, adoratis manibus eius, & ara, quã sepulchrum esse tanti viri suspicor. Animũ quippe eius in cœlũ, ex q̃ erat, redijsse psuadeo mihi nõ quia magnos exercit⁹ duxit. hos em̃ & Cambyses furiosos, ac furore fœliciter vsus habuit, sed ob egregiã eius moderationẽ, pietatẽqꝫ, quã magis ĩ illo ad mirabilẽ iudico, cũ reliqt patriã, qꝫ cũ defendit. Aut Scipio Romę deesse debebat, aut Roma libertati. Nihil ingt volo derogare legib⁹, nihil institutis, equũ inter oẽs ciues ius sit, vtere sine me bñficio meo patria, causa tibi libertatis fui.

Seneca epĩa. 86.

Prusia rex. Mors Hannibalis.

Tuus semper ero,& argumentū ex eo,si plus q̄ tibi expedit creui. Quid ni ego admirer hanc magnitudinē animi,qua in exiliū voluntariū secessit, & ciuitatē exonerauit? Eo perducta res erat, vt aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriā. Neutrū fas erat.Itaq; locū dedit legibus,& se Linternū recepit, tam suū exiliū reipublicæ imputaturus,q̄ Hannibali.

De situ Carthaginis,tertioq; Punico bello,euersione quoq; ipsius, quō Scipio regnū Numidiæ partitus sit. CAPVT XLI.

Oro. li. 4.circa finem.

HAbitur Romani victis tam Græcis,q̄ Syrijs, Hispanis etiā ac Africanis,Carthaginē tanq; Romanæ vrbis æmulam, vltima sorte delere decreuerunt.Cuius situs(vt ait Orosius)talis esse dicit̄.xxx. mil. passuū,muro amplexo,toto pene mari cingebat̄, atq; faucibus quæ tribus milibus passuū aperiebant̄. Is locus murū.xxx. pedes latū habuit, saxo quadrato in altitudine cubitorū.xl. Arx cui Byrsę nomen, paulo amplius q̄ duo milia passuum tenebat.Hx vna parte murus cōmunis erat vrbis & Byrsæ,imminens mari,quod mare stagnū vocabant,quoniā obiectu protentæ linguæ tranquillat̄.Hinc bellum Africanū cœpit tertiū.L.Censorino,&.M.Manlio cōsulibus,quinquagesimo vel amplius,post secundū bellū anno.Scipio ergo minor,qui tunc tribunus militū fuerat, vna cū cōsulibus Romanū exercitū in Africā ducēs, iuxta Vticam castrametatus est, euocatisq; Carthaginiēsibus ad se,arma simul, & naues dare præcepit. Quod dum sine mora facerent, ac vt ab vrbe per.x.milia passuū a mari recederēt,iussi essent,reuersi,penitētia ducti, ciuitatē defensare parāt,& duos Asdrubales duces creantes, arma frustra reparare tentabant,ærisq; inopiā auri,argentiq; metallo supplebant. Romani Carthaginē acriter impugnare cęperūt. Qui ad vltimā sortē deducti,primū Asdrubalem suspitionis occasione necauerunt, & ad vltimū Romanis oēs in deditionem venerūt.Itaq; Carthago funditus a Romanis,lapidibus muralibus in puluerē cōminutis,diruitur.ipsaq; cremata miserū humanarū rerum spectaculū relinquens,decē & septē diebus cōtinuis arsisse perhibet̄. omnisq; multitudo captiuorū,exceptis paucis principibus,venditur.Regina,Asdrubalis vxor,malorum intuitu,fœmineo furore cū duobus filijs igni se dedit. Sicq; vltimæ reginę ac primæ Didonis scilicet sors,& exitus similis fuit. Factū est autē huius potentissimę vrbis excidiū,anno ab cōditione eius plusq̄. Dcc.anno vero ab vrbe cōdita.Dciij.Cn.Cornelio Lentulo,L. Mūmio consulibus. Et ita bellū Punicum tertiū quarto ex quo cœperat anno,terminat̄.Cuius occasionē penitus se ignorare Orosius testat̄.Inter hæc Scipio, Masinissa mortuo, inter filios suos regnū Numidiæ partitur.

De noīb horū cōsulū diuersitas. Hurro. habet. L. Mallio Cē sorino. M. Mallio coss. Oro. L.Censorino.M.Mālio coss. Liuius. L. Martio. M. Mālio coss.

Supputatio diuersa,quo tēpore Machabęi fuerint. CAPVT XLII.

CIrca idem tēpus fuisse Simonē vltimū ex Machabæis Hebræorum ducem,tam ex supputatione regni Græcorū, q̄ ex consulatu præfati Lucij conijci datur.Cum em̄.clxxij.anno regni Græcorū,clypeus aureus Romā a Simone missus inuenitur,rescriptūq; fuisse a Lucio consule Ptolemæo regi Aegyptiorū, idem liber testatur ante destructā Carthaginē,quæ.clxxvij. Græcorū regni anno facta est, quarto anno amicitiæ fœdus inter Simonē magnū sacerdotē, ac Romanos initum, prudens lector inueniet.

Et vt apertiora quæ diximus fiant,anno.ccccxxvij.ab vrbe condita, Alexāder qui primus in Machabæorū historia regnasse dicitur in Græcia, Philippo in regnum successit.Anno vero ab vrbe condita.Dciij. Carthaginē deletā inuenies. Supputantur ergo a primo regno Græcorū.i.exquo Alexander regnare cœpit, vsq; ad destructam Carthaginē anni.clxxvij.legatū vero a Lucio Ptolemęo regi Aegyptiorū pro iudeis missum.clxxiij.anno reperies, ante destructā Carthaginem anno.iiij. Verum si a sexto regni Alexandri anno.i. ex quo occiso Dario Medos & Persas subegit,Grecorū regnū, quod tunc auctoritatē habere cœpit, supputari incipit biennio post destructā Carthaginē,tertiūq; Punicū bellum finitum,hanc legationē,vel potius pręceptū ad potentissimos orientis reges Ptolemæū,& Antiochum datū inuenies. Nec mirū,si tantæ vrbis,vtpote quæ non solum Africam,sed & Sardiniā,Siciliā,ac pene Hispanias sibi subiecerat, potiti victoria, iam etiā orientis Romani didicerant imperare regibus. Si autē non ab Alexandro,sed a successore suo in Syria Seleuco,regni Græcorū supputatio inchoatur,anno.xx.post deletā Carthaginē,pro Simone, & populo Iudęorum hæc legatio Romanis facta cognoscit̄.Iudasq;, & Ionathas ante destructā Carthaginē fuisse creduntur.Sicq; nō incongrue optimi legis dei zelatores Machabęi,& inclyti Romanæ vrbis,ac paternarū legum defensores Scipiones cōtemporanei inueniunt̄. Quod em̄ a Seleuco regni Græcorū supputatio, iuxta Machabęos incipiat,Hieronymus in Daniele velle vidēt̄,vbi ait.Post mortē Iaddi sacerdotis,qui sub Alexandro templo prępfuit,susceptt pontificatū Onias, quo tēpore Seleucus subiugata Babylone,diadema totius Asię capiti suo imposuit anno.xij.mortis Alexandri.Ex qua ætate scriptura Machabęorū regnū Grecorum enumerat.Appone ergo priori supputationi.vi. Alexandri annos, quibus post mortē Darij toti Asiæ imperauit, & hos.xij. Seleuci, & reperies.xvij, quibus si biennīū,quo prior supputatio excidiū Carthaginis excessit,addatur.xx. annorū(vt dictum est)numerū supplebis. Vtrū vero sic,vel sic fuerit,post victoriam Pyrrhi,& triumphū Africani belli secundi, Romanos primo claros apparuisse,primo in exteras regiones imperium dilatasse innuitur.

Subuersio Corinthi,excidiū Numantiæ,& excursus breuis. CAP. XLIII.

SVersa Carthagine, hisdē quos numerauī cōsulibus, Corinthus veluti omniū opificū officina,inter omnes Macedoniæ,Achaiæq; vrbes opulentissima,ferro, igneq; a Romanis deletur, & sic duarū nobilissimarū vrbium triste,ac miserabile vno anno orbi illuxit incendium. Hinc mixtis ex incendio diuersorū metallorū generibus, Corinthiū æs, seu Corinthia vasa nomen, & exordiū susceperunt. Tantā victoriā subsequens clades obnubilauit.In Hispania siquidē nō multo post Numantinis,Mancino consule male pugnatū est,fœdusq; turpius pro redimendo milite,sicut prius a Pompeio initum est.Senatu ergo decernēte fœdus rumpit̄,Mancinusq; auctor fœderis Numantinis iunctus mittitur. Scipio vero Africanus consensu omniū consul creatus, ad expugnandā Numantiā exercitū ducit. Itaq; tam virtute, q̄ prudentia ducis Numantini dū se superari viderent,mori potius, q̄ seruire parati,barbara prius potione debriati,in castra Romanorū ruunt,fugassentq; procul dubio hostes,si Scipio nō affuisset. Vltima demū desperatiōe fracti, seipsos cum vniuersa supellectile,ne quē ibi in homine,seu qualibet possessione triū-

Corinthia vasa.

phum Roma videret,igni dare,ꝙ Romanis seruire maluerunt. Sufficiũt ad cõ probandũ mortaliũ mutabilitatẽ mala quæ posuimus,multisq; de ciuibus mũ di dictis,ad ciues Christi,ac christiana tẽpora festinandũ arbitramur.Meminiſ se eñ lectorẽ volumus,nos ad ostendendas rerũ mutabiliũ miserias,cõflictatio nes seculi ponere ex promisso debere,quatinus earum consideratione, ad regni Christi quietem,permanentemq; sine fine fœlicitatem transeundũ rationis intuitu, ducamur.

De Iugurthino bello,& varijs euentibus Romanor̃ cum Cymbris,Gallis,Germanis.De intestinis malis sub Sylla,& Catilina,Macedonioq;.De Asia minore Romanis tradita. CAPVT XLIIII.

ROmani ꝙuis iam pene totius orbis potirent̃ dominio, tamẽ nondũ ad plenũ subiugatis gentibus bella habuere exterius,intestinis vero malis abundabant interius. Hinc Iugurthinũ bellum sub Metello,Marioq; terminatũ.Hinc Cymbricum,ac Teuthonicũ,Gallor̃, Germanor̃ bellum acerrimũ tam miserabiliter, ac immaniter est actum, vt in vno a prædictis gentibus bello.lxxx.milia Romanor̃,&.xl.milia calonum & lixarũ.C.Manlio cõsule,& Quinto Cepione proconsule, cũ duobus filijs cõsulis fusa inuenies.Cum quanto vero detrimento eor̃ quinto consulatu Marij deuicti fuerint,dicere necesse nõ est,cũ victorũ tanta damna præcesserint. Sequit hoc malum maxima ex intestino bello Romanor̃ clades,Sylla,Caio Marioq; autoribus,quo per.x.annos ꝓtracto.cl. Romanor̃ milia cæsa fuisse inueniunt̃. Exhinc Romanor̃ rempu.nõ solũ imminutã,sed pene amissam,testis est Tullius sic in libro officior̃ di.Verũtn ꝙdiu imperiũ.R.P.beneficijs tenebat̃,nõ iniurijs bella,aut pro socijs,aut de imperio gerebant̃, exitus erant bellor̃ aut mites, aut necessarij. Regum,populor̃, nationum portus erat, & refugium senatus. Nostri autẽ magistratus, imperatoresq; ex vna hac re maximã laudem capere studebant,si prouincias,si socios æquitate,& fide defendissent. Itaq; illud patrociniũ orbis terræ verius ꝙ imperiũ poterat nominari, sensim hanc consuetudinẽ,& disciplinã iam antea minuebamus. Post Syllæ vero victoriã penitus amisimus.Desitũ est eñ videri quicꝙ in socios iniquũ,cũ extitisset etiã in ciues tanta crudelitas.Ergo in illo secuta est honestã causam,nõ honesta victoria.Est eñ ausus dicere hasta posita,cũ bona in foro vẽderet, & bonor̃ virorũ, & locupletũ,& certe ciuiũ prædã suã se vẽdere.Et infra.Ad exẽplũ amissi ĩperij,reportari in triũpho Massyliã vidimus,& ex ea vrbe triumphari, sine qua nunꝙ nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt. Et post pauca. Nec vero vnꝙ bellor̃ ciuiliũ semen,& causa deerit, dum homines perditi, hastam illam cruentam & meminerint,& sperabunt.Ex quo apparet Romanos quidẽ creuisse in diuitijs,& potentia,sed decreuisse,exquo auaritiã sequi cœperunt,in veritate,& iusticia. Vnde est rursum illud Tullij. Vtinã inquit.C.Pontius Samias ad illa tẽpora me fortuna seruasset,& tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent, non essem passus diutius eos imperare.Ne illi quidẽ multa ſecula expectanda fuerunt,modo eñ hoc malũ hanc rempub. inuasit.Sylla iste tabulas ꝓscriptionis instituit,occisisq; pluribus consularibus viris,C.etiã Marium effossis oculis,membrisq; truncatis vita priuauit.De quo Tullius in Paradoxis.C.Mariũ vidimus, qui mihi secundis in rebus vnus ex fortunatis homi-

Tul.offi.2.

Offi.2.circa finem.

nibus,in aduersis vnus ex summis viris videbat̃,quo beatius esse mortali nihil̃ potest.C.vero Marius ob hãc causam viso capite socij,desperatione captus,seruo iugulum præbuit.Deinceps Catilinariũ ciuile sequitur bellum, quod Salustius prudenter,ac luculenter satis,sicut etiã Iugurthinũ,executus est. Macedonicum quoq; hisdem diebus grauissimũ fuisse inuenitur.Tunc etiã Attalus rex Asiæ moriens,regnum cum testamento Romanis reliquit. Salustius.

Difficile bellum habitũ cum Mithridate,& tandẽ victo illo terminatũ, quõ prædictus rex,tam ob hoc malum, ꝙ ob filium eum deponere molientẽ,terminũ vitæ fecerit. CAPVT XLV.

INter hęc quę diximus mala, Mithridatici belli clades omnibus prioribus,excepto Africano,maior,per.xl.vel iuxta alios per. xxx.annos extenditur.Anno ab vrbe condita. Dclx. quo etiã ciuile bellum cœperat,inardescere cœpit,Cicerone & Antonio consulibus terminata.Et vt ait Lucanus,Barbarico tandem vix cõsummata veneno est.Mithridates eñ Ponti,Armeniæq; rex,dum Bithyniæ regem Nycomedẽ amicũ Romani populi,regno priuare conatur, a senatu ne faciat monetur, minis etiam si nõ faceret appositis.Proinde motus Mithridates non solum regno Nycomedẽ expulit, verũetiã Cappadociã alio rege Ariobarzane scilicet inde eiecto, igne, ferroq; vastauit.Prẽterea Ephesum veniẽs, omnes ciues Romanos dato edicto necari præcepit.Inde Archelaum ducẽ suũ in Græciã mittens,tam Athenas,ꝙ totã Græciã in deditionẽ accepit.Cõtra quẽ Sylla cũ exercitu missus, Archelaoc.milia interfecit,vrbemq; Athenienſiũ diu obsessam ad vltimũ recepit.Mithridates strage suor̃ cõperta,exercitũ.lxxxiij.miliũ militũ elector̃ Archelao ĩ auxilium mittit,ex quibus.l.milia cæsa ferũtur fuisse. Tertio rursus Archelaus cũ Sylla congressus,vincitur,ibiq; vniuersæ copiæ eius fundunt̃. His alijsq; innumerabilibus,quæ longũ est enumerare, malis,ad hoc tandẽ potentissimus ille, qui pene totũ orientẽ sibi subiugauerat,peruenit rex,vt qui antea nõ solũ gentibus,sed & regibus imperãdo venenũ tantũ timeret,nõ gladiũ, ac naturã suam multis firmasset antidotis. Ad hoc inquã tam bellor̃ infortunijs, ꝙ filij sui regno eum deponere molientis, molestia deductus est, vt veneno se necare vellet, sed medicinis antea firmata natura nõ posset. Occisis itaq; vxoribus,ac filiabꝰ suis,dum nullo veneni genere ipse(vt dixi)perire posset, militi iugulũ prębuit, sicq;.lxxij.ætatis annos habens,vita decessit,nobisq; miserę mortaliũ conditionis exempla reliquit. Fertur de ipso, q; a filio suo dum regno pelleretur, ipse ex altissimo muro prospiciens,exorabat filium,sed nõ est auditus.Quoniã inquit Pharnaces mori iubet,dij si estis patrij precor,vt quandoq; ipse hanc vocẽ, a liberis suis audiat.Sicq; dij si estis patrij dicens,eos veros esse deos dubitauit. Mithridates.

Q; Romani Pompeium morientẽ miserunt,qui deuicto toto oriente templum quoq; domini polluit,captoq; & vincto Aristobolo, fratri eius sacerdotium tradidit. CAPVT XLVI.

HAbitur Mithridatico terminato bello,malisq; tam socialibus, ꝙ ciuilibus sopitis, factioneq; Catilinę ad plenũ abolita, Romani se intra se cohibere nõ valẽtes,nec terminis suis, quos iam habere cœperãt, contenti,totũ orbem in prouinciã redigere cupiunt.Cuius rei gratia

Pompeius clarissimus eorꝝ dux, exercitū gubernādū in Asiam susceꝑit, totūcꝫ orientem pene Romanorꝝ imperio in breui subiecit, regibus alijs mutatis, alijs subactis. Inter alia orientis regna, Hierusalē veniēs, capta ciuitate, templū quo soli populo dei immolare licuit, oblatis hostijs polluit, regemcꝫ eorū Aristobolum vinctum Romam misit, & Hircano fratri suo summū sacerdotiū tradidit. Quoniā aūt Iudęorū mentionē fecimus, in quibus tunc tm (iuxta ꝓphetā, exceptis paucis, qualis fuit Iob) notus fuisse deus tradit, qualiter post ꝓphetas, & relaxatā captiuitatē vsꝫ ad id tempus ciuitas dei fuerit, paucis aperiam.

Qualiter, & sub quibus principibus sęculi Israel a transmigratione Babylonis vsꝫ ad id tempus sese habuerit, & de Herode alienigena. CAPVT XLVII.

Iosephus lib. 12. ca. 1.

POst mortē Alexandri, cū principes eius diuersas sortirent ꝓuincias Ptolemæo Lagi filio sorte deuenit Aegyptus. Is multos ex Iudæis captiuauit. Cui successit Ptolemæus Philadelphus, qui nō solū religionis intuitu captiuos relaxauit, verū & templo regalibus muneribus donato, libros legis ab Eleazaro sacerdote popoſcit. Quos dum accepisset, ac in bibliotheca nobili deposuisset, interpretes eorū, qui eos de hebræo in græcū transferrēt sermonē, requisiuit. Hinc de singulis tribubus dati sunt ꝑsbyteri vsꝫ ad. lxx. qui in vtracꝫ lingua periti, spiritusancto dictāte, singuli singulis cellis vniformē, ciuitati dei vtilem valde ediderūt interpretationē. Hieronymus tamē in vna domo Alexandriæ refert eos conferendo simul interpretatos fuisse. Post hoc a Ptolemęo, qui & Epiphanius, Alexandriæ rege capti, deinde ab Antiocho multis malis sunt attriti, ac ad idololatriā coacti. Cui fortissimus Iudas vir, cū fratrib⁹ suis fortissime restitit. Successit Iudæ Ionathas, cui Simō, ac post ipsum filij eius. Quia ergo omnes canonicæ in Machabæis terminantē historiæ, qualiter post hoc gentis Hebręorꝝ regnū, vsꝫ ad Christū steterit, ex historijs tantū eorū cognosci datur. Non em̄, vt ipsi perfide argumentant̄, vnctio in captiuitate Babylonica defecit, sed scd̄m eorꝝ historiographos, populus ille post illud tēpus nō solum summos sacerdotes, sed etiā reges habuit. Quorꝝ primus post Simonē, eiusꝫ filios Aristobolus fuit. Cui Alexāder & ipse rex, & sacerdos succeſſit. Cui ob nimiā quā in suos exercuit crudelitatem, dum qualiter eis cōciliari posset requisiuit, responsum est, si moreretur. Post hūc vxor eius regnauit Alexandria, cuius filij fuerunt Hircanus, & Aristobolus. Ex quibus dū regnaret Aristobolus, Pōpeius Romanorꝝ princeps ab Hircano vocat̄, captoꝫ ab ipso (vt supra dixi) Aristobolo, & in vinculis posito, Hircanus fratri subrogatur. Sicꝫ velint nolint, ex propriis Iudęi conuincunt̄ testimonijs, Herode primo alienigena regnante, natoꝫ Christo, illam impletā fuisse prophetiā, qua dicitur. Nō auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Qui vero his diebus ciues Christi fuerint, nō facile perpendi potest. Iam em̄ prophetæ siluerant, eratꝫ (iuxta qd̄ scriptū est) mediū silentiū, ac profundissima nox, venturūꝫ in proximo a regalibus sedibus omnipotētis sermonē, hoc ipsum silentiū, ac cæcitas noctis præsagiebat. Sicut em̄ appropinquāte luce claritatis, nox amplius densatur, cūctisꝫ sopore depressis, silentio omnia tenent̄, sic apparituro in carne dei verbo, cūctūꝫ suo mundū ortu irradiaturo, non solum malorꝝ turbines ciuitatū mundi ob-

Hieronymus in prologo Bibliæ.

2. Macha. 6. & 7.

Ioseph. lib. 13. cap. 22.

Geñ. 49.

nubilando tegebant. Verū ipsam ciuitatē dei tenebræ operiebant, silentiū tenebant, vt venientē in carne, lucem tanto ardentius homines cōspicerent, quanto eam tenebris ante depressi, malis fessi, auidius prestolati fuissent. Extitisse tamē & tunc ciues Christi, cuius propter silentiū scriptorꝝ quidē taceant̄, ex hoc precipue intelligi datur, qꝫ. vij. milia virorꝝ, quæ sub Helia fuerunt, vsꝫ ad finē mundi nō defutura ciuitati dei credimus. At Hircanus Herodē Antipatris filiū alienigenā, ad regni negocia administranda assumpsit. Qui iniqui, & perfidi tyrannis officiū exequēs, Hircano vita & regno exempto, regnū inuasit, ac ꝓmissiōe Romanorꝝ tandē obtinuit. Hic etiā vt regno liberius potiret̄, nō solū regiā, sed & sacerdotalē vnctionē aboleuit, vestemcꝫ sacram solis sacerdotibus gestare licitam, ad vsus suos ꝓphane, ac sacrilege redegit, vt merito vnctione tam regali qꝫ sacerdotali cessante, sanctus sanctorꝝ inuisibili oleo in verū regē, & sacerdotem vngendus in breui venturus cognosceret̄. De cuius adhuc nequitia, & multifaria qua erga Romanū imperiū vsus est versutia, q scire vult, legat Iosephū.

Ioseph. lib. 15. cap. 8.

Lib. 16.

De victoria Iulij Cæsaris, & quō a ciuibus nō susceptus, in ipsos arma conuerterit, & ærariū cōfregerit. CAPVT XLVIII.

ANno ab vrbe cōdita. Dc. xciij. reuerso ab oriente Pompeio, ac ꝓpter multas victorias cū ingēti triumpho susceꝑto, ipso & L. Bibulo cōsulibus, C. Iulius Cæsar, ad occidentē Gallias cisalpinā, & transalpinā, ac Illyricū domiturus, a senatu mittitur. Is itaqꝫ fortissimas orbis gentes cū multo Romanorꝝ sanguine in prouinciā redegit, trāsitoqꝫ Rheno Germanos omniū ferocissimos, ac bellicosissimos, acri ac periculoso nō solum bello, sed & muneribus, multaqꝫ prudentia deuicit. Quorū virtutes, ac fortitudinē qui scire desyderat, ipsius historiā a Suetonio scriptā legat. Meminit etiā horū fortitudinis, & tantū inperterritę, vt mortē quoqꝫ vix timeat. Iosephus seu Egesippus in oratione Agrippæ, ex horū cōparatione Iudæos ad subiectionē Romani imperij hortantis. Porro cū in domandis hmōi gentibus vltra statutū terminū. i. quinquenniū moram faceret, Iulio Romā reuertenti, a senatu cōsilio Pompei, & auctoritate Marcelli cōsulis, debitus ei triumphus, ac denuo cōsulatus negatur. Quæ res belli maximi, & nō solū ciuilis, sed & intestini mali causa fuit. Cæsar em̄ hæc audiens Rauennā se cōtulit, ac inde Ariminū proficiscens, & lachrymabiliter socijs iniurias suas exponens, ad vrbē cū exercitu ꝓperauit. diffugientibusqꝫ primo in Brundusiū, post in Dyrrachū Græciæ vrbem, trepidis cū Pompeio ciuibus, victor vrbem ingressus est, fractisqꝫ foribus ex ærario vij. milia. cxxxv. auri pondus, argēti vero prope. Dcccc. M. protulit. Inde reuersus ad legiones, quas in Arimino reliquerat, alpes transit, ibiqꝫ tam Gallis, qꝫ Germanis, quos pauloante subiecerat, magnifice donatis, cōtumelias sibi a ciuibus irrogatas deplorat, auxiliūqꝫ poscit, & impetrat. Soli ex Gallis Massilienses, qui & Phocenses, eo q ꝑ de Grais in Gallias venerint, auxilium Cæsari ferre negabant. Vnde & graui, & laborioso conflictu deuicti sunt. Eo quoqꝫ tēpore Petreius & L. Afranius acerba siti ad deditionē Cæsaris coguntur.

Sueto. scribit Germanorꝝ historiam.

De bello iudaico lib. 2 cap. 17.

De occisione Crassi, & incendio vrbis, de intestina pugna Romanorum, victoria quoqꝫ Cæsaris, & morte eius. CAPVT XLIX.

Ioſephus li.14.ca.14.

ANno ab vrbe cõdita.Dclxxxxvij. Craſſus in conſulatu collega Põpei in Aſiam deſtinatus, auaritiæ facibus æſtuans, Hieroſolymã ꝑ templi diuitijs,quas Põpeius intactas reliq̃rat,adijt, easq; diripuit. Inde per Meſopotamiã iter agens,dũ rurſum male caſtigata auidita te,auro Parthico nimiũ inhiat,ab eis ignominioſe cũ multo exercitus detrimen to occidit. Anno abhinc.iij. inuſitato incendio, vtpote.xiiij. vicis cũ vico vigã rio cõſumptis,vrbs conflagrauit. Sequit hæc mala maximis diſſenſionibus,ac molitionibus paratũ ciuile bellum. Nam Cæſare cũ Gallorꝝ, & Germanorꝝ vi ribus veniente,Pompeius patriã defenſare volens,gentes & reges,quos in ori ente ſubegerat,in auxiliũ per filiũ aſciſcit.Principes Romanorꝝ,ſenatusq; cum Lentulo conſule,Pompeiũ magnũ in Græcia morantẽ,circa tẽpus quo cõſules mutari ſolebant, adeunt, ſemotoq; a conſulatu Lentulo, omniũ fauore magnũ ducem exercitus creãt. Cæſar vero hybernis tẽpeſtatibus nõ territus, inuito mi lite,periculoſe mari ſe cõmittens,proficiſcit in Epyrũ,ibiq; haud longe a Ma gno caſtrametatus eſt. Vbi dum a paupere Amycla ad hoc vt Antonio occurre ret,infidis procellis impatiens moræ,ſe credit,ventis obortis naufragium pene paſſus,ad ſuos redire cõpellitur. Igitur ex omni parte mũdi vires cõtractæ,mul toq; Romanorꝝ ſanguine gentes deuictæ, ipſorꝝ modo vocatione congredi co gunt. Iam em̃ intantũ reip. profecerat ſtatus,vt vlterius nõ poſſet. Et cũ extrin ſecus corrumpi nõ valeret(iuxta Poetã)in ſeipſam ruere debuit. Itaq; lxxxviij. cohortibꝰ ex vtraq; parte triplici ordine cõpoſitis, in campis Pharſalicis vterq; cõuenit exercitus. Videres lachrymabilẽ, ac miſerabilẽ pugnã, ciues totius or bis dominos in ſe diuiſos,cũ totius vrbis viribus adinuicem pugnare, &(vt ita dixerim) vnius matris filios, ꝑprijs manibus ſe volentes euiſcerare. Dum ergo dubia diu ſorte ſe vterq; cederet exercitus, Pompeius tandẽ atrocitate Iuliani militis cũ ſuis fugere cogitur,& ſic Cæſari victoria ceſſit. Cęſa ſunt in eo prelio xv.M.Pompeianorꝝ,xxxiij.cẽturiones. Põpeius fuga elapſus, nauim onerariã conſcendit,ac per Cyprũ in Aegyptũ nauigans,mox vt litus attigit, iuſſu Pto lemæi ob gratiã Cæſaris,interimitur. Pompei vxor cũ filijs fugit, cęterũ occiſis multis claſſis direpta eſt. Cęſi ſunt Pompeius, Bithinius ibi,apud Peluſiũ vero Lentulus vir conſularis.

ab Orico, ait.L.Flo rus.lib.4. cap.2.

Quomõ Cæſar in Aegyptios arma cõuerterit, Cleopatræq; regnũ dede rit,& dehinc Romã veniens, rurſum fautores Pompei perſecutus fuerit De morte Catonis. Q; Cæſar Monarchiã obtinuerit, Tulliumq;, ac per eius interuentũ. M. Marcellum in gratiã ſuſcepit, ipſeq; ad vltimũ con ſcio ſenatu occiſus ſit. CAPVT L.

CAeſar cõpoſitis omnibus Alexandriã venit,ibiq; oblato ſibi cũ ar milla Pompei capite fleuit,dũq; inſidias perſenſiſſet,in Aegyptios arma cõuertit. Quibus victis, Cleopatrę regnũ Alexandrinũ tradi dit. Nam Ptolemęus nauali prælio cũ victus fuiſſet, & in ſcapham conſcendiſſet,multis irruentibus merſus,& ad litus actus,iudicio loricæ aureæ cognitus fuerat. Poſt hæc Cæſar Romã veniens,a ciuibusq; dictator, & conſul vocatus,in Africam bellũ tranſtulit,& apud Thapſum cum Iuba, & Scipione manũ conſerens, plurimã Romanorꝝ, & Barbarorꝝ ſtragẽ fecit. Iuba militi iu gulũ prębuit. Scipio ſemetipſum interfecit. Cato rigidus veneno hauſto, Vticę

ſe occidit. Cæſar adhuc Pompei nepotes, Rompeiãq; filiã eius necari inſſit. De hinc vrbẽ cũ quattuor triumphis ingredit,ac poſt in Hiſpaniã cõtra Pompeia nos milites,ꝑficiſcens,ibi cũ ipſis atrox bellum geſſit. Quibus cũ multo ſudore deuictis,ad vrbem regreſſus,quarto ex quo id ciuile bellum cœperat anno, to tam vrbem potenter tenuit, ac vacantibus omnibus quæ in vrbe erant dignita tibus, Cæſar fuit omnia ſolus in vrbe. Receptus eſt tunc ab eo in gratiã. M. Tul lius Cicero,per eiusq; interuentũ. M. Marcellus,pro quo diſertã,& luculentam orationẽ edidit, quæ ſic incipit. Diuturni ſilentij. P. C. quo eram his tẽporibus vſus. In qua ſuper oẽs virtutes Cæſaris,quibus diuerſas nationes domuit,fuiſ ſe dicit,q; domito animo. M. Marcellum antea inimicũ in gratiã ſuſceperit. Ait em̃. Animũ vincere,iracundiã cohibere,victoriã tẽperare, aduerſariũ nobilita te,ingenio,virtute præſtantẽ,nõ modo extollere iacentẽ,ſed etiam amplificare eius priſtinã dignitatẽ. Hæc qui facit,nõ ego eũ cũ ſummis viris cõparo, ſed ſi milimũ deo iudico. In ſummo ergo ſtatu Cæſar poſitus,dũ cõtra maiorꝝ exem pla. R. P. inſtaurare cogitat,conſcio ſenatu Bruto & Caſſio auctoribus, in curia necat. Quã quidẽ hiſtoriã a nobis cõpendio ſtrictam,pulchro,ac luculento ver ſuum ordine Lucanus proſequitur.

Exclamatio cõtra rerum mutabilitates. CAPVT LI.

EXclamare hic cõtra mutabiliũ rerũ miſerias cogimur. Ecce em̃ Ro manæ reipub. ſtatus,cũ quanto nõ ſolũ hoſtiũ,ſed & ciuiũ detrimen to profecerit, videmus. Alterna quippe mutatione ad inſtar maris, quod nunc ſucciduis attollit incrementis, nunc naturali damno, ac defectu ſubducit,Romanorꝝ reſpu. nũc gentes,& regna bello premendo, ſubij ciendo,ad cœlos attolli videbatur. nunc rurſum ab eis preſſa,vel peſtilentijs,ac morbis deſolata,ad abyſſum vſq; mergi putabat. Quodq; his maius eſt, oĩbus bene ordinatis,ac cõpoſitis,inteſtino ac ciuili malo,in ſeipſam ruens, miſerabi liter euiſcerabat. Hæc omnia nutantiũ rerum mala,& vt ita dixerim, quotidia næ mortaliũ mortes, ad veram, ac permanentẽ æternitatis vitã nos mittere de berent. Verũ vt ſupra diximus,hmõi alijſq; ciuitate mundi attrita malis, quaſi poſt denſæ noctis tenebras, lucis veræ ortus appropinquabat. Itaq; decurſis tã Medorꝝ,q; Perſarũ,& Grecorꝝ,ac Romanorꝝ alternantiũ malorꝝ caſibus,quia iam ad eius ortum,qui vere pacificus,omnia quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt pacificauit Chriſtus Ieſus, appropinquamus, huic ſecundo operi finẽ demus, quatinus ad eam quæ ſub Auguſto ex natiuitatis Chriſti aduentu,toti mundo reddita eſt,pacem dicendam feſtinemus.

PROLOGVS TERTII LIBRI.

SPonſionis meę nõ immemor dilecte frater. N. de duabus ciuitatibꝰ vſq; ad Octauiani Cæſaris tẽpora, qualicũq; deductã hiſtoriã elo quio, preſertim cũ ad chriſtiana tẽpora iam venerimus, donãte deo tanto libentius, quanto de ciuitate dei ob naſcituram fidẽ vberius di cere potero,complere nõ dubitauerim. Prioribus em̃ de ciuibus Chriſti pauca, multa vero de mundi ciuibus dicendi materiã habui. quia a primo homine ad Chriſtũ,totus pene orbis,exceptis de Iſraelitico populo paucis,errore deceptꝰ, vanis ſuperſtitionibus deditus,dæmonũ ludicris captus,mundi illecebris irre

Ad Gal. 4. titus, ſub principe mundi diabolo militaſſe inuenitur. At vbi venit plenitudo tẽporis miſit deus filiũ ſuum in terras, qui vt homines per inuia, ac deuia more pecudũ oberrãtes, ad viã reduceret, viã ſe hominẽ aſſumẽdo hoĩbus prębuit. & vt a falſitatis errore exorbitantes, ad rationis lumen reuocaret, veritatẽ ſe oſtendit, vt vero deficiẽtes reficeret, vitam ſe veram exhibuit. Ego ſum (inquiẽs) via, Ioan. 14. veritas, & vita. Ac ſi diceret. Erratis, ad me venite, qui ſum via, quã vt intrepide ambuletis, audite q̃ ſum veritas. Si vero viaticũ nõ habetis, ſentite q̃ ſum vita. Multi em̃ viam quærunt, ſed dũ nõ inueniũt veram, errant potius q̃ recto tramite incedant. Multi rurſum viam, quæ vera videt incedunt, ſed vitã nõ cõ Prouer. 16. ſequunt. De quibus arbitror dictũ. Sunt viæ quæ videnť hominibus rectæ, nouiſſima vero earũ ducunt ad interitũ. Saluator autẽ in mundum veniens dicit, Ego ſum via, veritas, & vita. i. per me tm̃ ſalubriter itur, ad me veraciter peruenitur, in me vitaliter permanet. Sed in prima fronte nõ incõuenienter queri poteſt, cur i fine tẽporũ, quẽ plenitudinẽ Paulus vocat, ſaluator oĩm naſci voluit: cur vniuerſitatẽ gentium tamdiu, tot retroactis ſęculis in errore perfidiæ perire permiſerit: Cuius rei rationẽ profundiſſimis, ac iuſtiſſimis iudiciorũ dei theſauris repoſitã, quis corruptibili mortaliũ carne circũdatus inueſtigare audeat: cũ Ad Ro. 11. Apoſtolus dicat. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ, & ſcientiæ dei, q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius &c̃. Quid ergo faciemus: Si cõprehendere nõ poſſumus, nunquid tacebimus: Et quis obloquẽtibus reſpõdebit, impugnãtesq̃ arcebit: Poſtremo deſtruere eam quæ in nobis eſt fidẽ, volentes, ratione ac virtute verborũ cõfutabit. Cõprehendere itaq̃ occulta cõſilia dei nõ poſſumus, & tm̃ plurimã de his rationẽ reddere cogimur. Quid: rationẽ reddemus de his, quæ cõprehendere nõ poſſumus: Rationes reddere poſſumus, ſed humanas, cũ tamẽ rationes cõprehẽdere nõ poſſumus diuinas. Sicq̃ fit, vt cũ de diuinis cauſis loquimur, cognatis de his ſermonibus carentes, verbis noſtris, qui homines ſumus vtamur, tantoq̃ de deo loquẽdo humanis vtimur verbis cõfidentius, quo ipm̃ figmentũ noſtrũ cognoſcere nõ dubitamus. Quis em̃ melius cognoſcit, q̃ qui creauit: Inde eſt, q̃ cũ deus dicať ineffabilis, fari nos tm̃ Prima ſolutio. multa in ſua laude velit. Cũ ergo dicať ineffabilis, ſcd'm quendã modũ videtur eſſe effabilis. Quæ (vt ait Auguſtinus) pugna verborũ ſilẽdo melius, ac credendo, q̃ diſputando ſoluiť, vel ſilentio cauẽda potius, q̃ voce pacãda eſt. Et alius. Quod ineffabile eſt, ratione taciturnitatis adoreť. Igitur ſi deus, iuxta Apoſtolum, in multa patiẽtia ſuſtinuit vaſa iræ apta in interitum, ſi diuitias bonitatis ſuæ volens oſtendere, eccleſiæ ſuæ diutiſſimæ in propriæ libertatis arbitrio, ciuitatẽ mundi permiſit tẽporaliter florere, culpandus nõ eſt, tam q̃ eam propriæ voluntati deſeruit, q̃ q̃ electis ſuis, iſtius cõparatione caſtigatis, diuitias bonitatis ſuæ oſtendit. Nõ em̃ ſi homines permittit facere, quod ipſi tm̃ facere volũt, ab eis iuſte eſt arguendus. ſicut ecõtra ab eis quibꝰ gratuitã gratiã offerẽs, a talibus quæ cõtra ſalutẽ ſuam facere volunt arcendo, ac prohibendo ne quę ꝓponunt perficiãt, plurimũ eſt laudandus, ac diligẽdus. Nec iniuſte facere dici põt, ſi gratiã ex iuſtitia nõ largitur, ſicut miſericorditer tm̃ facere credendus eſt, cum eam gratuite quibus vult, impertit. Itaq̃ ſi tot retroacta ſęcula non ad peccata impellendo, ſed quod ſuũ erat nõ largiendo, ad hoc vt ſuperueniẽtibus ſæculis exẽplo priorũ, quid fugiendũ eſſet, vnde gratias ſaluatori ſuo referrent, oſtenderet, ſi inquã eos ad hoc voluntati ſuæ deſeruit, vt & ipſi quid ſine eo poſſent, co-

gnoſcerent, & redempti quid ex gratia ſaluatoris haberẽt, addiſcerent. ſicut ab illis iuſte nõ potuit culpari, ſic his maximam materiam dedit, vnde iure debeat amari. Eſt præterea ratio, quare hoc potiſſimũ tẽpore, ſexta videlicet ætate, ac vnito ad Romanorũ imperiũ mũdo, vniuerſoq̃ ſub Auguſto Cæſare deſcripto Chriſtus naſci voluit. Cum em̃ pro primi parentis, qui paradiſi delitias poſtponens, ex proprii arbitrii voluntate, hanc terrã maledictionis inhabitare maluit, culpa abolenda incarnari voluit, ſexta id ætate potiſſimũ fieri cõueniens fuit, quia & ipm̃ ſexta die creauit. Nec in primeua hominũ ætate id facere debuit. Homines em̃ ex tranſgreſſoribus nati parentibus, vitiataq̃ ꝓ inobedientiã natura, proniores, & accliuiores ad malũ facti, necdum ratione vtentes, ferino magis, ac beluino more (obliterato in eis naturali bono) oberrantes, non ſocialiter viuere, nõ legibus informari, nõ virtutibus adornari, nõ rationis vi, ad cognoſcendã veritatẽ illuminari didicerant. Extant hinc fabulæ turpiſſimæ, facta turpiora, hiſtoriæ immaniſſimæ, opera immaniora, de quibus omnibus in ſuperioribus ſatis me dixiſſe arbitror. Cũ ergo hoc modo hoĩes rationis ĩmunes, veritatis nõ capaces, iuſtitiæ, ac legum inexpertes eſſent, legẽ legum, ac altiſſima a Chriſto vitę præcepta danda quõ caperẽt, quõ intelligerẽt, quomõ animaduerterent: Itaq̃ data eſt primo lex, quæ infirmis auditoribus cõueniret, & quæ teneram mundi ætatẽ nõ ſolido cibo, ſed lacte aleret. Deinde paulatim creſcente, ac proficiẽte, tam ex ſocietate ſimul cõmanẽtiũ hoĩm, q̃ ex collatione eorundẽ ad leges cõdendas ſapiẽtia, philoſophorũq̃ mediante doctrina, cũ (vt dixi) iam totus mũdus tam virtute Romanorũ inclinatus, q̃ ſapiẽtia philoſophorũ informatus eſſet, fuiſſentq̃ hominũ ingenia ad altiora vitæ præcepta capeſſenda habilia, ſaluatorẽ omniũ in carne apparere, nouasq̃ mundo leges condere decuit. Hoc iam quod ſupra diſtuli, ſoluendũ puto, quare vnius vrbis imperio totũ orbem ſubiici, vnius vrbis legibus totũ orbẽ informari dñs orbis voluerit. Primo vt dixi, vt ad maiora intelligenda promptiores, ac capaciores eſſent mentes hominũ. Secũdo, vt his modis vnitis, vnitas cõmendareť fidei, quatinus vnius vrbis terrore, ad vnũ hominẽ colendũ, hoĩes vniuerſi cõſtricti, vnã q̃q̃ fidẽ tenerẽtur dam, cœleſtẽq̃ in ea nõ hominẽ tm̃, ſed auctorẽ omniũ colendũ, ac adorandũ deum addiſcerent. Hinc toti mundo in eius aduẽtu cenſus indiciť, vt ille videlicet veniſſe doceretur, qui oẽs ad ſe venientes, in æterna patria ciues aſſcriberet. Hinc in eius ortu, per totũ orbis circulũ mundus attritus malis, ipſisq̃ ſuis ſeditionibus fatigatus, ſponte quieſcere, ac Romanorũ principi ſeruire potius, q̃ rebellare voluit, vt ipm̃ in carne veniſſe daretur intelligi, qui ſub terrenorũ mole onerũ depreſſis, ac fatigatis, clementer diceret. Venite ad me oẽs qui laboratis, Matth. 11. & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Pax idcirco tunc mũdo noua reddita fuit, vt noui regis miniſtri, liberius orbem terrę peragrare, ſalutiferaq̃ vitæ præcepta ſeminare poſſent. Non ergo fortuitis caſibus, nec falſorũ deorũ cultui, ſed deo vero formantis lucẽ, & creantis tenebras, aſcribendũ reor, q̃ ad tantũ faſtigiũ, principatuſq̃ monarchiã, ex humili, ac paupere ſtatu, Romanorũ reſpu. creuit. Quare autẽ illi populo, vel illi vrbi hanc potius, q̃ alijs gratiã cõtulerit, diſcutere nõ poſſumus, niſi forte ex principis apoſtolorũ meritis, quẽ ibi ſeſſurũ præuidit, ſuper quẽ eccleſiã ſuã etiã ſe fundaturũ promiſit, factum dicam. vt videlicet locus, qui propter principis apl'orũ cathedrã, ſuper vniuerſam principaturus foret eccleſiã, in gentiũ q̃q̃, vnde fideles cõgregãdi erãt, ante ꝓficeret monarchiã.

Secũda ſolutio.

Pulchre igit eadē vrbs antea fuit caput mūdi, quæ postmodū futura fuit caput ecclesiæ. Si quis vero cōtentiosus est, audiat in potestate figuli esse aliud vas in honorē, aliud facere in cōtumeliā. Audiat in potestate iudicis esse, quē velit humiliare, & quē velit exaltare. Denicp si dñs vtpote iudex, discretorcp rerū, calicē in manu habens, primo Babylonē inebriando a Medis humiliauit, Medisq; a Persis, Persis rursum a Græcis, Græcis postremū a Romanis humiliatis, Romā ꝙq; humiliandā ad tēpus exaltare voluit. Si has æqua lance pēsans, omnia mortaliū varietates nectit, nunquid argui a factura sua factor poterit? Sub potenti itacp manu dñi regna mutantis, ac pro voluntate sua cui voluerit, miserētis, humiliemur, ipsiusq; misericordiæ, si quid sumus, qui per nos nihil sumus, ipsius gratiæ quicquid dicimus, qui per nos nihil scimus, ascribentes, cœptum opus prosequamur.

Qualiter Octauianus primo dolorē de auunculi morte dissimulās, postmodū eius interfectores tractauerit. De iudicijs eius Romæ factis. De plurimis victorijs eius contra Antoniū, & Cleopatrā, & quē finē Antonius, & Cleopatra sortiti sint. CAPVT I.

ANno ab vrbe condita, Dccx, interfecto C. Iulio Cæsare, Octauianus qui testamento nomen, & hæreditatē auunculi acceperat, primo dolorē de morte eius dissimulans, cū Antonio, qui Brutū & Cassiū ob vindictā Cæsaris, apud Mutinā obsidione cinxit, a senatu hoste pronuntiato, certamen iniit, eumq; fugauit. Quo postmodū in gratiā recepto, simul cū ipso ciuile bellum parat, multiscp cōmissis prelijs, Pompeiū tandem, Cn. Pompei filium interfecit, Brutum quoq;, & Cassium ad hoc vt mortē sibijpsis inferrēt, coegit. Inde post multos triumphos Romā veniens, xx. M. militum exauctorauit, xxx. M. seruoꝝ dominis restituit, vi. M. quorū domini nō extabant, patibulo affixit. Antonius vero repudiata sorore Cæsaris Octauia, in Aegyptum se transtulit, ibiq; copulata sibi in vxorē Aegypti regina Cleopatra, Cæsari rebellare attentauit. Cæsar domitis, subiectisq; sibi omnibus, contra Antoniū quoq; nauale bellum parans, a Brundusio in Epyrū proficiscitur. Congressi itacp acerrime, diuq;, i. a quinta hora diei vsq; ad septimā, cum vtriusq; exercitus detrimento ancipiti pugnarūt victoria. Sequens pars diei cum sequenti nocte in victoriā Cæsaris cessit. Prior ex bello cum suis fugit Cleopatra, quam fugientē insequitur Antonius. Cæsa fuisse ibi de exercitu Antonij, xij. milia feruntur, vulnerata, vi. M. Cæsar tūc imperator dictus, iiij. cum. M. Licinio consul fuit. Antonius nauali prælio victus, terrestre parans, cōgressu habito, denuo vincit. Dumq; rursum Kalendis Sextilibus ad struendam classem descendit, omnibus ad Cæsarem cōfugientibus, in vrbem Alexandriā suis destitutus, se recepit. Vbi dū imminere sibi cerneret Cęsarem, gladio se interfecit. Cleopatra autē appositis ad mamillas serpentibus, mortua fuisse perhibetur.

Excursus quomodo Græci ab Alexandro vsq; ad id tempus orienti imperauerint, & vnde patriarchales sedes esse cœperint. Numerus Græcoꝝ regum, copiacp Romæ ex Alexandriæ subactione accrescens. CAPVT II.

CAesar ergo opulentissima omniū potitus vrbe Alexandria, regnū finiuit Græcoꝝ. In hac em vrbe ab Alexandro in Aegypto cōdita, reges Græcoꝝ vsq; ad id tēpus regnasse inueniunt. Vnde & quidā monarchiā Græcoꝝ vsq; ad Cæsarē extendunt. Nam post mortem Alexandri magni, dū cōmilitones eius Asiam ab eo subiectā partirent in quattuor mūdi partibus, quattuor emerserūt regna. Inter quæ duo fuere principalia Ad austrū Aegypti, cuius metropolis fuit Alexandria, ad orientē seu aquilonē Syriæ & Mesopotamiæ, cuius caput erat Antiochia, quā Seleucus magnus, de quo supradictū est, a nomie patris sui Antiochi dicit instauraſſe, sedēcp regni loco Babylonis ibi collocasse. Nam antea Reblatha (vt volunt quidā) vocabat, eratcp tunc iuxta pphetā, caput Syriæ Damascus. In his ergo ciuitatibus reges potentissimi Ptolemęi, & Antiochi habitabāt, dominandiq; libidine in alterutrū sæuientes, orientis imperiū vicissim rapiebant, auctoritas tn maior ad vltimū Ptolemęis cessit. Quæ omnia nō solū gentiū historijs, sed & ex visione Danielis, vbi de regnis austri & aquilonis loquit, & expositiōe Hieronymi in eun dē prophetā, melius cognoscunt. Vnde duæ hæ ciuitates cū ꝓcessu tēporis, ecclesia a primitiuis patribus scd'm distributionē gentiū ordinaret, tancp per Romanā vrbem dignissimę, ad ipsius instar vrbis, solæ patriarchales sedes habere meruere. Constantinopolitana siquidē, & Hierosolymitana postmodū crescēte ecclesia, altera ob imperij sedē, altera ob sanctū sepulchrū, & antiquū illud, ac toti orbi venerabile dñi templū, patriarchales sedes permissione patrū sortitæ sunt. Vnde de Hierosolymitana ecclesia in Nicena synodo legimus. Episcopus Heliæ ab omnibus honoret, saluo iure sui metropolitani. Quod quidā ad Cęsaream Palestinę interpretāt, eo ꝙ Hierusalē a Tito, & Vespasiano destructa, metropolis Palestinæ facta fuerat Cæsarea. Sicq; cōsequēter iure ecclesiastico eius dē ꝓuinciæ metropolis remansit. Vbi em sub principibus gentiū flamines erāt, ibi postmodum a nostris locati sunt epi. Vbi illi archiflamines, nos archiepiscopos. vbi illi protoflamines, nos primates seu patriarchas habere cœpimus, oēs quidē vnius ordinis, sed ꝓ differentia ciuitatū diuersæ dignitatis. Alij præfatū capitulū, saluo iure metropolitani legūt, & sic interpretant. Postcp dictum fuit, episcopus Heliæ, i. Hierusalem, ab omnibus honoret, ne videret ab oībus tancp summus, i. Romanus pōtifex honorandus, adiunctū est, saluo iure metropolitani, hoc est, sic dicimus eū honorandū, nō sicut summū pontificē, sed sicut metropolitanū. Vtrū vero sic vel sic sit, cōstat eum tamē nondū fuisse patriarchā. Sed hæc hactenus. Diximus scd'm quosdā, Græcoꝝ monarchiā vsq; ad Cæsarē extendi, verisimilius tn videt Græcos monarchiā quidē post mortē Alexandri ꝓdidisse, reges vero præclaros orienti imperantes habuisse. Vnde & Daniel de regno Alexandri loquēs ait. Diuidet in quattuor ventos cœli, sed nō in posteros eius, necp scd'm potentiā illius qua dñatus est. Et rursum de Antiocho legit, ꝙ in obsidione Alexandriæ legatū Romanoꝝ acceperit. Qui eū dū ambulantem in harena inuenisset, & ab impugnatione vrbis reuocasset, frustratus baculum, quē forte gerebat, terrā in circuitu eius gyrabat, dicēs. Hæc dicit senatus, populusq; Romanus, vt antecp de isto circulo exeas, ab vrbe recedas. Quo audito ꝓculsus rex, mox obsidionē soluit. Ex his, & alijs intelligimus Romanos, etiā antecp reges haberēt, summoꝝ tn regū habuisse imperiū. Quare ergo Græcis monarchiā attribuimus? Nisi ꝙ & Roma nondū ad vnā personā imperiū cōtraxe-

Daniel. 7.

Dañ. 7.

Dañ. 11.

rat,& ꝙ ciuitas noſtra in Iudæa manens, vſq; ad Cæſaris tẽpora,ſub illoꝝ im-
Eſech. 26. perio degebat.Nam & Nabuchodonoſor regem regũ propheta vocat, qui tñ il
lo in tẽpore regni auctoritatẽ Medis habentibus, rex regũ nõ erat. Niſi ꝙ eum
tã ex dignitate vrbis,quã inuaſerat,ꝯ ex ſupplicatione populi dei,quẽ captiuũ
Euſebius. tenebat, hoc noïe dignũ iudicabat. Fuerũt autẽ ab Alexandro vſq; ad Cleopa-
tram reges oẽs Ptolemęi dicti.xi. Tantã vero copiã pecuniarũ Cæſar apud Ale
xandriã inuenit, vt ex hoc duplicia Romæ venaliũ ſtatuerentur pretia.

Qualiter finito regno Græcoꝝ,deuictaq; Alexandria cum tota Aſia Cæſar Auguſtus dictus ſit. CAPVT III.

Oroſiꝰ aliter habet. ANno ab vrbe condita. Dccxxxv. Cæſar Alexandrinoꝝ potitus victoria,totaq; ſubiugata Aſia, ciuilibus etiã ad plenũ ſedatis malis, ipſo &.L.Apuleio quinquies cõſulibus.viij. Idus Ianua.ab oriente victor rediens, vrbẽ triplici triumpho ingrediẽ, Ianiq; portas claudens,Auguſti noïe ab omnibus cõſaluratur. Quod nomẽ cunctis vſq; ad id tẽpus inauditũ ſæculis, apicẽ declarans imperij, ſolis Romanoꝝ debeẽ regibus. Hic tertio ab vrbe condita,primo ſub Numa, ſecundo poſt Carthaginenſe primũ bellũ Ianum clauſum inuenies. Auguſtus qui per.xij. annos cũ his quos nominauí cõſulibus rẽpu.rexerat,ex hanc die,& deinceps ſolus imperabat.Sicq; plurium poteſtates in vnius ceſſere principatũ, quẽ Græci monarchiã vocant. Ex hoc Romani poſt conſules reges habere cœperunt, qui ob hoc ꝙ totius orbis tenuere monarchiam,imperatores,& Auguſti ſunt dicti.

De victoria eius in Hiſpania, Ianoq; clauſo, quomodo per Claudiũ Druſum diuerſas prouincias ſubegerit. De amiſſis legionibus in Germania a Varo. CAPVT IIII.

CAeſar poſt hoc apertis Iani portis, Cantabris, & Aſturibus fortiſſimis Hiſpaniæ gentibus,bellum indixit,ac per quinquenniũ graui, & laborioſo conflictu ſubactis,victor ad vrbem rediens, ſecũdo Ianum clauſit.Dehinc per Claudiũ Druſum Galliã, & Retiã in pun
ciam redegit,Noricos,Illyricos,Pannonios,Dalmatas,Męſios, Dacos, Thra
ces,per duces ſuos vel ſubegit,vel maximoꝝ fluuiorũ Rheni, & Danubij obie
Moguntia inſtaurata. ctu ſeclusit.Hic Druſus Moguntiã in Gallia, & Auguſtam in Retia,quę antea Vindelica dicebatur,ex nomine Auguſti vocatam,fundaſſe, vel inſtauraſſe di
citur.Monſtratur adhuc monumentũ eius Moguntiæ in modũ piræ.Ea tempe
Varus. ſtate cum tribus legionibus Varus Romano more ſuperbe, & auare erga ſubditos ſe gerens, a Germanis deletur. Quam militis Romani cladem intantum
ęgre tuliſſe fertur Auguſtus,vt ſępiſſime caput parieti collideret, ac per vim do
Oroſius. loris diceret.Quintili Vare redde legiones. Grauiſſimũ, & atrociſſimũ hoc Romanorũ,& Germanoꝝ bellum,& poſt Africanum maximũ,tribus annis cum xv.legionibus geſtũ ſcribit Suetonius. Vnde notari poteſt,quanti roboris prędicta gens Germanorũ fuerit,quæ in ſumma auctoritate Romani imperij,tantam ſtragẽ Romani militis dederit. Tradunt Auguſtenſes hanc cædem ibi factam, oſtenduntq; in argumentũ collem ex oſſibus mortuoꝝ compactum,quẽ in vulgari perleich,eo ꝙ legio ibi perierit,vſq; hodie vocant, vicumq; ex nomine Vari appellatum monſtrant.

Qualiter Auguſto in Hiſpania morante, totus oriens ſubiectionẽ vltro obtulerit, Parthusq; pacem poſtulans, ſigna quæ Craſſo ablata erant,remiſerit,totoq; orbe deſcripto, Ianus clauſus ſit.

De humilitate Auguſti. CAPVT V.

INter hæc Auguſto apud Tarraconẽ citerioris Hiſpanię vrbem mórante, legati Indorũ & Scytharũ cũ muneribus pacẽ poſtulantes veniunt.Et ſicut quondã Alexandro in Babylone poſito, ſummi occidentis nationes,ſic & nunc Cæſari a ſummo oriente gentes,ad vltimũ occidentẽ ſupplices,ſubiectionẽq; promittentes,vltro occurrũt. Parthi etiã Oroſius. tranſmiſſis ſignis, quæ occiſo Craſſo Romanis abſtulerant,obſidibusq; datis pacẽ poſtulant.Et ſic toto orbe Romanis ſubiecto,& deſcripto, tertio ab Auguſto Ianus clauditur,ac per.xij.annos clauſus manſit. Ipſe vero Auguſtus, ꝙuis iam totius orbis eſſet dñs,nunq; tamẽ ſerio,vel ioco dominũ paſſus eſt ſe vocari. Vbi profecto ſuperbiæ noſtræ obuiatur, qui hoc ſummopere chriſtiani,& ſacerdotes expoſcimus,quod rationis intuitu etiã gentes declinarunt.

Q; Iudeis ſicut cæteris gentibus, ſub Cyrino cenſus indictus ſit, & de Iuda Galilęo. CAPVT VI.

EO tempore dum Iudeis ſicut cæteris gentibus, cenſus ab Auguſto, Cyrino præſide,indicitur,Iudas Galilęus,qui in Actibus apoſtolorum memoraẽ,fuiſſe inuenitur. De quo in hiſtoria Iudaici belli ſecũda Ioſephus ſic ait. Quo tẽpore vir Galilæus,Iudas noïe,ad diſceſſiſionẽ cogebat,peſſimũ fore eis perſuadens,ſi acquieſcerent ſoluere tributa Romanis,& poſt deum mortalẽ ſuſcipere dominatũ.De Cyrino vero ſic ait. Cyri- Cap.1.li.18
nus vir vnus ex conſenſu curiæ per ſingulos magiſtratus vſq; ad gradũ conſulatus aſcendens,cæterũ quoq; honorabilis,cum paucis in Syriam venit,a Cæſare ius dare gentibus miſſus.

De incarnatione domini, & quomodo ea quæ ſub Auguſto facta ſunt, regno Chriſti conueniant.Inchoatio annalium ab incarnatione domini. CAPVT VII.

HAq; iã ſedatis oĩm ſeditionũ motibus,pace inaudita ſęculis reddita,totoq; mũdo ad Romanoꝝ cenſum deſcripto,anno imperij Cęſaris Auguſti.xlij.anno vero ab vrbe cõdita.Dcc.lij,olympiade.cxciij reuolutis ab Adam,v. milibus.D.annis, regnante in Iudęa Herode filio Antipatris alienigena, iuxta ebdomadas Danielis.lxx.Ieſus Chriſtus filius dei,ſcd̃m carnẽ filius Dauid, ex Maria virgine in Bethleem Iudę naſcitur. Qui vt lux mundi,paxq; vera mõſtraretur, eadẽ qua natus eſt nocte, paſtoribꝰ cũ magna luce,angelus gaudiũ nati prædicãs apparet.Cui multitudo cœleſtis exercitus cõſonans, gloriã in excelſis deo decantat, pacẽq; in terra hominibus Lucę.2. bonæ voluntatis veniſſe denunciat. Et nota, ꝙ ſicut ſupra dixi, Romanorũ, ac Babyloniorũ regna ſimilẽ ortum,progreſſumq; in pluribus habuerũt.Regnãte eñ apud illos primo rege Nino. xlij. regni eius anno,Abraã, ad quẽ primo de Chriſto facta promiſſio,natus eſt.Regnante rurſum primo apud Romanos Cęſare Auguſto,xlij. item regni eius anno,promiſſus Abraæ,cunctiſq; deſyderatus gentibus,naſciẽ Chriſtus.Notandũ præterea,ꝙ Auguſti regnũ, regni Chri

sti,qui eius tẽporibus est natus,in pluribus fuit prænuntiũ. Ille em̃.viij. Idus Ianua.ab oriente rediens,regibusq; sibi subiugatis,ac ciuilibus sedatis motibus,
cũ triplici triũpho in vrbe suscipitur,Augustusq; vocat̃.Iste natus,humiliterq;
Matth.2. in carne latens,similiter eadẽ die.i.viij.Idus Ianua.quã nos epiphaniã dicimus stella duce,ab oriente trinis adoratur muneribus,apparensq; qui ante latuerat,
Augustus,ac rex regum declaratur.Quod quidẽ tunc prefigurabat̃,sed iam cõ
pletũ esse,Christũ scilicet nõ solũ in cœlis regnare,sed & in terris regibus omni
bus imperare, luce clarius cernitur. Vnde pulchre ea qua hoc præfiguratũ esse
Psal.71. dixímus die, in laudẽ eius canit ecclesia. Ecce aduenit dñator dñs, & regnũ in
manu eius,& potestas,& imperiũ.Et in offertorio.Et adorabũt eũ oẽs reges ter
ræ,omnes gentes seruient ei.Per hoc em̃ q; dominator dñs vocat̃,Augusti ei no
men attribuitur.Per hoc vero q; imperiũ,& regnũ in manu eius dicit̃,imperato
ria ei dignitas adscribitur.Per hoc autẽ q; reges eum adorare,omnesq; gẽtes ser
uire asserunt̃,monarchiæ apex.i.singularis sup totũ mundũ principatus,eius es
se decernit̃.Illis diebus largus olei riuulus in transtyberina vrbis regione fluxis
se inuenitur,vt nasciturus in carne,qui super omnes reges oleo læticiæ, & exul
tationis spiritusancto vngendus foret,monstraret̃.De pace vero,& descriptiõe
orbis rationẽ me in prologo reddidisse recolo.vbi & hoc adiiciendũ puto,q; dei
filius in carne veniens,Romanæ ciuitatis ciuis ascribi voluit. Cũ em̃ ciuitas il
la in perfidia posita,p culdubio ciuitas fuerit mundi, quare ei ciuitatis dei prin
ceps & auctor natus ascribi voluit? Nisi q; per hoc ostendebat se adhuc venisse
vt de ciuitate mundi miro,& ineffabili modo faceret ciuitatẽ suam.Et apertius
loquar,inter Iudęos natus gẽtibus ascribit̃, vt p hoc transferendã gratiã ex illo
populo ad gentes,manifeste daret intelligi.Igit̃ nouo homie,qui veterẽ euacua
uit nato,annalibus quoq; a Nino ad vrbem conditã, ac inde vsq; ad id tempus
productis,terminũ demus,ab eiusq; ortu annales nostros ordiamur.

Q̃ crudele piaculum Herodes in coęuos Christi exercuerit, & quem vitæ ob hoc exitum iuxta Iosephum sortitus fuerit, & de Archelao. CAPVT VIII.

ANno ab incarnatiõe domini.iiij.Herodes Iudęor̃ rex, a magis Chri
stum natũ audiens,immanissimũ scelus perpetrauit. Timens em̃ cũ
esset alienigena,de semine Dauid natũ esse puerũ,qui iure hæredita
tis regnũ requireret patris, callide loco, ac tẽpore perscrutato, circa
Bethleem a bimatu,& infra pueros occidi præcepit,nutricio Christi ante p an
gelum præmonito,pueroq; in Aegyptũ translato. Quod scelus dñs aduertens,
diriss̃ima,& indecora eũ morbor̃ clade in extremis flagellauit. Vnde Iosephus
Cap.8. in.xvij. antiquitatũ libro de ipso sic ait. Herodẽ porro amarior indies morbus
vrgebat, supplicia deo cõmissi sceleris expetẽte. Lento nanq; igne extrinsecus
in superficie vrebatur,intrinsecus vero vastum condebat̃ incendium. Auiditas
quoq; inexplebilis semp̃ inerat cibi,nec tamẽ satietas vnq; rabidis incitata fau
cibus,valebat implere ingluuiem. Intestina interius vlceribus tabida putresce
bant.Et post pauca. Sed & verẽda ipsa putredine corrupta scatebãt vermibus,
spiritus quoq; incredibilis,erecta tentigo.Et infra. Dicebat̃ igit̃ ab his,quibus
inerat diuinandi peritia,diuinitus has pœnas ob impietatẽ eius, & multa cru
deliter gesta deposci.Refert etiã,q; vbi desperare salutẽ cœpit, ex singulis vici

atq; castellis nobiles,ac primarios viros ad se vocatos in vincula posuerit,accer
sitaq; ad se sorore sua Salome,atq; eius viro Alexandro,Noui inquit Iudęos de
meo interitu gauisuros, sed potero habere lugẽtes, & exequias honorabiles ex
plangentiũ multitudine,si volueritis vos meis parere præceptis.Statim ergo vt
exhalauero spiritũ,omnes quos in custodia habeo interficite,vt omnis Iudæa,
& omnis domus defleat obitũ meũ.Et nõ multo post cũ vitæ exitũ adesse senti
ret,ad incidendũ malum,petiuit cultrũ. quo accepto, in seipsum ictũ vibrauit.
Prosequit̃ etiã idem scriptor,q; antecq; moreret̃, post duos quos ante necauerat,
tertiũ quoq; filiũ interfecit.Et ita tam maximis doloribus corporis,q; flagitio
sissimis parricidiũ piaculis,infœlicissime vitam finiuit. Quod illi proculdubio
ob sacrilegiũ in Christũ,eiusq; coæuos crudele cõmissum,piaculũ euenisse cre
ditur.Mortuo Herode,Archelaus filius eius successit in regnum.

De fame in vrbe Roma,& aperto Iano, pro Dacorũ, & Atheniensiũ seditione. CAPVT IX.

ANno ab incarnatiõe dñi.vi.maxima fames in vrbe Roma fuit,quæ
intantũ inualuisse dicit̃,vt Lanistarũ familias,& peregrinos,seruos
q̃sq; absq; medicis,& præceptoribus ab vrbe expelli Augustus pre
ceperit. Ea tempestate Augusto iam sene,Iani portæ, quæ ex longo
ocio rubiginẽ cõtraxerant,propter Atheniensiũ, & Dacor̃ seditionẽ aperiunt̃,
nec ante Vespasianũ clausæ fuerũt.Nulla tñ,q̃uis in procinctu miles esset,post
longa tẽpora bella sonuerunt. Quod profecto ob noui regis nouũ ortũ euenisse
credendum est,vt tantæ seditiones,sine bellor̃ cladibus terminarent̃.Hucusq;
Cornelius Tacitus.

De morte Augusti,& regno Tyberij,& triumpho de Germanis per Germanicũ Drusi filium, de adulterio callide a quodam ꝓpetrato, & a Cæsare quomõ vindicatũ sit. CAPVT X

ANno ab incarnatione dñi.xv.Augustus.lviij.imperij sui anno,viuẽ
di finem fecit, eiq; Tyberius priuignus in regnũ successit. Hic mo
deratissime rempu. gubernans, nec ciues intus iniuriauit, nec foris
bellor̃ tẽpestates mouit.Quarto vero imperij anno.i.ab incarnatí
one dñi.xix.Germanicus Drusi filius,Caligulæ pater,de Germanis triumpha
uit. Intantũ autẽ tunc tẽporis humanus fuisse fertur Tyberius, vt dũ augenda
tributa præsides suaderent,respõderit,Boni pastoris esse pecus tondere, nõ de
glubere.His diebus sceleratus quidã Mũdus noie,callidissime quandã matro
nam castã Paulinã decepit.Cũ em̃ sæpe de adulterio eam attẽtaret,nec profice
ret,sacerdotes tẽpli precio cõduxit, vt quẽpiam deor̃ cũ illa cõmiscerí velle de
nuntiaret.Refert marito mulier,marítus laudat.Sicq; in templũ nocte veniens
mulier deum illũ præstolabat̃. Veniens ergo Mundus, voto potitur sub nomie
dei.Post hoc improperat mulieri,quod fecerat.Illa rursum marito refert.Quod
scelus dum Cæsar a marito cõperisset, debita animaduersione templũ quidem
subuertit,sacerdotes in crucẽ egit,iuueui vero tanq; amoris magnitudine decep
to, inani ductus misericordia pepercit, ac vrbe cedere persuasit. Hæc idcirco
ponere volui,vt ostenderẽ Tyberiũ quidẽ mãsuetũ fuisse, sed in iudicijs suis cõ
tra peccantes remissum,quod pene omniũ mansuetor̃ iudicũ est vitium.

De prædicatione & baptismo Ioannis, & post, ipsius domini. De morte Ioannis, testimoniũ de hoc Iosephi, & item testimoniũ eius de domino. CAPVT XI.

ANno ab incarnatione domini. xxx. anno vero Tyberij Cæsaris. xv. cũ iam in Iudæa quattuor principes, quos Græci tetrachas vocant, Archelao mortuo præsiderẽt, Ioannes in deserto baptismũ pœnitentiæ prædicare cœpit. Ad cuius baptismũ dñs quoq; aquas sanctificaturus, baptiçandus venit, & exhinc p̃dicare, & miracula facere cœpit. Elegit ergo principes ciuitatis suæ. xij. quos vocauit apostolos, inter quos pro bono ciuitatis, vnũ cõstituit principẽ Petrũ. Post quos secundi ordinis viros. lxxij. posuit discipulos. Breui post hęc interiecto tempore, maximus ille ciuitatis dei ciMatth.11. uis Ioannes, vtpote cui ipsa veritas testimoniũ dans, Inter natos (inquit) mulierum nõ surrexit maior Ioanne baptista, Herodẽ de incestuoso arguit cõubio.
Matth.14. Ob quã causam ab eo in carcerẽ ponitur, dieq; natalis sui, quod in euãgelio plenius habes, eductus, flagitiose inter epulas necat. Idipsum Iosephus refert, belLi.18.ca.14 lumq; maximũ inde ortum inter Herodẽ, & Aretham regẽ Arabiæ, ignominiã filiæ vindicãtis, in quo Herodis exercitũ extinctũ memorat. Ait ergo Iosephus hoc modo. Quibusdã autẽ Iudęorũ videbat ideo periisse Herodis exercitũ, q̃ in eũ satis iuste vltio diuina cõmota sit, pro vindicta Ioannis, qui vocabat Baptista. Hunc em̃ Herodes occidit, virum valde bonũ, qui præcipiebat Iudęis virtuti operam dare, iustitiã colere, in deum seruare pietatẽ, & per baptismũ in vnũ coire, Tum demũ em̃ baptismũ acceptabilem fore, si nõ solũ ad abluẽda peccata, verũetiã ad castimoniã corporis sumatur, atq; ad animæ iustitiã, purificatiõnẽq; seruetur, omniũq; pariter virtutũ velut signaculũ, & custodia quædã fidelis habeat. Quæ cũ ab eo præcepta huiuscemodi docerent, atq; ad audiendũ eũ perplurima multitudo cõcurreret, veritus Herodes ne forte doctrinæ eius psuasione, populi a suo regno discederent. videbat em̃ q̃ præceptis eius, ac monitis obedire in omnibus parata esset plebs, melius credidit priusq; noui aliquid fieret, præuenire hominẽ nece, q̃ postmodũ turbatis rebus seram pœnitudinẽ gerere. Ex sola hac suspitione Herodis, vinctus in castellũ Macherunta abducitCap.9.li.18 Ioannes, ibiq; obtruncat. Hæc de Ioanne. De saluatore vero sic ait. Fuit hisdem tẽporibus Iesus sapiẽs vir, si tamẽ virũ eum nominare fas est, erat em̃ mirabiliũ operũ effector, & doctor omniũ eorũ hominũ, qui libẽter quę vera sunt audiũt, & multos quidem Iudęorũ, multos etiã ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorũ nostræ gentis virorũ, cũ Pilatus in crucẽ agendum decreuisset, nõ deseruerunt hi qui ab initio eũ dilexerant. Apparuit em̃ eis tertia die iterũ viuus, scd'm q̃ diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodiernũ diem Christianorũ, qui ab ipso sunt nuncupati, & nomen perseuerat, & genus. Hoc iccirco de religione nostra doctissimi viri, sed iudęi testimoniũ ponere volui, vt ostẽderem Iudęos de aduentu Christi nõ ignorare, sed ad damnationis augmẽtum inuidia excęcatos, credere nolle.

De passione dñi, q̃ Tyberius auditis miraculis dñi, de eo Romę decreuerit, & quõ senatũ reclamantẽ sibi tractauerit, & q̃ mala Iudęis fecerit. De passione Stephani, & malis Iudęorũ. CAPVT XII.

ANno ab incarnatione sua. xxxiij. regnante adhuc Tyberio, in Hie- al's. xxxij.
rosolymis vero præsidente Pontio Pilato, dominus ad passionẽ venire dignatus fuit, ac in loco Caluarię extra portã in parasceue a Iudęis gentibus traditus, sexta hora crucifigi, tenebræ ab eadem hora vsq; ad horã qua expirauit nonã, nõ solũ in Iudęa, sed & per totũ mundũ factæ sunt. Et sicut scriptũ est, Impiaq; æternã timuerunt sæcula noctem. Quas tenebras nõ ex eclypsi solis, sed ex miraculo accidisse. xiij. Luna, quæ tunc fuit, etiã ipsis infidelibus probauit. Terremotus quoq; tũc factus, quasdã ciuitates Asiæ diruit, quæ propter hoc etiã a tributo libertati datæ a Tyberio fuerunt. Dixisse tunc ferunt vnum ex philosophis, quẽ Dionysiũ Ariopagitã putant, Deus naturæ patitur. Post resurrectionẽ ergo, & ascensionẽ dñi, Pilatus de cõuersatione miraculisq; eius, passione quoq;, ac resurrectione Tyberio Cæsari scripsit. Quo audito, Tyberius colendũ eum inter deos esse decernẽs, ad senatũ retulit. Senatus autẽ eo q̃ prius ad eos causa delata nõ fuisset, edictum Cęsaris recipere recusauit, quinimmo exterminãdos ab vrbe huius nominis sectatores censuit. Ob quã causam Augustus ex mansuetissimo principe factus est sæuissima bestia, plurimosq; senatorũ, ac nobiliũ perdi præcepit. Sicq; factum est, vt dum regem Christũ recipere nollent, regẽ Cæsarẽ vltorem sustinerent. Nutuq; tamẽ dei id factũ creditur, ne fides Christi ab homine infideli testimoniũ, & a terreno Principe auctoritatẽ accepisse videret. Eodem anno magnus princeps ciuitatis dei Stephanus, ab his qui & dominũ occiderunt, lapidatur. Tyberius Iudęos pśecutores Christi, in prouincias grauioris cœli relegauit, in vrbeq; manentes submouit, & ꝑpetuæ seruituti addixit. Initia doloꝝ hęc. Qualibus em̃ malis, scd'm prophetiã domini, eo q̃ nõ cognouissent tẽpus visitationis suę, postmodũ a Romanis attriti sint, cum ad id tempus ventum fuerit, dicemus.

De morte Tyberij, & subrogatione. C. Caligulæ, quõ Caius Iudęos persecutus fuerit, legationẽq; eorũ per Philonẽ factam spernens, tẽplũ prophanauerit. De fine Pilati, de victoria Cæsaris, & de pluribus abominationibus eius, morteq; ipsius. CAPVT XIII.

ANno ab incarnatione dñi. xxxix. Tyberius. xxiij. imperij sui anno al's. xli.
veneno perijt. Cui. C. Caligula tertio ab Augusto in regnũ successit, Orosius.
vir omniũ ante se sceleratissimus, & qui vere Romanis blasphemãtibus, ac Iudęis persequentibus vltor adhibitus videret. Huius diebus cũ in Alexandria plurimis malis opprimerent Iudęi, Philo Iudęus primus Philo iudę
inter primos philosophorũ, ab eis ad depromendã querimoniã, ad Cæsarẽ mitus, & phũ
titur. Hic est Philo, qui inter multa præclara opera, librũ in quo plurimũ Christianos cõmendat, cõposuit. Librum quoq; sapientię, qui sic incipit, Diligite iustitiã, quia grẽcam redolet eloquentiã, a quibusdã edidisse creditur. In cuius rei argumentũ quędã ibi posita de Christo, nõ ꝑphetarũ, sed historiographorũ more, nõ futura prophetantiũ, sed præterita narrantiũ inuenies. vt est illud. Dixerunt impij, opprimamus virũ iustũ iniuste. Et infra. Promittit se scientiã dei habere, filiũ dei se nominat. Et item. Morte turpissima condemnemus eum. Hunc Philonẽ intantũ fuisse sectatũ Platonẽ, refert Hieronymus, vt in ꝓuerbio apud epła.67.de
Græcos de ipso dicerẽt. Ἢ πλάτων φιλωνίζει, Ἢ φίλων πλατωνίζει. i. aut Philo est Pla viris illust.
tonis, aut Plato Philonis. Cũ ergo ad Cæsarẽ legatione fungerẽt Iudęorũ, non

De morte Pilati.

ſolum ſpernitur ab eo ob illius populi odiũ, ſed & vt templũ prophanet, ipſeq; ibi vt deus colatur, ab Auguſto præcipit. Pilatus quoq; tantis a Cæſare malis atteritur, vt ſuo ſe gladio interfeciſſe dicat. Vide iuſtiſſima, ac occultiſſima dei iudicia de inimicis ſuis, per flagitioſiſſimũ hominẽ ſe vlciſcitur, ipſeq; immobilis manens, cũ labore, ac furore ciuiũ mundi, de hoſtibus triumphat. Sunt etiã nõnulli, qui eum apud Viennam vrbem Gallię, in exiliũ truſum, ac poſt in Rodanum merſum dicant. Vnde hodie naues ibi periclitari ab incolis affirmant.

Oroſius habet Minocynobellinum.

Hiſdem diebus Cæſar Germaniã, Galliamq; percurrens, in Britanniã tendit. Vbi dum Bellinũ Britannorũ regis filiũ in deditionẽ accepiſſet, Romã reuertit. Sed nõ minor eius in ſuos crudelitas, q; in hoſtes fuit. Sorores em ſuas, quas primo ſtupro polluit, poſtmodũ exilio damnauit. His & alijs multis tam flagitioſe, q; crudeliter cõmiſſis ſceleribus, a protectoribꝰ ſuis quarto imperij ſui anno interfit. Inuenti ſunt poſt mortẽ eius duo libelli, quorũ vnus pugio, alius gladius dicebat, in quibus lectiſſimorũ Romanorũ nomina, morti deſtinatorũ, ſcripta fuiſſe dicunt. Arca quoq; varijs venenis plena apud eum inuenta eſt, quæ in mare fuſa plurimos etiã piſciũ interfecerũt. Haud dubiũ quin propter germinantia Chriſtianorũ tẽpora, tam immanẽ tyrannũ ab hac luce dñs ſubtraxerit, qui ſi vixiſſet, quantã ppli ſtragẽ facturus fuerat, ex morte piſciũ intelligi dat.

De Tyberio Claudio, q; fames ſub ipſo in Iudæa fuerit, q; Iacobus occiſus, Petrus inuinculatus eodẽ tempore ſit. De morte Herodis iunioris, & Theoda. CAPVT XIIII.

in acti. apoſtolorũ.

ANno ab incarnatione dñi. xliij. occiſo Caio, Tyberius Claudius. iiij ab Auguſto imperiũ ſuſcepit. Huius diebus famem fuiſſe in Iudęa, quã Agabus ante prædixerat, Lucas refert, addens fratribus ibidẽ manentibus eleemoſynas ex Antiochia, per Paulũ & Barnabã miſſas. Ioſephus quoq; Helenã reginã Adiabenorũ, neceſſitatibus pauperũ hiſdẽ diebus plurima largitam memorat. Adiungit etiã Lucas, q; in illo tẽpore, quod ſine dubio ſub Claudio fuiſſe Euſebius cõfirmat, Herodes Iacobum occiderit, Petrum in vinculis ab angelo liberatũ poſuerit. Hoc ſcelus regis perpetratũ vltio diuina animaduertit, quod Lucas hoc modo proſequit. Cum (inquit) in Cæſaream deſcendiſſet Herodes, & in die ſolenni præclara veſte, & regia indutus, pro tribunali conſediſſet, ac de ſublimi concionaretur ad populũ, cũq; populus acclamaret ei voces dei, & non hominis, ſtatim percuſſit eum angelus domini, eo q; non dederit gloriam deo, & ſcatens vermibus expirauit. A Ioſepho quoq; idem, ſed prolixius dictũ inuenies. Hiſdem diebus fuiſſe Theodam, de quo Lucas Gamalielem inducit loquentẽ hoc modo. Surrexit Theodas quidã, dicens ſe eſſe magnũ quendam, qui deſtructus eſt, & omnes qui ſequebant eum, diſſoluti ſunt. Ioſephus ſimiliter affirmat.

Actuũ. 12.

De diuiſione apoſtolorũ in omnes gentes. De Petro, & Simone mago. De Marco euangeliſta, & diſcipulis Petri ab eo in orbem miſſis. De victoria Claudij, ac ſeditione Iudaici populi. De expulſione eorundem de vrbe, & ſeditione Romani populi, occiſione ſenatorum, & militum. De morte Claudij. CAPVT XV.

CVm igit ciuitas Chriſti, & imperiũ, quod pene in Iudęa tantũ ante natiuitatem eius fuit, dilatandũ in oẽs gentes foret, apoſtoli vtpote principes, & architecti huius ciuitatis, in oẽm terrã verbũ vitę p̃dicaturi exeunt, in fines q; orbis terrę diſpergunt. Hinc Petrus aliorũ princeps, totius orbis dominã ſortit Romã. Paulus, qui alios ſapiẽtia p̃cellebat oim prudentiſſimã, totiusq; philoſophię fontẽ adijt Græciã. Ioannes Aſiã, Andreas Achaiã, Matthæus Aethiopiã, Thomas & Bartholomęus vtraſq; Indias Simõ & Thadęus Aegyptũ & Meſopotamiã, ac ad vltimũ Perſidẽ & Scythiã, Philippus Hierapolim. Iacobus in Iudęa permanens, Hieroſolymorũ rexit eccleſiã. Nã alter Iacobus ab Herode decollatus erat, qui tñ prius (vt dicit) Hiſpanis prædicauerat, vbi & adhuc ſepulchrũ eius clarũ habet. Hi nõ armis, ſed longe efficacius dei verbo orbem aggreſſi, nõ alieno, ſed ꝓprio ſanguine, multo q; Romani clarius, de vniuerſo mundo triũpharunt. Petrus itaq; Romã veniens, Simonẽ hæreſiarchã omniũ in magica arte peritiſſimũ, ac ſpurciſſimũ, vrbem ſubuertentẽ inuenit. Iſte dudũ a Philippo in Samaria baptiçatus, dũ gratiã miraculorũ ab apoſtolis oblata pecunia, peteret, & nõ impetraret, conuerſus retro poſt Sathanã, apoſtatauit, ſecq; ex multis dæmonũ præſtigijs miracula faciẽdo, deũ aſſerere nõ erubuit. Petrus vero in vrbe Romæ, ſalutifera vitæ verba docere cœpit, & quod ore docuit, ſignorũ efficacia cõfirmauit. Exhinc Romę cœperunt eſſe Chriſtiani. His diebus Marcus, qui primus Alexãdrinã rexit eccleſiã, ex ore Petri euangeliũ in Italia latino ſcripſit eloquio. Nã Matthęus ſuũ antea in Iudęa hebraico ſermone ſcripſerat. Reliqui duo, Lucas. ſ. & Ioannes ſua poſtmodũ græca lingua ediderũt. Petrus exhinc cathedrã Romæ ſuſcipiẽs, ciuitatẽ q; dei viuis ex lapidibus verbo, & exẽplo cõſtruere ſtudens, nobiliſſimas orbis vrbes ciuibus Chriſti, ac ſacerdotibus illuſtrauit. Nempe beatũ Apollinarẽ Rauennã, Metis Clementẽ, ad florentiſſimã vero Galliæ vrbem Treuerim, tres ſimul proceres Valeriũ, Euchariũ, ac Maternũ deſtinauit. Qui dum alpes tranſiſſent, Maternus in via moriẽt. quo facto perculſi ſocij Romam reuertunt. Beatus itaq; Petrus apoſtolus paſtoralẽ virgã, vt tradit, p eos ad ſuſcitandũ eum miſit. Qui veniẽtes ad locũ ſepulchri. xxxiij. dies inuenerũt eũ in monumẽto iacentẽ Attamẽ viri dei fide, & operibus bonis pleni, ſub obedientia magiſtri, admota virga, ſociũ a morte ſuſcitauerũt. Qui vt fertur, poſt Euchariũ & Valeriũ p tot annos Treuerenſem & Agrippinenſem rexit eccleſiã, quot dies antea in ſepulchro iacuerat. Oſtendit aũt adhuc eadẽ virga in argumentũ rei quam diximus, Treueri, ac Agrippinæ, ita q; ſuperiorẽ eius partẽ Treuerenſes, inferiorẽ Colonienſes habeant. Ea tẽpeſtate Claudius Britannos, eo q; tranſfugas nõ reddidiſſent, exercitu petit, ac ſine ſanguine vel prælio, mirũ dictu, ferociſſimã gentẽ in deditionẽ accepit. Orcadas etiã in vltimo poſitas oceano inſulas, imperio adiecit, ſextoq; menſe ex quo p̃ficiſci cœperat, in vrbẽ redijt. Anno imperij eius. vij. tanta ſeditio in feſtiuitate Paſchæ Hieroſolymis orta eſt, vt de his qui cõſtipatione populi in foribus tẽpli opprimerent. xxx. M. Iudęorũ inuẽta ſint. Anno imperij eius. ix. Iudęos vrbe trudi præcepit, quod nõ ſolũ Ioſephus, ſed & Sueto-nius refert. Claudius (inquit) Iudęos impulſore Chriſto, aſſidue tumultuantes Roma expulit. Sequenti anno tanta fames in vrbe fuit, vt imperator in medio foro ignominioſe fragmentis panum proiectis, in palatiũ fugiens, cõcitatæ plebis furorẽ euaſerit. Non multo poſt elapſo tẽpore. xxxv. ſenatores, &. ccc. equi-

Marcꝰ euãgelium ſcripſit.

Claudius.

Ioſephus li. 20. ca. 10.

Oroſius.

tes paruis de cauſis interfecit, ipſe vero. xiiij. imperij ſui anno veneno interijt.

De flagitioſa vita Neronis, & perſecutiõe in noſtros. De Aegyptio falſo ꝓpheta. De morte Iacobi apl'i, ſcriptiſq; apl'oꝝ. CAPVT XVI.

ANno ab incarnatione dñi. lvij. Nero quintus ab Auguſto, imperiũ ſuſcepit, vir omniũ flagitioſiſſimus, vtpote qui. C. Caligulã aurũculum ſuũ nequitia tranſcenderet. Tantę quippe petulantię fuit, vt aſſumpto varij veſtitus dedecore, tam Græciæ, q̃ Italiæ vrbes, & theatra pluſtraret, ipſoſq; hiſtriones ineptijs ſuis vinceret. Luxuriæ vero tam effrenatę, vt rętibus aureis piſcatus fuiſſe, in comitatu q̃q; nunq̃ minus q̃ mille carrucas habuiſſe dicat. Hic etiã ex nimia laſciuia vrbẽ incendi p̃cepit. Quę dũ ſex dies, ſeptẽq; noctes iugiter arderet, ipſe ĩ altiſſima Mecenatiana turre ſtans, pulchritudine flãmæ delectatus, Iliadã tragico decantabat habitu. De libidinibus eius dicere abhorreo, quippe qui nec matre, nec ſorore abſtinẽs, cõtra naturam q̃q; peccare nõ abhorruit. Quid eo ſceleratius, qui magiſtro ſuo Senecæ a morte nõ pepercit? Hic em̃ vita & ſciẽtia clarus, philoſophiæ ſtudiũ coluit, frequentesq; ad Paulũ apoſtolũ literas mittẽs, & ab eo reſcripta ſuſcipiẽs, chriſtianæ religionis amicũ ſe oſtendit. Vnde & a Hieronymo in libro illuſtriũ virorꝝ, inter ciues noſtros ponit. Præterea pluribus occiſis ſenatoribus, in matrẽ, in fratres, ſorores, ac vxores parricida, & inceſtuoſus extitit. Auaritię vero tam inexplebilis erat, vt poſt innumerabilẽ pecuniæ theſaurũ, quẽ negociatoribus vi rapuerat, centies centena milia ſextertiorꝝ ſingulis annis a ſenatu ſibi dari inſtituerit.

Seneca interficitur.

Prima perſecutio chriſtianorꝝ.

His flagitioſiſſimis factis impietatẽ in deum adiecit. Primus em̃ pſecutionẽ in chriſtianos mouit, quod nõ ſine cõſilio dei factũ credimus, vt videlicet ciuitas ſua talẽ hoſtẽ primo haberet, quẽ ob flagitiorꝝ ſuorũ ſcelera, ciuitas etiã mundi abhorreret, cui nihil prẽter honeſtatẽ inhoneſtũ videbat. Anno imperij eius primo, poſt Marcũ euangeliſtã Anianus ſacerdotiũ ſumpſit Alexãdriæ. Per idem tẽpus grauiter Iudęos afflixit Aegyptius quidã falſus ꝓpheta, qui in breui magica arte fidẽ ꝓphetæ fecerat, adeo vt collectis ſibi. xxx. milibus virorꝝ, montẽ oliueti occupaſſet, paratus inde vrbem irruere, & tyrãnidi ſuæ ſubiugare. Felix autẽ cõgreſſione cũ ipſo facta, eum in fugã vertit, alijſq; peremptis, ſiue captis, cœpta facile reſtinxit. Vnde in Actibus apl'oꝝ Felix ad Paulũ dicit. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies cõcitaueras populũ? Poſt Felicẽ Feſtus Iudæis a Nerone præponit, apud quẽ dũ Pauli cauſa ventilat, Iudęis inſiſtẽtibus, Paulus Cæſarẽ appellans, vt Actus apl'oꝝ referũt, Romã vinctus mittit, ac eo veniens verbũ vitæ inceſſanter p̃dicauit. Hucuſq; Lucas libru Actuũ apl'oꝝ ꝓduxit Iudęi poſtq̃ fruſtratas inſidias, quas Paulo intẽderant, vident, in Iacobũ fratrẽ dñi, qui dicebat iuſtus, Hieroſolymorꝝ ep̃m, ĩmanitatẽ nequitiæ ſuæ vertunt, eũq; fidẽ Chriſti abnegare expetunt. Statuũt itaq; eũ ſcribę, & phariſei ſup pinnam tẽpli, & voce magna clamantes ad eũ dicunt. Virorꝝ iuſtiſſime, cui oẽs obtemperare debemus, q̃m populus errat poſt Ieſum, qui crucifixus eſt, enũcia nobis quod ſit oſtiũ Ieſu. At ille dũ libera voce, intrepidaq; mente Chriſtũ cõfitẽt ſedere in cœlo a dextris ſummæ virtutis dei, de pinna tẽpli pręcipitat, illęſusq; manens, fullonis vecte (aut pertica) percuſſus, martyrio cõſummat. Is tantę ſanctitatis, ac iuſtitiæ fuiſſe ab ipſis quoq; Iudęis credebatur, vt ob eius necẽ Ioſephus ciuitatẽ a Romanis poſtmodũ deſtructã eſſe velit. Hic ciuitatẽ dei nõ ſolum factis informauit, ſed & vnã de. vij. epiſtolis, quæ canonicæ dicunt, vtilem valde, & ſale ſapientiæ conditã ſcripſit epiſtolã. Alioꝝ em̃ apl'oꝝ ſcripta, præter Petri & Pauli, Ioannis & Iudæ epiſtolas, Ioannis q̃q; & Matthæi euãgelia, in canone nõ habentur. Iacobo ſucceſſit Cleophæ filius, qui in euãgelio memoratur Simon, quẽ conſobrinũ dñi iuxta carnẽ fuiſſe Egeſippus memorat.

Actuũ. 21.

Actuũ vlti.

Euodius.

Nota de Nerone.

2. ad Theſſalo. 2.

De paſſione Petri & Pauli, & imminutione Romani imperij, & morte Neronis. CAPVT XVII.

IGitur dum Nero chriſtianos perſequẽ do, ciuitatẽ dei deſtruere molitur, beatiſſimos apl'oꝝ principes Petrũ, & Paulũ, Petrum in cruce pedibus ſurſum verſis, Paulũ gladio plecti præcipiens, vtroſq; beato coronauit martyrio. Quod ſequenti anno vrbs miſera ſenſit, nam intantũ peſtilentia eam inuaſit, vt. xxx. milia funerũ ſupputarent. Sub eadẽ pſecutione occidunt Proceſſus & Martinianus, alijq; plurimi. Petro Romę ſucceſſit Linus, Antiochiæ Enodius. Hiſdem diebus cũ maxima ciuiũ, ac ſociorꝝ clade, duo oppida in Britannia capiunt. Eodẽ tẽpore Romani milites, pluribus in oriente amiſſis prouincijs, ſub iugũ Parthorꝝ ignominioſe venerũt. Tres ciuitates in Aſia. i. Laodicia, Hierapolis, Coloſa terremotu cõciderũt. Et nota, q̃ apoſtolis in vrbe martyrio coronatis, ſæcularis illius vrbis dignitas minui cœpit. Nero vt audiuit in Hiſpania Galbam ab exercitu imperatorẽ factũ, animo cõcidens, cũ perturbare rẽpu. molitur, a ſenatu hoſtis ꝓnunciat. Videns itaq; malicią ſuã ad effectũ ſe ꝓducere nõ poſſe, fugiens ad quartũ ab vrbe lapidẽ. xiiij. imperij ſui anno ſe interfecit, in ipſoq; familia Cæſarũ defecit. Nõ defuerunt tñ qui dicerent hoc quod in Apoſtolo legit, Et nunc quid detineat ſcitis, vt reuelętur in ſuo tẽpore. Et illud, Qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat. de Nerone, ſub quo Paulus ſcripſit, dictũ fuiſſe, arbitrantẽq; Neronẽ nõ mortuũ, ſed humanis rebus viuũ ſubtractum, vſq; ad vltimũ tempus, in ea qua tunc fuit ætate apparitурũ, ipſumq; fore antichriſtum. Sed iam ad hiſtoriæ ſeriem reuertamur.

De ciuilibus malis in vrbe, & captiuitate Ioſephi, imperioq; Veſpaſiani. CAPVT XVIII.

GAlba ſextus ab Auguſto, morte Neronis cõperta, Romã venit. Vbi dũ nobilẽ quendã Piſonẽ ſibi in filiũ adoptaret, ab Ottone vterq; vij. imperij ſui mẽſe necatur. Itaq; dũ Romæ Otto vſurpat imperiũ, Vitellius in Germania idẽ arripere conatur. Veſpaſianus in Syria, qui cõtra Iudęos a Nerone miſſus, multis eos malis attriuerat, Ioſephũq; fortiſſimũ, ac prudẽtiſſimũ ſacerdotẽ eorꝝ, in vinculis tenebat, ab exercitu, Neronis audita morte, imperator creatur. Quod nimirũ malũ ciuile, & nobiliſſimi imperij diſtractionẽ, ob piaculum in apl'oꝝ principes cõmiſſum Roma meruit. Ioſephus iſte Matathiæ filius, tantæ nõ ſolũ inter Iudęos, verũetiã apud Romanos poſtmodũ auctoritatis fuit, vt ſtatua ei in vrbe donata, libri quoq; eius bibliothecę traderent. Extant eius opera in. xx. libris antiquitatũ, hiſtoria de Iudęorꝝ cũ Romanis bello libri. vij. Liber q̃q; Machabæorꝝ ſecũdus ab eodẽ eſſe cõpoſitus a quibuſdã dicitur. Alia vero eius etiã opera pręclara Euſebius ponit. Otto cõtra Vitellium bellum parat. Vbi dũ primo circa alpes, ſecũdo iuxta Placentiã, tertio iuxta locũ qui Caſtoris dicit, victor extitiſſet, quarto cũ ſuos apud Bebry

Ioſephi dignitas.

acum vinci videret, tertio exquo imperare cœperat mẽse, seipsum interfecit. Vitellius Romã veniens, regnũ vsurpat. multisq; ibi crudeliter, ac nequiter actis, vt audiuit de Vespasiano, primo quidẽ imperiũ deponere cogitat, sed post a sociis confortatus, Sabinũ Vespasiani fratrẽ in Capitoltũ cum suis fugauit, ibiq; omnes flamma, ac ruina in vnũ tumulũ dedit. Vespasianus ergo qui post mortem Neronis, hortatu principũ, & præcipue Iosephi, qui cũ in vinculis poneret cõstantissime se ab eodẽ, sed imperatore, soluendũ dixerat, imperiũ susscepit, relictoq; ad obsidionẽ Hierosolymorũ filio suo Tito, per Alexandriã Romã tendit Porro inter hæc Vitellius a suis capitur, turpiterq; tam per viam sacrã, q̃ p forũ ductus, vnco trahitur, & in Tyberim mersus, cõmuni quoq; caruit sepultura. Aduersus senatũ etiã interea a militibus eius multa crudeliter peracta fuerant. Cognita morte Vitellij, Vespasianus Alexandriæ substitit.

De excidio Hierosolymorũ, & captiuitate Iudaici populi, auctoritates de hoc Iosephi, q̃ Titus & Vespasianus ob hoc imperatores dicti Romæ cũ triumpho susceptí sint. De Iano clauso, & incremento Romani imperij. De terremotu, & pestilẽtia. De morte vtrorũq;, & amphitheatro. CAPVT XIX.

IGitur dum Iudęi post. xl. a passione dñi annos, quos in spatiũ pœnitentiæ acceperant, de cõmisso in saluatorẽ scelere pœnitere nollent, immo in Stephano, & in duobus Iacobis occisis, peccatũ peccato apposuissent, vltio diuina, quæ a dño eis prædicta fuerat, iam in populum impiũ exardescere debuit. Præmonitis autẽ diuino responso ciuibus Christi, vt de vrbe sacrilega, populoq; impijssimo, tanq̃ Loth de Sodomis, transIordanem in oppidũ Pella noĩe, transirent, vrbs infidelis a Tito obsidione in ipsa paschali festiuitate, cunctis vndecũq; populis ad festũ confluentibus, cingitur. tandemq; cũ multo Romanorũ sanguine expugnat. Verũ a templo, quod sacerdotũ, ac principũ multitudo tuebatur, Titus arcetur. Quod dũ magno labore suorũ caperet, tanq̃ ecclesia dei germinante abolitũ, cũ ipsa vrbe funditus deleuit, ac iuxta prophetiã domini, lapidẽ super lapidẽ ibi nõ reliquit, transactis a prima cõditione sui. M. c. annis. Sexcenta tunc milia Iudęorũ interfecta fuisse, referunt Cornelius, & Suetonius. Verũ qui miserrimũ omniũ Iudęorũ exitium ad plenũ scire desyderat, ipsorũ historiographũ Iosephum legat. qui in ipsa paschali festiuitate, tanq̃ vno carcere cõclusos, tricies centena milia hominũ in vrbe fuisse cõmemorat. Ex quibus tam fame, q̃ ferro, & igne, vndecies cẽtena milia, exceptis illis qui in vrbibus, aut castellis alijs perierãt, in hac tantũ perijsse idem scriptor narrat. Ait ergo inter cætera. Arbitror emi, q̃ etiã si aduersus impios ciues, Romanorũ paulisper arma cessassent, aut hiatu terrę, aut aquæ diluuio aut Sodomitanis ignibus, aut fulminibus cœlitus tortis, supplicium ciuitas deprehendisset, quæ multo infaustiorẽ illis qui hæc perpessi sunt, & nequiorẽ virorũ præsentẽ hanc pertulisset ætatem, pro quibus & omnis gens pariter meretur extingui. Reliqui Iudæorũ, qui vsq; ad. Dcccc. M. fuisse dicuntur, per totũ orbem vsq; in præsentẽ diem dispersi sunt. Titus post tam magnificum triumphum, imperator ab exercitu appellatur. Vespasianus dehinc cũ Tito filio vrbem ingreditur, vbi cũ maximo tripudio, inauditoq; triumpho, vno curru cũ filio sedens, actis ante se captis, & bibliotheca Iudęorũ susscipit. Iusto id iudicio

dei factum creditur, vt qui in patrẽ & filiũ peccauerũt deum, ab hominibus patre & filio plecterent. Itaq; imperatores omnibus bellorũ motibus sedatis, sexto Iani ab vrbe condita portas clauserunt. His diebus Romanorũ respu. plurimũ est aucta. Achaia emi, Lycia, Rhodus, Byzantiũ, Samothracia, Cilicia, Comagena in prouincias redactæ, Romanis legibus, ac iudicijs paruere. Nono imperij eorũ anno ciuitates Cypri terremotu corruerunt, vrbsq; pestilentia cõsumit. Eodem, vel iuxta alios. x. anno Vespasianus profluuio vẽtris, in villa propria iuxta Sabinos moritur. Cuius filius Titus, segregatis a numero principũ Otthone & Vitellio, octauus ab Augusto succedit, vir omniũ ante se principũ moderatissimus, intantũ vt delitiæ hominũ vocarent. Diem emi in qua nil boni fecisset perdidisse se dicere solebat. Huius diebus bella nõ fuere, Roma vero in pluribus sui partibus per se conflagrauit incendio. Is amphitheatrum Romæ ædificans, quinq; milibus ferarũ dedicauit. Anno imperij. ij. cũ omniũ planctu, in eadem qua & pater villa moritur. Eodem anno Linũ. xij. annis in sacerdotio trãsactis, vrbis Romæ episcopatũ tradidisse Anacleto refert Eusebius. Vespasianus moritur. Titus obtinuit

De persecutione Domitiani in suos, & nostros. De Clemente successore Petri, q̃ tunc Domitianus Ioannem apostolum in exilium miserit. CAPVT XX.

ANno ab incarnatione dñi. lxxxij. Domitianus Tito fratri nonus ab Augusto successit, qui nõ solum crudeliter in suos, quosdã interficiendo, quosdam in exiliũ mittendo, sæuire cœpit, sed etiã plurimũ ei reip. damnũ exercitum incaute Germanis, & Dacis exponendo, intulit. Hic etiã in tantã prorupit vesaniã, vt se deum, & dominũ appellari, ac coli fecerit. Secundus quoq; post Neronẽ persecutionẽ in christianos mouit. Anno imperij eius quarto Annianus, qui. xxij. annis Alexandriæ ecclesiã dei rexerat, moritur, cui successit Abilius. Anacletus quoq;, qui iuxta Eusebiũ in vrbe Roma. xij. annis sacerdotio functus erat, vita decedit, sedemq; Clementi reliquit. Alij vero hunc Cletũ dicunt, & Anacletũ post Clementem ponunt. Hic est Clemens, cuius tanq̃ coadiutoris sui Paulus meminit, vbi ait. Cũ Clemente, & cæteris adiutoribus meis. Hic est magnus ciuitatis dei princeps, sapientia p̃ditus, intantũ vt a Iudæis, & gentibus diligeret tractabilis, non solũ verbis, & factis ecclesiã dei informauit, verũetiã monimenta librorũ ciuitati dei profutura reliquit. Extant eius inter cætera opera, quã ex persona Romanę ecclesiæ dictauit, ad Corinthios epistola. quæ intantũ ei quã ad Hebræos Paulus conscripsit, cõsimilis esse cernit, vt propter hoc illa quã nominaui epistola, nõ Pauli, sed sua a pluribus putetur. Huic Clementi Petrus sibi a dño traditã ligandi, ac soluendi potestatẽ tradidit, eumq; sacerdotio sibi subrogauit. Quare vero inter eũ & Petrũ duo medij inueniant, ab alijs satis dictu manifestũ esse putamus. Domitianus dũ ciuitatẽ dei persequi intentat, Ioannẽ apostolũ, cæteris martyrio coronatis, solũ ex apostolis superstitẽ, in Pathmos insulam relegari præcepit, vbi Apocalypsim diuina reuelatione cõposuit. Ex Dauid quoq; stirpe genitos exquiri præcepit. Quos dum ascitos pauperes cognouisset, requisitosq; de regno Christi, dum illud cœleste, nõ terrenũ audisset, liberos abire permisit. Sed & persecutionẽ, quã aduersus ecclesias agitari iusserat, datis rursum cõpescit edictis. Ipse vero. xv. imperij sui anno in palatio necatus, dedecorose sepelit. Cui in regnum

Secũda pse cutio christianorũ.

Clemens. Ad Phil. 4

ſucceſſit Nerua, anno ab incarnatione dñi. xcix. Hic reuocari exules præcepit, vnde & Ioannes a Pathmos ad Epheſum redire permiſſus eſt.

De Traiano, victorijſq; eius, ac perſecutione in noſtros. De domo aurea Neronis, & ſeditione Romanoꝝ. De ſacerdotibus Chriſti, qui eo tẽpore erant. De obitu Ioannis apoſtoli, & hæreſibus quæ tunc pullulabant. CAPVT XXI.

ANno ab incarnatione dñi. cx. imperij ſui primo, Nerua moritur, regnauitq; pro eo Traianus. xi. ab Auguſto, quẽ ipſe viuens in filium & hæredẽ regni adoptauerat. Hic apud vrbẽ Galliæ Agrippinã, regni gubernacula ſuſcepit, tranſitoq; Rheno, Germaniã in priſtinũ ſtatũ reduxit, ac multas trans Danubiũ gentes ſubegit. In oriente quoq; regiones trans Eufraten, ac Babylonẽ ſubiugauit. Hinc eſt illud exemplũ. Traiano bellante victi ſunt Parthi. Is tertius a Nerone chriſtianos perſecutus, relatu, ac monitu Plinij iudicis mitior eſt factus. Huius dieb⁹ domus aurea Neronis, fulmine concremat. Iudæi etiã tunc multis ſeditionibus turbauerũt orientẽ. Eo tẽpore apud Antiochiã poſt Enodiũ terti⁹ poſt Petrũ, regebat eccleſiã Ignatius, Romę Euariſtus, qui Clementi. ix. annis regenti eccleſiã, ſucceſſerat. Hieroſolymis poſt Symeonẽ iuſtus Smyrneoꝝ cathedrã Policarpus, Hierapolim Papias ambo Ioannis diſcipuli gubernabãt. Quoꝝ Papias qnq; libros, qui appellantur verboꝝ dñicoꝝ, ſcripſiſſe dicit, Ioãnes poſt multa virtutũ ſuarũ inſignia, apud Epheſum ſolus ex apoſtolis ſine effuſione ſanguinis, in pace migrauit ad deũ. Ea tẽpeſtate Menander poſt Symeonẽ ſurrexit hęreticus. Cherinti hæreſis, qui terrenũ futurũ eſſe Chriſti regnũ, & eorũ quę ſub ventre ſunt incitamẽta, cibis, potibus, nuptijs prædicabat explenda, pullulabat. Fuerũt etiã Hebiones. i. pauperes, pro paupertate intelligẽtiæ vocati, Chriſtũ ſolũ hominẽ putantes. Sed & Nicolaitarũ hæreſis tunc efferbuit, qui ſine vlla reuerẽtia, & pudore pmiſcuos, & illicitos cõcubitus licere affirmabãt. Iſti Nicolaũ vnũ de. vij. illis qui cũ Stephano diacono ſunt cõſtituti, auctorẽ ſe huius rei habere iactant, eo q̃ vxorem ſuã, quã pulchram valde habuit, in mediũ produxerit. Excuſat vero hunc Clemens Alexandrinus, dicens inter cætera. Mihi compertũ eſt Nicolaum nullam prorſus agnouiſſe mulierẽ, prẽter eam quã in matrimoniũ acceperat, eiuſq; liberi caſta virginitate, & ſanctitate incorrupti corporis, vſq; ad vltimã ſenectutem durarũt. Quæ cũ ita ſe habeant, cõſtat illud, q̃ in mediũ apoſtoloꝝ pro zelotypiæ ſuſpitione produxerit vxorẽ, ex cõtemptu vitij, vel libidinis geſtũ, q̃ p hoc continentẽ ſe oſtẽderet eius rei, quã nimie putabat expetere. Increpabat em̃ ab apoſtolis, q̃ nimis tenere illã diligeret. Sic Clemens. xij. Traiani anno, poſt Cerdonem primus, qnartus ab apoſtolis Alexãdrinã, Romanã vero poſt Euariſtũ Alexãder gubernauit eccleſiã. Poſt Ignatiũ Heros Antiocenę p̃ſidebat eccl'iæ.

Perſecutio tertia chriſtianoꝝ.

De manſuetudine, & operibus Adriani Aelij, ſacerdotibusq;, qui tunc clari habebantur. CAPVT XXII.

ANno ab incarnatione dñi. cxviij. Traianus. xix. imperij ſui anno, p̃fluuio ventris apud Seleuciã Iſauriæ, vt dicit, vrbẽ moritur. eiq; cõſobrinę ſuę filius. xij. ab Auguſto in regnũ ſucceſſit Adrianus Aelius. Hic a Quadrato apoſtoloꝝ diſcipulo, & Ariſtide Athenienſi viro,

& fide, & ſapientia pleno cõmonitus, pręcepit ne ſine obiectu criminis chriſtiani punirentur. Is etiã remp. iuſtiſſime gubernans, pater patriæ appellatus eſt, & vxor eius Auguſta. Idem Sauromatas bello preſſit, Iudęos tumultuantes, ac in Paleſtinã redire conantes, coercuit, præcipiens vt vltra licentiã introeundi Hieruſalẽ nõ haberẽt, chriſtianos vero ibi habitare pmiſit. Anno imperij eius. iiij. Alexander Romanæ vrbis pontifex decedit, eiq; Sixtus ſucceſſit. Alexandriæ quoq; primo mortuo ſubrogat Iuſtus. Sane Hieroſolymoꝝ ciuitas, expulſis ab Aelio Adriano Iudęis, plurimũ ab imperatore reparata, ex nomĩe eius Aelia dicta, a gentibus inhabitabat. Poſt. xv. ergo ſacerdotes, quos ciuitas dei ex circũciſionis pariete a Iacobo apoſtolo, vſq; ad id tẽpus habuit, iã ex alio pariete credentiũ pontifices habere cœpit, quoꝝ primus Marcus fuit. Sixto iã mortuo, ac Theleſphoro Romanã eccleſiã gubernãte, poſt Iuſtum quoq; Eumene Alexandrinam eccleſiam regente.

De hæreſibus, & ciuibus Chriſti illis reſiſtentibus, & exemplar epiſtolę Adriani pro Chriſtianis. CAPVT XXXIII.

NEgitur dum ciuitas dei, quæ eſt eccleſia, longe, lateq; per orbẽ terræ diffunderet, antiquus hoſtis ſubtilius eam perſequi molitur, & qui prius eam exterius perſecutionibus oppugnauerat, nunc inteſtino bello, hoc eſt hæreticoꝝ veneno, callide inficere attentat. Poſt Menandrũ ergo duo flagitioſiſſimi, Saturninus Antiocenus, & Baſilides Alexandrinus, ſurrexerũt hæretici. Quoꝝ Baſilides ſectatores ſuos ad morẽ Pythagoricũ, quinquennio ſilere, fideq; Chriſti perſecutionis tẽpore negandã aſſeruit. Carpocraten q̃q; hæreticũ tunc fuiſſe Hyreneus ſcribit. Porro ciuitas Chriſti ſupra firmã Petrã fundata, nec foris tẽpeſtatibus, nec intus ſeditionibus quaſſari valens, nõ ſolũ ſacerdotes, qui eam verbo, & exẽplo informarent, præclaros habuit, ſed & ſumma ſapiẽtia prędĩtis viris illuſtribus, qui eam nõ ſolũ dictis, ſed ſcriptis a prauoꝝ impugnationib⁹ defenderẽt, nõ caruit. Inter quos Egeſippus clariſſimus habebat, qui apoſtolicæ prędicationis traditionẽ, ſimplici ſermone quinq; libris cõſcripſit. Sed & hiſtoriã iudaici belli a Machabæis, vſq; ad excidiũ Hieroſolymoꝝ, luculenter, ac prudẽter cõtexuit. Iuſtinus etiã tam noſtra, q̃ philoſophoꝝ ſciẽtia plenus, ad Antoniũ apologeticũ p̃ noſtra religione ſcribẽs horũ meminit. Scribit etiã de Adriano Cæſare, q̃ p̃ chriſtianis hmõi literas miſerit. Accepi literas ad me ſcriptas a deceſſore tuo Sereno Granio, clariſſimo viro, & nõ placet mihi relationẽ ſilentio prætẽrire, ne etiã noxij perturbent, & calumniatoribus latrocinandi tribuat occaſio. Itaq; ſi euidẽter prouinciales huic petitioni ſuę adeſſe valent, aduerſum chriſtianos, vt pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi nõ prohibeo. precibus autẽ in hoc ſolis, & acclamationibus vti eis nõ permitto. Etenim multo æquius eſt, ſi quis volet accuſare te cognoſcere de obiectis. Si quis ergo accuſat, & probat aduerſus leges quicq; agere memoratos homines, pro merito peccatoꝝ etiã ſupplicia ſtatues. Illud mehercule magnopere curabis, vt ſi quis calumniæ gratia quenq; horꝝ poſtulauerit reum, in hunc pro ſui nequitia ſupplicijs ſæuioribus vindices.

De principatu Antonini, cognomento Pij, hæreſibusq; ſub eo ortis. De ſacerdotibus, & doctoribus Chriſti contra hæreſes. Epiſtola etiã imperatoris pro noſtris. CAPVT XXIIII.

ANno ab incarnatiõe dñi.cxxxix.Adrianus.xxi.principatus sui anno diem obijt. Cui Antoninus cognomento Pius.xiij. ab Augusto in regnum successit,qui adeo tranquille remp.gubernauit,vt pater patriæ ex hoc appellatus sit.Huio diebus Hermes librũ pastoris cõscripsit. Anno imperij eius primo, Thelesphorus.xi. annis sacerdotio functus, vita decedit,cui Higinus substituit.Huius diebus Valentinus,& Cerdon,quẽ postea Martion secutus est,hereſiarchæ fuere.Cerdonis dogma fuit, ꝙ is qui in lege,& in prophetis prędicatus est deus, nõ esset ipse pater dñi nostri Iesu Christi,quia ille quidẽ notus esset,hic autẽ ignotus,ille iustus,hic autẽ bonus. Eo tẽpore Iustinus philosophus,cuius supra mentionẽ fecimus, de Neapoli Palestina nobili prosapia oriundus,inter cætera præclara opera,Apologeticũ imperatori de fide nostra scripsit,eumq; benignũ christianis fecit. Vnde pro his qui in Asia patiebant iniuriã,tale scriptũ promulgauit. Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus Augustus Armenicus,pontifex maximus,tribunitię potestatis quindecies,consul tertio,vniuersis simul plebibus Asię salutẽ. Ego quidem nõ ambigo etiã ipsis dijs curæ esse,ne quis noxius lateat, multo eñ magis ipsis cõuenit punire eos,qui sibi immolare nolunt,q; nobis.Et post pauca.Vos autẽ cæteros quidẽ deos negligitis,cultũ vero immortalis dei, quẽ christiani colunt expellitis.Sed paternã ego secutus sententiã,pari moderatione statuo,ꝙ si quis persistit huiuscemodi hominib⁹ absq; vllo crimine mouere negocia, ille quidẽ qui delatus pro hoc noie fuerit,absoluat, etiã si perhibeat id esse, quod ei obijcit christianus.Is autẽ qui crimen obtendit, reus pœnæ ipsius quã obiecit existat. Higino successit Pius. Post Neumenẽ Alexandriæ Marcus sedit. Pius Aniceto sedem reliquit.Marcus Celadionem sibi substituit.Aniceti diebus refert se Egesippus,quẽ supra noïaui,Romã venisse,& vsq; ad Eleutherij tẽpora ibi fuisse.

De imperio Antonini Veri,cum Aurelio Cõmodo,bellisq; eorũ. De ciuibus nostris,grauiq; persecutione,& quõ per christianos imperator Germanos deuicerit. CAPVT XXV.

ANtoninus ad.xij.ab vrbe lapidẽ.xxij.imperij sui anno diem vltimũ clausit. Post quẽ.xiiij.ab Augusto.M. Antonin⁹ Verus,cũ Aurelio Cõmodo fratre,regni gubernacula suscepit,anno dñi.clxij. Hi Vologesum Parthorũ regẽ, Armeniã,Cappadociã,Syriamq; vastantẽ, graui bello presserunt. Horũ diebus cũ multi ciues Christi vbiq; terrarũ ꝓ fide fortiter dimicarent,Policarpus Smyrneorũ episcopus,& apostolorũ discipulus glorioſissimo pro dño martyrio coronat̃.Fertur de ipso,ꝙ ad exemplũ magistri sui Ioannis, qui apud Ephesum cũ balneas lauandi gratia intrasset, & vidisset ibi Therintũ,exilijt,Fugiamus inquiẽs,ne balnea ipsa corruãt,in quibus Therintus lauat,veritatis inimicus. Sic inquã Policarpus Martioni occurrẽs, interrogatusq; ab ipso si eũ agnosceret,respõdit.Agnosco primogenitũ sathanæ.Cũ Policarpo plurib⁹ martyrio coronatis,Metrodorus quidã de Martionis hæresi presbyter,ignibus est traditus.His diebus Aniceto Romę successit Sother,Alexandriæ vero Celadion Agrippinus substitutus erat. Antiochiæ post Hieronẽ Cornelio substituto,eodẽq; defuncto,sextus ab apostolis Theophilus sedebat. Hic ciuitatẽ dei nõ solũ factis,sed & scriptis informans, vtilia librorũ monimẽta reliquit. Per idem tẽpus præclari ciuitatis dei principes fuere,Dionysius Corinthiorũ,Melito Sardensiũ,Apollinaris Hieropolitanorũ episcopi.Ex quibus Dionysius multis ecclesiæ scripturis vtilibus relictis,de Dionysio q̃q; Ariopagita refert, ꝙ Atheniẽsiũ episcopus a Paulo fuerit ordinatus. Reliqui vero duo inter alia scripturarũ suarũ insignia, apologeticũ de fide nostra imperatori scripserunt librũ. Antonini,qui quartus a Nerone psecutionẽ in christianos mouit xvij.anno,Sothere mortuo,Eleutherius successit.Ea tẽpestate grauissima apud Gallias psecutio, Christi ciuitatẽ vrgebat. Feruebat hoc malũ potissimũ apud nobilissimas Galliarũ vrbes,Lugdunũ, & Viennã. Verũ multis hac tẽpestate martyrio coronatis, Photinus q̃q; Lugdunensiũ eps, senio,ac moribus grauis, glorioſa ꝑ dño passione cõsummat̃. Cui successit Hyreneus,Policarpi discipulus,quorũ supra mentionẽ feci,vtilis admodũ ciuitati dei nõ solũ prædicatione sed & scripturarũ executione. Extant de his tẽporibus epistolæ a Galliarũ martyribus christianis in Asiã missæ,quas in historia Eusebij,quã ecclesiasticã vocant, inuenire poteris. Eo tẽpore apud castrũ Diuionense Benignus Policarpi discipulus,in Gallias missus, martyrio coronat̃.Grauissimæ pestilẽtiæ in plurimis Romanorũ tũc fuere prouincijs. Hisdẽ etiã diebus dũ imperator cõtra Germanorũ fortissimã gentẽ,manũ cõserere parat,exercitu plurimũ siti fatigato,ac tãm ex hostiũ multitudine, q̃ fortitudine pauore perculso, christianorũ qui in procinctu erant precibus,& Romanis ad subsidiũ, subito largus imber profunditur,& barbari qui iam exitialiter imminebant,crebris fulminibus deterrent̃. Sicq; sanctorũ precibus hostibus fugatis,Romani nõ suis,sed dei virtutibus victoria potiuntur.Ferunt̃ imperatoris literæ ad plerosq; missę,testantes victoriã sibi christianorũ precibus collatam fuisse.

De principatu Cõmodi, obscenitateq; eius,& hæresibus.De incendio, fulmine,& igne Romæ facto. CAPVT XXVI.

ANno ab incarnatione dñi. clxxxi. Antoninus.xix. imperij sui anno in Pannonia moritur,eiq; filius suus.M.A.Cõmodus.xv. ab Augusto successit.Hic luxuriæ,& obscœnitati deditus,plurimos ex senatoribus interfecit.Cõmodus iste per oĩa reip.incõmodus fuit,nisi q̃ contra Germanos bellũ fœliciter gessit. Per idẽ tẽpus innumeræ hæreses pullulabant,inter quas eucraticarũ Tacianũ quendã auctorẽ habẽs, magis pestifera fuit.Hi ab animalibus abstinendũ prędicabãt,ingrati existẽtes deo,qui hęc humanis vsibus procreauit.Sed & nuptias refutãtes, accusabãt illũ, qui ab initio masculũ, & fœminã ad restaurationẽ humani generis fecit. Sane Clemẽs, cui⁹ supra mentionẽ feci,scribens aduersum eos, inter cætera dicit. An & apłos improbant? Petrus etẽ & Philippus,& vxores habuerunt,& filias virgines etiã nuptui dederũt. Sed & Paulũ apostolũ nõ tedet in quadã epła sua mẽtionẽ, vel salutationẽ facere cõparis suæ, quã se ideo negat circũducere, vt ad p̃dicationẽ euãgelij expeditior fiat.Ea tẽpestate Capitoliũ Romę fulmine p̃cutit̃,ac bibliotheca magna,maiorũ cura cõposita,cõcremat̃.Aliud q̃q; incendiũ Romę exortum,ædem Vestæ,ac palatiũ, plurimasq; vrbis partes consumpsit. His diebus Eleutherius diem obijt,Victoriq; sedem reliquit.

De morte Cõmodi,& substitutione Helij,qui & Pertinax, rursumq; de morte illius. CAPVT XXVII.

Persecutio quarta.

Apostolorũ coniugia

COmmodus post multa vitæ suæ flagitia, in domo Vestiliani, xiij. imperij sui anno strangulatus esse dicitur, regnauitq; post eũ Aelius senex, xvi. ab Augusto, ex hoc q; ad regnũ electus, pertinaciter restitit Pertinax dictus, quẽ quinto q; regnare cœperat mense, Iulianus iurisperitus in palatio occidit. Qui dũ regnũ inuadere molit, iuxta pontẽ Miluiũ septimo exquo imperiũ vsurpauerat mense, a Seuero vita priuatur.

De principatu Seueri, & persecutione eius in nostros, belloq; cõtra gẽtes
De patribus & sacerdotibus, qui illo tẽpore pro domo dei stabant, & de
cõtrouersia quæ inter Romanũ põtificẽ, & oriẽtales eẽos de die Paschæ
fuit, De Iuda, & Origene. De victoria Seueri. CAPVT XXVIII.

Persecutio quinta.

ANno dñi. cxcv. Seuerus natione Afer, qui ex eo q; imperatorẽ vltus erat, Pertinax est dictus, xvij. ab Augusto, reꝝ summã obtinuit. Hic natura ferox, quintã post Neronẽ psecutionẽ in christianos mouit, Iudeos q; & Samaritas, parthos, Arabas, Adiabenos bello pressit Pescennĩumq; ex Aegypto, ac Syria tyrannidẽ affectantẽ, interfecit. His diebus cũ persecutio vbiq; terrarũ ferueret in Christi ciues, apud Alexandriã post multos alios pater Origenis Leonides, martyrij palmã accepit, Origene adhuc puero, martyriũ tñ plurimũ affectante. Hoc in tẽpore fuerũt nõ solũ martyres, qui ciues Christi exẽplo suo ad patientiã animarẽt, sed & doctores, & scriptores diligentissimi viri, qui eos docendo, ac scribẽdo ad sapientiã informarẽt. Ex quibus post Iulianũ apud Alexandriã Demetrius substitutus, apud Antiochiã octauꝰ ab apostolis Serapion episcopus ordinatus, apud Cæsareã Palestinæ Theophilus, in Hierosolymis Narcissus, ecclesias ꝓcurabãt. Multi q; & in alijs locis egregij sacerdotes fuere, Victore adhuc Romanę ecclesię cathedrã gubernãte. Quibus præsidentibus in ecclesia, in ꝓuincijs Asiæ quæstio oritur de die paschę, cõfirmantibus quibusdã quacũq; die septimanæ, xiiij. luna venisset, solui debere ieiuniũ, eũ talis cõsuetudo nõ vspiã in ecclesia obseruaret. Ob quã causam conuẽtus eꝝ, & cõcilia tam ꝑ singulas ꝓuincias, q; in vrbe Romana, cui Victor præfuit, cõuocant, cõmuniq; decreto cõfirmat, ne liceat aliqñ nisi in die dñica paschæ celebrare mysteriũ. Sed episcopi regionis Asię cõsuetudinẽ a veteribus sibi traditã cõfirmabant, in quibus Policrates quia maiorẽ videbat habere auctoritatẽ, Victori Romanæ vrbis eꝝ scribens, inter cætera ait, Nos igit inteme ratũ paschæ colimus die, neq; addentes, neq; auferentes aliquid. Etẽ magna quædã luminaria apud Asiã dormierũt, summi & electi viri, in quibus est Philippus euãgelista, & duæ filię eius, necnõ & Ioannes, qui supra pectus dñi recubuit, Policarpus q; & alijq; sancti, qui expectant aduentũ dñi de cœlis, vt resurgant a mortuis. Isti ergo oẽs die paschæ in. xiiij. die mẽsis obseruarũt, scd'm euãgeliũ. Sed & ego oim vestrũ minimus Policrates, scd'm traditionẽ eoꝝ patrum qui. vij. fuerũt ante me ꝑ ordinẽ epi, obseruo hunc diẽ, vt cõueniret cũ illo, quo fermentũ Iudeoꝝ populus aufert. Vnde fratres charissimi. lxv. annos ætatis gerens in noie dñi, multoꝝ q; eꝝ per orbẽ terræ notitiã habens, & sanctis scripturis intendens, nõ ꝓturbabor ex his quæ ad terrorẽ ꝓferunt, quia & maiores
Actuũ. 5. mei dixerũt. Oportet magis obtẽperare deo, q; hominibus. certi q; nõ inaniter canos attulimus, sed in disciplina Christi semp cõuersati sumus. Sed ad hoc Victor cõstantius agens, totius Asiæ ecclesias cũ vicinis prouincijs, a cõmunione

abscindere nititur. Sed nõ omnibꝰ hoc placebat eꝑis, quin potius ecõtrario scribentes ei iubebant, vt magis quę pacis sunt ageret, & cõcordiæ studeret. Extãt etiã ipsoꝝ literæ, quibus asperius obiurgãt Victorẽ, velut inutiliter ecclesię cõmodis cõsulentẽ. Eodẽ tẽpore Iudas de septimanis Danielis prudẽter disseruit Origenes quoq; apud Clementẽ doctissimũ Alexandrię preſbyterũ, qui & ipe vtiles cõposuit libros, tunc erudiebat. Itaq; postq; Origenes ad iuuenilẽ peruenit ætatẽ, nõ solũ Alexandrię docendi officiũ a Demetrio ẽpo assumpsit, sed & vbiq; verbũ dei prædicare cœpit. Dumq; indifferenter tam mulieribus, q; viris prædicat, lubricæ ætatis incentiua metuẽs, zelum dei, sed nõ scd'm scientiã habens, manũ sibi iniciens, semet castrat, illud euãgelicũ, quia sunt eunuchi, qui seipsos castrauerũt, ꝓpter regnũ dei, etiã ad literã cõplẽdũ credẽs. Hic est Origenes, qui a Seueri diebus, vsq; ad Galli secundi tẽpora durans, multa de diuinis scripturis vtilia cõposuit, sed nimiũ humanis viribus cõfidendo, ac mundanis rationibus incaute innitendo, labori, & religioni suæ omnimodæ hæsitationẽ induxit, bene dicta erroribus (vt quidã asserunt) permiscẽs. Vnde de ipso habes q vbi bene, nemo melius, vbi male, nemo deterius. Seuerus Iuliano, Pescẽnio q & Niger q; interfectis, aduersus Albinũ Iuliani sociũ, in Gallijs bellũ machinantẽ, exercitũ parat, quod cũ multo vtriusq; partis sanguine occisũ, demũ apud Lugdunum Albino terminatur. Post hoc Britannis bellum indicit. Quos cum magna difficultate cũ subiugasset, partem insulæ vallo cinxit.

De morte Seueri, substitutiõeq; Caracallæ, & itẽ de morte illiꝰ. CAP. XXIX.

SEuerus Antoninus apud Eboracũ oppidũ. xv. imperij sui anno diẽ vltimũ clausit. Cui Aurelius Antoninus Bassianus, qui & Caracalla. xviij. ab Augusto successit. Anno ab incarnatione dñi. ccxiij. Victore mortuo, Zepherinus successit. Caracalla vero patre asperior, libidineq; intẽperatissimus fuit, vtpote qui nouercã suam in vxorẽ duxit. Is dũ cõtra Parthos bellũ molitur, inter Edessam & Carras ab hostibus interficitur. Quo mortuo, Macer Opilius, seu Macrinus præfectus prætorij. xix. ab Augusto regnũ inuasit, primoq; imperij sui anno, militari tumultu vita priuatur. Macrinus Ophilus.

De imperio Marci Aurelij, vitaq; eius, & de Romanis pontificibus,
morteq; Aurelij. CAPVT XXX.

ANno ab incarnatione dñi. ccxxi. Marcus Aurelius sacerdos Heliogabali templi. xx. ab Augusto imperiũ sortitur. Hic flagitiosam vitã duxisse fert. Huius diebus Zepherino mortuo, Calixtus Romanã ecclesiã gubernandam suscepit. Aurelius, iiij. imperij sui anno a tumultu militari cum matre necatur.

De principatu Aurelij Alexãdri, & victoria eius. De martyribus q sub eo
passi sunt, & Romanis põtificibus, morteq; Aurelij. CAP. XXXI.

ANno ab incarnatione dñi. ccxxv. Aurelius Alexãder. xxi. ab Augusto, voluntate omniũ imperator creatur. Hic ex Christiana muliere Mammea natus, iuste rempu. gubernauit. Xerxem quoq; regẽ Persarũ maximo bello deuicit. Vlpiani etiã consilio reipu. moderatissimum se exhibuit. Passi tamẽ sunt sub eo Gordianus, & Epimachus, Palmatius

quoq; consul cũ vxore,& filijs,alijq; promiscui sexus.xlij.decollati.Simplicius etiã senator, quẽ Calixtus papa baptiçauerat, cũ multis alijs passus est. Huius diebus Calixto Romę succesſit Vrbanus. Vrbano modicũ durante,Pontianus ecclesiã Romanã gubernandã suscepit.Alexander.xiij. imperij sui anno,tumultu militari apud Moguntiam occiditur.

De imperio Maximi, persecutioneq; eius in nostros, morteq; etiam ipsius. CAPVT XXXII.

ANno ab incarnatione dñi.ccxxxviij.Iulius Maximus,seu Maximinus,natione Thrax.xxij.ab Augusto,sine senatus volũtate,ab exercitu,eo q; bellum in Germania prospere gesserat,rex creatur.Hic propter odiũ prędecessoris sui Alexãdri,ex christiana matre nati,sextus a Nerone ciuitatẽ dei persequitur.His diebus feruente tribulatione persecutionis,Origenes necessariũ,& egregiũ de martyrio libꝝ conscripsit.Maximus vero tertio imperij sui anno a Pupieno Aquileiæ interficit.Pupienus aũt & frater eius Albinus,dum regnũ vsurpare cõtendunt, in palatio vita priuantur.

Persecutio sexta.

De principatu Gordiani,Romanisq; pontificibus,& scriptoribus ecclesiasticis,sine quoq; Gordiani. CAPVT XXXIII.

ANno ab incarnatione dñi. ccxli. Gordianus post Maximũ.xxiij. ab Augusto imperator creat. Pontiano quoq; defuncto Antherus succesſit.Quo mortuo,Fabianus(vt traditur) per columbã cœlitus elapsam,& super caput eius manẽtẽ,episcopatu dignus iudicat. quod tamẽ alij super Zepherinũ gestum tradũt. Tunc etiã apud Antiochiã episcopo Zebenno defuncto,Babylas ecclesiæ suscepit principatũ.Apud Alexandriam vero Demetrio succesſit Heraclas. Eo tẽpore extiterunt multi, qui ciuitatẽ dei scripturarũ suarũ documentis illustrarent, e quibus Africanus vir inter scriptores ecclesiasticos nobilis,multa monimenta librorꝝ reliquit.Gordianus admodum puer Parthis bellum indicit. Quos dum diuersis prælijs sæpe prospere gestis oppressisset,ipse suorũ fraude,vi.imperij sui anno,sup Eufraten interficit.

De imperio Philippi christiani,& humilitate ipsius. CAPVT. XXXIIII.

ANno ab incarnatione dñi. ccxlvij.Iulius Philippus.xxiiij.ab Augusto,cũ filio suo Philippo regnũ sortitur.Hic primus imperator christianus fuit.Anno imperij eius.iij. millesimus ab vrbe cõdita impletur annus,cum omniũ gaudio magnificis ludis ab imperatore celebratur. De hoc fertur, q; dum in vigilia paschæ ecclesiasticis vellet interesse sacramentis,ab episcopo loci non prius est admissus,q; inter pœnitentes culpas, quæ de eo ferebant,ablueret. Quod ipm cũ magna humilitate suscepisse dicũt.

persecutio septima

De morte Philippi,& succesſione Decij,persecutioneq; eius in nostros. CAPVT XXXV.

ANno imperij eius.vi. tumultu militari, ac Decij fraude, cũ filio suo necatur,regnauitq; pro eo Decius.xxv.ab Augusto,anno ab incarnatione dñi. cclij. Hic ob odiũ Philippi, immanissimã in ciuitatem dei.vij.a Nerone persecutionẽ mouit.Qua Fabiano Romano põtifice martyrio coronato,Cornelius cathedrã suscepit. Hierosolymis q; magnæ ciuitatis dei princeps Alexander martyrio coronatur.Heraclę quoq; apud Alexandriã paulo supra succesſerat Dionysius in episcopatu.

De occisione Decij,& imperio Galli,& Volusiani,ac morte Origenis. CAPVT XXXVI.

DEcius imperij sui anno.iij.cum filio suo inter Barbaros interficitur. Cui Gallus cũ filio Volusiano, xxvi. ab Augusto in regnũ succedit. Huius diebus.lxx.ætatis suæ anno Origenes moritur.

De quæstione inter Cornelium,& Cyprianũ. De Romanis pontificibus, alijsq; sacerdotibus. De passione Laurentij, & pestilentia in vrbe Romana. CAPVT XXXVII.

TVnc etiã inter Cyprianũ Carthaginensem episcopũ, & Cornelium Romanũ põtificẽ,ambos eximiæ sanctitatis ac sapiẽtiæ viros,scrupulosa oritur quæstio. Cypriano cũ Africanis episcopis asserẽte hęreticos,qui ad ecclesiæ vnionẽ redeunt,rebaptiçandos fore.Cornelio vero cũ sacerdotibus per Italiã constitutis cõfirmante,sola eos manus impositione purgandos,sacramentũq; baptismi nulla ratione iterandũ.Scripsit autẽ Cyprianus eximiæ sapientiæ,ac affluentissimæ eloquẽtiæ de fide nostra libros Romę Cornelio martyrio coronato,sedem suscepit Lucius. Quo.viij.tantũ mẽsibus sedente,succesſit Stephanus. Huius diebus nobilissimus inter episcopos, Alexandrinoq; ecclesiã regebat Dionysius. qui inter cętera eximiæ virtutis suę documenta, de abiecta nouati præsumptione, paceq; ecclesiæ dei reddita, Stephano Romano põtifici scripsit,dicens inter cætera. Scito autẽ frater omnes ecclesias in oriẽte, quæ prius cõturbabant, nunc redisse in cõcordiam, & oẽs sibi vnanimiter cohęrere gaudentes,& exultantes de pace, quæ vltra spem ecclesię reddita est.Huius diebus,vel prioris Decij tẽpore, dũ vbiq; terrarũ ciues Christi ad exquisita tormentorꝝ genera exquirunt,beatus Laurentius iuxta quosdã Romæ in craticula martyrio coronatur. Sed sub Galieno & Valeriano proximis post hunc regibus,Sixtus,cuius diaconus Laurẽtius fuit, martyrio cõsummatus inuenitur. Potest autẽ fieri, q; omnes hi reges Decij sint vocati,vel ordo pontificum vitio scriptorꝝ transmutatus.Hac tempestate in vniuersis Romanorum prouincijs pestilentia extenditur.

De morte Galli,& Volusiani,& sacerdotio Sixti. CAP. XXXVIII.

GAllus & Volusianus dum contra Aemilianũ ciuile bellum parant, secundo imperij sui anno interficiuntur. Aemilianus vero tertio exquo inuaserat imperium mense, vita priuatur. Stephano etiã mortuo Sixtus Romæ sacerdotium sumpsit.

De principatu Valeriani & Galieni,persecutioneq; in nostros,& passione Sixti.De captiuitate Valeriani, & inundatione diuersarũ gentium contra Romanũ imperiũ,& intestinis malis.De morte Galieni,& sacerdotibus Christi, Maneq; hęretico vnde Manichęi. CAPVT XXXIX.

Persecutio octaua.

ANno ab incarnatione dñi.cclix.post Augustũ loco.xxvij.Valerianꝰ in Rhętia,Galienus a senatu Romæ Cæsares creantur.Hi octauã a Nerone persecutionẽ in ciuitatẽ dei mouerunt.His diebus glorioso martyrio duo præclara ciuitatis dei lumina,Sixtus Romæ,Cartha gine Cyprianus cõsumunt.Sixto succesſit Dionysius. Valerianꝰ aũt a Persarũ rege Sapore captus,& luminibus orbatus,ignominioſe in Persarũ seruitute cõ senuit.Hoc em apud eum sortitus est officiũ,vt ipso equũ ascendente, incurua tus regem,nõ manu,sed dorso leuaret.Galienus tam misero socij permotus exẽ plo,Christianis mitior est factus,& datis decretis,instituit, vt quo quisq; putet more,exoret quod diuinũ est.Huius diebus alpibus trãscensis Rhętia, Italiaq; vastatis,Rauennã vsq; perueniunt.Alemani per Gallias euntes,Italiam popu

Quadi. lantur.Gothi Græciã,Macedoniã,Pontũ,Asiam peruagant.Quatti,& Sarma tæ Pannonias armati ingrediuntur. Vlteriorꝫ Germanorũ inundatione Hispa nia deletur.Parthi Mesopotamia,Syriaq; potiunt. Super hæc mala dum graui pestilentia,& plaga terribili totus orbis premeretur,Romanorꝫ respu.non solũ foris ab hostibus atteritur,sed & intus ciuili malo lacerat. Nempe Genuus dũ imperiũ inuadere molitur,apud Smyrnã occidit.Posthumius etiã,qui in Gal lijs cũ multo tẽ reipu.cõmodo imperiũ vsurpauerat, decimo anno a militari tu multu vita priuatur. Aemilianus pro simili causa Moguntiæ necatur. Marius qui in Gallijs post Posthumiũ regnũ inuaserat,interficit.Cui cũ rursum Victo rinus succedere parat,vita eximitur.Cum hæc agunt in Gallijs,in oriente Ode natus agresti collecta manu,Persas repressit,Mesopotamiãq; recepit,& vsq; ad Ctesiphõtẽ cũ rusticis Syrię victor venit.Galienꝰ deserta rep.ac Mediolani ma nẽs,voluptatiq; dedit⁹,interfectus est.Dionysio succesſit Felix Antiochię,post Dionysium Thimeus,post Thimeũ Cirillus.Cirillo succesſit Dorotheus,huic Anatholius.Ea tempestate Manes quidã genere Perses,moribus & vita barba rus,execrabilẽ hæresim docuit. Nunc em Christũ sese credi volebat, nunc ipm se esse paracletũ prædicabat,& elatus in insaniã,ad similitudinẽ Christi.xij. dis cipulos eligẽs,ad prædicandũ mittebat impia dogmata,a prioribus hæreticis mutuata.Huius sectatores Manichæi vsq; hodie vocantur.

De principatu Claudij,triumphoq; eius,ac morte. CAPVT XL.

ANno ab incarnatione dñi. cclxxiiij. Claudius. xxviij. ab Augusto, voluntate senatus imperator creatur. Hic Gothos, qui p.xv. annos Illyricũ,& Macedoniã peruagati fuerant,bello pressit, ac incredibi li strage deleuit.Ob quã causam clypeus ei aureus in curia,& statua equestris aurea a senatu decernitur. Anno autẽ imperij sui.ij. morbo correptus, apud Syrmium diem obijt.Cui Quintillus frater suus ab exercitu substitutus, xvij.imperij sui die vitam finiuit.

De imperio Aureliani,plurimisq; triumphis eius,ac de vrbe Roma,quã ampliauit,de illaq; quã ex nomine suo in Gallia cõdidit.De perse cutione in nostros,morteq; ipsius. CAPVT XLI.

ANno ab incarnatione dñi.cclxxvi.xxix.ab Augusto regnauit Aure lianus.Hic dum esset vir bellicosus, procinctũ ad Danubiũ mouit, ibiq; Gothos multis,ac grauibus prælijs pressit, Romanicq; imperij

terminos restaurauit.Inde ad orientem digressus, Zenobiã, quæ occiso marito suo Odenato Syriã vsurpabat,in potestatẽ redegit.In Gallia quoq; Tetricũ se ditiones proprij exercitus cõpescere nõ valentem, sine graui labore superauit. Sicq; tam orientis,q; aquilonis victor, triumphans vrbem ingredit, quã etiam post mortẽ firmiori muroꝝ ambitu decorauit.In Gallia quoq; super fluuiũ Li gerim,pulcherrimã vrbem cõdidit,quã ex noie suo Aurelianim vocauit. Is.ix. Persecutio a Nerone ciuitatẽ dei, erga quã tamẽ in principio benignior extiterat, afflixit. nona. ante cuius oculos fulmen, cũ maximo omniũ pauore corruit, & ipse nõ multo post tempore,anno imperij sui sexto occiditur.

De imperio Taciti,morteq; eius. CAPVT XLII.

ANno ab incarnatione dñi.cclxxxi.Tacitus. xxx.ab Augusto impe rator factus,sexto mense in Ponto necatur.Post quẽ dum Florianus partem regni inuaderet, tertio mense exquo id vsurpauerat, apud Tharsum vita priuatur.

De imperio Probi,victoria eius,ac morte. CAPVT XLIII.

ANno ab incarnatione dñi.cclxxxi. xxxi.ab Augusto Probus regnũ adeptus,Barbaros qui Gallias occupauerant, p multa,& fortia bel la deuicit. Deinde ciuilibus bellis Saturninũ in oriente, Proculũ,& Bonosum apud Agrippinã pressit.Ipse vero apud Syrmiũ in turre ferrata a militibus interficitur,anno imperij sui.vij.

De principatu Cari,bellisq; eius quæ in oriente gessit,& de morte ipsius. CAPVT XLIIII.

ANno ab incarnatione dñi.cclxxxvij.Carus Narbonensis.xxxij.ab Augusto imperiũ sortitur. Qui assumptis sibi in regnũ duobꝰ filijs Carino,& Numeriano,bellum cũ Parthis gessit, duasq; ibi nobilis simas vrbes Choten,& Ctesiphontẽ oppugnauit. Ipse vero sup Ty grim fulmine percussus, imperij sui anno.ij. diem vltimũ clausit. Numerianus quoq; filius eius a socero suo Apro vita priuatur.

De principatu Diocletiani,& victorijs eius, qualiter Maximianũ sociũ imperij legit,& christianos super omnes qui ante eum fuerint, af flixit.De triumpho Constantini,quomõ Diocletianus,& Maximianus imperiũ reliquerint.CAPVT.XLV.

ANno ab incarnatiõe dñi.ccxc.Diocletianus.xxxiij. ab Augusto im perator ab exercitu creatur. Hic in principio dignitatis suæ, Aprũ interfectorẽ Numeriani,propria manu interfecit.Charinũ vero fla gitioſe viuentẽ, quẽ pater Cæsarem in Dalmatiã miserat, graui, ac laborioso bello deuicit.Post hoc cũ Amandus,& Helianus rustica manu sediti Aeliandus osos tumultus in Gallias mouerent,Maximianũ Herculeũ Cæsarẽ cõstituit,ac Orosius in Gallias misit.Qui imperitoꝝ hominũ agrestẽ manũ,facile virtute ac ordine habet. militari deuicit. Carausius quidã,ignobilis genere, manu vero ac consilio non ignobilis,dũ Maximiano suspectus haberet, Britanniã inuadens, purpurã as sumpsit.Ea tẽpestate in Aegypto Achilleus rebellat, Africã Quingentiani im

pugnant, Narseus Persarũ rex orientẽ deuastat. His ergo malis motus Diocletianus, Maximianũ Herculeũ ex Cęsare promouit in Augustũ, Constantiũ vero & Maximinũ Galeriũ Cæsares fecit. Hic est Constantius, qui ex Theodora priuigna Herculei Maximiani, vi. filios, Constantinũq; ex Helena cõcubina habuit. Hanc Helenã ex pago Treuerorũ oriundã dicunt, vnde eandẽ ecclesiã plurimũ eam decorasse tradũt. Carausius vero, vij. quo purpurã vsurpauerat anno, ab Alecto socio suo fraudulenter occidit. Ipse etiã tertio dehinc anno Asclepio doto præfecto necatur. Imperatores ergo decimã a Nerone in ecclesia dei persecutionẽ mouent, quæ omnibus superioribus ex antiqui hostis versutia, modicũ iam tẽpus habentis, ac propter hoc amplius incandescentis, tam grauissima, q̃ nouissima inuenit. Per decẽ em̃ annos protracta, pscriptionibus fideliũ, cædibus martyrũ, incendijs ecclesiarũ, indesinenter agebat. Vnde quot milia sanctorũ his diebus ciuitas dei, nõ scd'm illorũ opinionẽ perdiderit, sed iuxta rei veritatẽ æternaliter victuros in sinu suo collegerit, nemo enumerare posset. Ciuitas em̃ Christi hmõi tunsionibus, & pressionibus expolitur, & tanq̃ aurũ in fornace probatur, vt quomõ viuis ex lapidibus constat, non nisi probatos, ac politos recipiat. His diebus dum Augustus cõtra suprafatos tyrannos Amandũ, & Elianum bellũ parat, Mauricius cũ legione Christiana Romã ad Marcellũ papã, qui Caio successerat, venit, acceptaq; ab eo benedictione, cũ imperatore contra inimicos imperij cõtendit. Qui dũ trãscensis alpibus, apud Ottodorũ consedissent, cõperto q; christiani essent, Mauricius tanq̃ primicerius, & cõductor aliorum, ad idololatriam vocat. Sed fortissimus atletha Christi, ac signifer, qui regi impio, ac sacrilego, ad debellãdos hostes regni iuste paruerat, cõtraria regi cœlorum præcipienti, obedire recusat. In quo monemur regibus quidẽ de iusticia subditos nos esse debere, si qua vero cõtra deum, & salutẽ animæ præcipiunt, vt cũ Petro sciamus dicere. Obedire oportet deo magis, q̃ hominibus. Mauricius ergo cũ socijs suis, qui. vi. M. Dclxvi. fuisse dicuntur, apud Agaunũ sup Rhodanũ sitũ oppidũ, martyrio coronant. Elapsi sunt de collegio illo plures, quos insequentes Romani. ix. in oppido Galliæ Bunna occiderũt. Gereonẽ vero cum socijs suis. cccxxx. in suburbio Coloniæ Agrippinæ vrbis interfecerunt. Victorẽ etiã cũ. ccclx. in vrbe Troia, quæ nunc Xantis dicit, interemerunt. Nec offendi debet lector, si quis sanctos fugisse martyriũ audit, cũ Petro dictũ fuerit. Alius te cinget, & ducet quo nõ vis. Sancti em̃ dum carnẽ suam odio habere non possunt, vitam diligunt, sed ei cœlestẽ vitã, & amorẽ pręponunt. Nec incõueniens puto credendũ, si dixerimus dominũ ad hoc martyres suos fugere voluisse, ne vni loco, vel vni patriæ tantus relinqueret thęsaurus, quin potius p diuersa loca, & prouincias diuideret. Eodẽ tẽpore beatus Vitus ætate puer, vtpote septennis, vt dicitur, sed maturis moribus, a patre suo Hila, qui ex ordine patritiorum fuisse memorat, primo flagellatur, & post a Diocletiano diuersis tormentorũ generibus martyrio coronat. Affra quoq; cũ matre sua Hilaria, ac puellis Digna, & Eunomia, & Eutropia, alijsq; cõpluribus, a Caio iudice ignib⁹ tradita, apud Vindelicã Augustã, palmã martyrij accepit. Hæc primo peccatrix postmodũ a Narcisso episcopo cõuersa, & baptizata, per ignẽ examinata, & perennis glorię corona donata, fiduciã impetrandæ gratiæ peccatoribus a dño magnã dedit. Sed iã ad ciues mundi reuertamur. Constantius Alemannis bellũ indicit, a quibus primo victus, postea cum incredibili barbarorũ strage. lxx. milibus occisis,

vel Maximianus,

Persecutio decima.

Actuũ. 5.

Ioan. 21.

victor extitit. Porro Maximianus Augustus Quingẽtianos in Africa bello p̃sidit. Diocletianus autẽ Achilleũ in Alexãdria obsidione cinxit, captaq; post. viij mẽses, ac diruta vrbe, & Aegypto tota, pscripta, ipm interfecit. Maximianꝰ aũt dũ Narseũ regẽ Persarũ aggredi parat, inter Galienicũ & Carras cõgressu facto vincit, victusq; ad Diocletianũ fugit. Ob quã causam indignatione motus Augustus, Maximianũ ante vehiculũ p aliq̃t milia passuũ purpuratũ currere turpiter pmisit. Qua de re inflãmatus Maximianus, collectis vndecunq; copijs, in hostem ruit, victoq;, ac fugato Narseo, vxoribus etiã ac sororibus, ac liberis captis, cũ magna præda, ad Augustũ in Mesopotamiã veniens, cũ maximo honore susciꝑit. Igitur Diocletianus, & Maximianus dum multis malis ecclesiã dei attriuissent, & crudeli animaduersione statũ ciuitatis Christi perturbassent, vltrix dei dextera, quæ castigari paucis ciues suos permiserat, in tantã eos amentiam, & permutationẽ tradidit, vt vterq; eorũ, Maximianus tamẽ vel inuitus, sed comparis amore fractus, imperiũ deponeret, priuatũq; habitũ, & plebeium Diocletianus in Nicomedia, Maximianus Mediolani. xx. ab imperij Diocletiani anno assumeret. His diebus Marcellino substituit Marcellus, cui successit Husebius, post quẽ Melchiades Romanã ecclesiã gubernandam susciꝑit.

Qualiter Galerius, & Constantius regnũ diuiserint, Constantiusq; moriens Constantinũ imperatorẽ in Gallia reliquerit. CAP. XLVI.

RElicto imperio ab Augustis, Galerius & Cõstãtius, qui ab ipsis electi Cæsares erant, imperiũ diuidũt. Galerius Maximianus Illyricũ Asiam, orientẽ obtinuit. Constantio Italia, Africa, Gallia sorte deuenit. Sed Cõstãtius vir suauissimus, Gallia, ac Hispania cõtentus, Galerio ceteras terras reliquit. Hic Constantius multa clemẽtia erga homines, erga deum vero religione maxima vtebatur, cultoresq; dei veneratioꝰi habuit & honori. Galerius ergo duos Cęsares fecit, Maximianũ in oriente, Seuerũ in Italia, ipse vero Illyricũ retinuit. Constantius autẽ in Britannia moriens, Constantinũ Helenæ filium, imperatorem in Gallia reliquit.

Terminus tertij libri, & recapitulatio. x. psecutionũ. CAPVT XLVII.

AGitur quia finitis persecutionib⁹, quasi post noctis tenebras lux desyderabilis ecclesiæ dei, sub Constantino principe, pax illuxit. iam tot malorũ turbinibus fessi, tertio iam operi finẽ demus, vt ad ea quibus dñs ciuitatẽ suã depressam, & humiliatã exaltare voluit, tẽpora veniamus. Decẽ em̃ psecutiones a Nerone vsq; ad id tẽpus inuenies. Decẽ etiã plagis ciuitatẽ mundi, sub principibus, qui eas quas diximus psecutiones mouerunt, percussam maiores nostri tradiderũt, & scriptũ reliquerũt. quæ oĩa diligens inquisitor rerũ inuenire poterit. Sicut ergo. x. plagis pcussa Aegyptus, populũ dei liberũ abire cõcessit. sic ciuitas mũdi in. x. psecutionib⁹. x. plagis pcussa, populũ dei. i. ecclesiã, quiescere pmisit. Sicut etiã Pharao insequẽdo populũ dei ad mare rubrũ, quæ. xi. psecutio fuit, cũ exercitu suo funditus est deletus, sic ciuitas mundi, quæ modo multis modis diuina vltione pcussa est, & pcutit, cũ capite suo Antichristo vndecimã. i. nouissimã, ac omniũ periculosissimã psecutionẽ mouebit, ibiq; percusso Antichristo funditus delebit. Ciuitas autẽ Christi exaltata exaltabit, ac in æternũ cũ ipso regnatura, fœliciter cõsummabitur.

LIBER

PROLOGVS LIBRI QVARTI.

NVllum iam esse sapientũ puto, qui dei facta nõ consideret, considerata nõ stupeat, ac per visibilia ad inuisibilia nõ mittatur. Dñs em̃ qui ciuitatẽ suam ante constitutionẽ mundi, præordinatã, ad tẽpus latere voluit, tẽpore quo decuit exaltare disposuit. Vnde ipsam tẽpore humiliationis suæ, tempus ei exaltationis per prophetã prædicendo, blan
Esa. 54. de consolatur. Dilata inquit, tentoria tua, & pelles tabernaculoꝝ tuorũ extẽde,
Esa. 60. longos fac funiculos tuos. Et rursum. Pro eo q̃ fuisti abiecta, ponam te in superbiam sæculoꝝ. Cum ergo dñs multis tentationibus, ac persecutionibus attrita vellet exaltare ecclesiã, personã potissimũ per quã id habilius facere posset, elegit. Proinde Romanoꝝ imperatorẽ, ad quẽ tũc vniuersus respiciebat orbis, ad id faciendũ ordinauit, eiq̃ nõ solum fidem, qua ab errorũ tenebris discedendo, ad verã lucem cognoscendã veniret, sed & dilectionẽ, qua ciuitatẽ suam multis honoribus exaltaret, multis facultatibus, ac possessionibus locupletaret, dedit. Et vt cognoscamus nõ fortuitis casibus, sed dei pfundissimis, ac iustissimis iudicijs id factum, vide pridie latitantẽ, ac quẽlibet infimę conditionis virũ fugientem, in breui tantæ auctoritatis fieri, vt regibus imperet, de regibus iudicet. Vide tantæ a sęculo venerationis haberi, vt veniant curui, vestigiaq̃ pedũ eius in solio sedentis adorent orbis dñi. Sed grauis hic oritur quæstio, magnaq̃ de regni, ac sacerdotij iustitia dissensio. Quidam em̃ religionis obtentu, alij vero sęcularis dignitatis, qua regni auctoritas imminuta cernitur, intuitu hanc gloriã honorẽq̃ tẽporalẽ sacerdotibus Christi, quibus cœlestis regni gloria ꝓmittit, nõ licere autumant, multaq̃ huius rei argumenta monstrant. Duæ inquiũt, personæ a deo in ecclesia sunt constitutæ, sacerdotalis, & regalis. Quarũ vna Christi tractare debet sacramenta, ac ecclesiastica spirituali gladio exercere iudicia, altera gladiũ materialem cõtra hostes ecclesiæ, pauperes, ecclesiasq̃ dei ab incur
a's, exerendum. sione malorꝝ defensando, sceleratos puniendo, ad sæcularia iudicia exercenda portat. Hi sunt duo gladij, qui in passione dñi legunt̃, sed vno tm̃ Petrus vsus
Lucæ. 22. inuenitur. Sicut ergo ad spirituale gladiũ, spirituales quoq̃ possessiones pertinent, i. decimæ, primitiæ, oblationes fideliũ, & alia hmõi, sic materiali oẽs terrenæ dignitates, ducat⁹, comitatus, & eiusmõi subiacẽt. Hæc vero deus ordinate & nõ cõfuse, i. nõ in vna persona simul, sed separatim in duabus, quas nominaui, in ecclesia sua esse voluit. Proinde sicut illi personæ, quæ gladiũ materialem portat, attingere ea quæ spiritualia sunt, nõ licet, sic & isti vsurpare ea quę huius sunt, nõ conuenit. Inducunt etiã ad hoc confirmandũ, multa testimonia scriptu
Lucæ. 20. rarũ, ipsiusq̃ dñi, ac sanctorꝝ exempla, vt illud euangelicũ. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ dei deo. Idq̃ sicut dñs prædicauit verbis, ita factis declarauit, quando cui tributũ, tributũ recognoscẽs, pro se, & Petro tributũ dedit. Paulus etiã cui honorẽ, honorẽ attribuendũ intelligens, oẽmq̃ potestatẽ a deo esse considerans, in causa positus, nõ Petrũ, qui Romæ tunc cathedræ præfuit, sed hominẽ flagitiosissimũ, & impijssimũ ex dei voluntate super orbem terræ regem constitutũ, Neronẽ appellauit. Hæc de honore regum. Quod vero omnis possessio eoꝝ gratia sit, ex Augustino probãt, qui ait. Quo iure possides villas?
Psal. 23. Diuino, an humano? Diuino. Dñi est terra, & plenitudo eius. Humano, hoc a regibus. Hinc dicimus, Hęc terra mea, hic fundus meus. Item si dicis, Quid mihi

& regi? Dic quid tibi, & possessioni? Quibus hoc modo respondeẽ. Quod mundiali dignitate quæ regalia dicunt̃, dñs ecclesiã suã honorare voluit, ex dei em̃ ordinatione id factum, ratio quã supra reddidimus, declarat. Deniq̃ credendũ non est, Christũ ecclesiã suam, sponsam suã, corpus suũ, cui in arram spiritũ suũ dedisse creditur, spiritu erroris decipi permisisse, cui (vt dixi) spiritũ veritatis cõtulerat. Præterea probatæ sanctitatis viri inueniunt̃, qui hæc habuisse, qui cum his regnũ dei acquisisse credunt̃. His ergo alijsq̃ modis, quos longũ est exequi probatur & Constantinũ ecclesiæ iuste regalia contulisse, & ecclesiã licite suscepisse. Dum em̃ ab eis quærimus, quo iure id reges habeant, respondere solẽt, ex electione populi, & ordinatione dei. Si ergo deus ordinando, q̃ regibus prædictus honor impenderet̃, iniuste non fecit. quanto magis & id ordinãdo, vt ab illa persona ad ecclesiasticã traduceret̃, iniustus dicendus nõ est. Deniq̃ si ad hoc quod ipse ordinauerat, tam hic, q̃ ibi volũtati suæ electionẽ populi, & insuper hic traditionẽ principis cõcordare voluit, nec ipm̃ iniuste disposuisse, nec principem male tradidisse, nec ecclesiã illicite suscepisse credendum est. Si dicis priori personæ licuisse, q̃ istam ex sanctitate officij habere nec decet, nec expedit. Ad hoc fateor, aliud refugium nescio, nisi q̃ sanctos apostolicæ fidei, ac meriti viros, Siluestrũ, Gregoriũ, Vlricũ, Bonifaciũ, Lampertũ, Gothardũ, alioscq̃ cõplures ea cognoscimus habuisse. Ego em̃ vt de meo sensu loquar, vtrum deo magis placeat hæc ecclesiæ suæ, quæ nunc cernitur, exaltatio, q̃ prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor. Videt̃ quidẽ status ille fuisse melior, iste fœlicior. Assentio tamẽ Romane sanctæ ecclesiæ, quã supra firmã petrã ædificatã Matth. 16.
non dubito, credendaq̃ quæ credit, licite possidẽda quæ possidet credo. Quod em̃ nullo errore decipi possit, ex hoc probari potest. Et portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Quod autẽ fides in æternũ maneat, ex hoc intelligi datur, q̃ Petro dictũ est. Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. Quod vero Lucæ. 22.
omnis cõtrouersiæ ipsius auctoritate, & exẽplo soluatur scrupulus, in hoc rursum latenter innuitur, quod Petro dicitur. Duc in altũ, & laxate retia vestra in Lucæ. 5.
capturã. Hæc de sacerdotij, regnique iustitia dicta sufficiant. Cæterũ si quis subtilius, ac profundius inde ratiocinari vult, a nobis minime preiudiciũ patietur.

NOTA

De occisione Maximiani, & morte Galerij tyranni. De Maximini Licinij, & præcipue Maxẽtij Maximiani filij. Quõ Cõstantinus iuxta vlsionẽ sibi monstratã, Maxentio Mersо, vrbem ingressus, crucem in triumphali loco poni fecerit, ipseq̃ a Sylueſtro baptiçatus fuit. CAPVT I.

IGitur anno ab incarnatione dñi. cccxi. Constantinus. xxxiiij. ab Augusto, patri successit in regnũ, religiosi patris hæres religiosior. Inter hæc prætoriani milites Maxentiũ Herculei filiũ Augustũ creauerũt. Contra quẽ Seuerus Cęsar a Galerio Augusto missus Rauennã, fugatur, ibiq̃ interficit̃. Herculeus autẽ Maximianus, vt audiuit Constantinũ in Gallijs creatũ imperatorẽ, priuatum habitũ deponens, Constantinũ dolo circũuenire cogitat. Verũ dum ad hęc in Gallias veniſſet, a filia sua Constantini vxore proditus, & in fugam versus, in Massilia occidit̃. Porro Galerius Seuero occiso, Liciniũ imperatorẽ fecit. Dũ

ergo persecutionẽ in Christi ciuitatẽ per decem annos crudeliter mouisset, Galerius a domino vindicta pcussus cœlesti, pœnas soluit. In tantũ em̃, dissolutis introrsum vitalibus, horrorẽ venit, vt vermes eructuaret. Cumq; desperatus, a medicis diuinam id vltionẽ esse cognouisset, a persecutione cessauit. Ipse vero vim doloris non sustinens, diem obijt. Constantino autẽ, vt supra dixi, a patre in Gallijs imperatore cõstituto, Maximinus, & Licinius crudelitatis in nostros & libidinis nullũ habentes modum, ad imperiũ aspirabant. Maxentius quoq; Romæ multis malis ciues premebat. Denicq; inter cætera eius facinora hoc de ipso dicitur, q̃ senatorꝝ, & maxime nobiliũ matronas publice abstrahi, & ad libidinem suam ipsis patribus metu oppressis, tacentibus, & gementibus deduci præciperet. Senatores etiã, vel qui in curia clariores esse videbantur, falsa criminum obiectione, proscribi fecit. Addebat his malis magicæ artis nephanda prestigia, vt videlicet mulieribus prægnantibus occisis, viscera perscrutarent̃, ac præcantationibus dæmoniaca arte compositis, futura prædicerent. Itaq; dũ contra sceleratissimum tyrannum Constantinus imperator religiosus, fautorq; christianæ fidei, bellum parat, multisq; modis anxius, ad cœlos sæpius oculos attollit, nocte sopore depressus, ad orientis partem signũ crucis igneo fulgore in cœlo coruscare videt. Perquirens aũt quid esset, angelos sibi dicentes audit, Constantine ἐν τούτῳ νικᾷ. quod est, in hoc vinces. Mane expergefactus, milites christianos ad se vocat, cognitoq; de hoc q̃ christianæ fidei signaculũ esset, lætus, ac securus de visione, frontem signo crucis munit, christianũq; se futurũ, si prospera successerint, promittit. Erat autẽ multa serenissimo principi anxietas, q̃ tyrannũ nõ sine magna effusione sanguinis ciuiũ, superare posset. Dominus ergo tam deuotioni principis satisfacere, q̃ afflictioni ecclesiæ subuenire volẽs ipsum tyrannũ miro modo, sine periculo tam Augusti, q̃ Romani populi perdidit. Naues em̃ iuxta pontem Miluium in modum muscipulę colligauerat, vt per hoc ignarũ huius rei militem venientẽ deciperet. Iam Augustus appropinquabat, iam signa comminus volabant, & ecce tyrannus nutu dei dæmoniaco raptus spiritu, in machinamenta quæ hostibus parauerat, iuxta quod scriptũ est,

Psal. 7. Et incidit in foueam, quam fecit, nullo comitatus socio, solus iuxta desyderiũ principis, absq; vtriusq; exercitus discrimine, perijt. Igitur dum Constantinus desyderata victoria potitus, vrbem ingressus fuisset, cum magno tripudio a ciuibus suscipitur. Cumq; ei ad morẽ triumphus pararetur, ipse nõ sibi, sed Christo victoriam attribuendam prædicauit. Crucem etiã, cuius virtute hostis deuictus erat, in triumphali loco poni fecit, & adorari. Melchiade mortuo, Siluester successerat. Ab hoc, iuxta traditionẽ Romanorũ, in ecclesia quæ sancti Ioannis dicitur, baptiçatur. Hæc autẽ conuersionis eius causa fuit. Proinde quæ in beati Siluestri vita de lepra, & conuersione leguntur, apocrypha videntur. Refert tamen tripartita historia, eum in Nicomedia, circa finem vitæ suæ baptiçatum esse.

Quomodo ipse, & Licinius pro ecclesia scripserunt, Maximinus quoq; idem falso fecerit. sed postmodũ in certamine victus, rursum pro christianis scribens Maximinus obierit. De fine Licinij sororij Constantini, Crispi etiã & Licinij nepotũ eius morte. CAPVT II.

COnstantinus christianus factus, pacem ecclesijs reddidit, cui etiam ad hoc Licinius consensum prębuit. Ambo itaq; imperatores datis legibus, Christũ, qui rempu. a tyranno liberauerat, deum colendũ statuunt. Initoq; consilio, Maximino de hoc, qui imperiũ orientis tenebat, scribunt. Quo comperto, Maximinus ne amplius christiani persecutionem pro fide patiant̃, scripto præcepit. Reddit etiã causam, quia quanto magis inhiberi videantur, tanto magis crescant. idcirco nullum ad deorũ cultum, nisi propria ad id voluntate ducatur, cogendũ affirmat. Hæc Maximinus cũ prætimore Augustorꝝ faceret, ex propria id auctoritate se facere fingebat, ipse vero omniũ intẽperatissimus, moderatissimis principibus nõ solũ ęquari voluit, sed & præferri, breui quoq; interiecto tẽpore, fœdere rupto, Licinio bellum inferre parat. Ergo multis tam vrbibus, q̃ prouincijs profligatis, dæmonũ fretus auxilio, & vsus instinctu, tandem ad bellum progreditur, pugnãq; aggreditur. Vbi dum fundi cernit exercitũ, detractis imperij insignibus, colonũq; se turbis immiscens, ignominiose (vt dignus erat) e prælio fugit. Inde reuersus ad propria, primo quidẽ sacerdotes suos, tanq̃ deceptores interfecit. Post cũ dirissimis morbis se a deo percussum videret, grauissimãq; mortẽ imminere cerneret, sera pœnitentia ductus, deum christianorꝝ confessus, pro ipsis scripsit hoc modo. Imperator Cæsar, Galerius, Maximinus, Germanicus, Sarmaticus, pius, fœlix, inuictus, Augustus, indesinenter causam puincialiũ nostrorꝝ gerentes, vtilitatibus eorũ consulentes, quæ ad cõmune, & publicũ bonũ spectant, nunq̃ desinimus prouidere. Vnde cognitũ esse omnibus hominibus nõ dubito, manifestoq; cõpertũ ex eo fomite, q̃ iussum fuerat a diuis principibus Diocletiano, & Maximiano parẽtibus nostris, inhibere cõuentus christianoq; plurimas direptiones & prædas ab officialibus factas. Et infra. Igitur vt in posterũ omnis metus, vel ambiguitas auferatur, huius edicti nostri lege sancimus, vt cunctis innotescat, licere his qui christiani sectã, religionẽq; venerant̃, hac nostræ indulgentiæ largitate, vt vnusquisq; quẽadmodũ vult, & prout animo libet, religioni huic, solennitatiq; deseruiat. Sed & orationũ domus, id est dñica sua, vt instaurent pro voluntate permittimus. Sane quo in omnibus cumulatior habeat̃ hæc nostra largitio, etiã illud hac lege sancimus. vt si qua domus agri, vel quælibet præda ex christianorꝝ bonis, antehac parentũ nostrorꝝ præceptis ad fisci ius fuerãt sociata, si qua etiã ab aliquo expetita sunt, vel si qua distracta, aut dono in aliquẽ collata, hæc omnia in antiquũ ius christianorꝝ pręcipimus reuocari, dominisq; propri̇s vniuersa restitui. Hanc mutationẽ dexteræ excelsi, quis non miretur? q̃ homo impijssimus, qui tabulis æneis velut in æternũ mansuris, nostros proscripserat, tam subito manu dei tactus, pro ipsis scriberet inuitus. Post hæc Maximinus grauissimis morborꝝ malis consumptus, amissis primo luminibus, viuendi finem fecit. Licinius vero, qui antea Constantino erga ciuitatẽ dei benignum præbuerat auxiliũ, instinctu dæmonũ in furorẽ versus, a palatio truſos christianos persequi intentat. Contra quẽ Constantinus procinctum mouet, victũq; in Pannonia primo, ac post apud Cibalas, postremo crebris terra, marique bellis assurgentẽ, ad deditionẽ coegit. Sed Herculei Maximiani veritus factũ, priuatũ occidit. Constantinũ vero & Crispum filios, Constantiũ & Liciniũ sororis suæ ex præfato Licinio filios, Cæsares fecit. Ex quibus postmodum, quo zelo nescio, Crispum & Licinium interemit. Ciualas.

De monarchia Cõstantini,& pace ecclesijs reddita, imperioq; iuxta Romanos ecclesiæ tradito,& sede regni Byzantium translata,& de hoc allegationes plurimoꝝ. CAPVT III.

Psal.36. ATtaq; cum iam socijs regno perfunctis,Cõstantinus solus regnaret, regnicq; teneret monarchiã, pax desyderata diu, tribulatæ ad plenũ redditur ecclesiæ,& iuxta quod dicit. Vidi impiũ superexaltatũ,& eleuatũ,& transiui,& ecce nõ erat. Viris impijs,& persecutoribus a terra sublatis,iustisq; de angustia liberatis,velut nube detersa,lætus dies vbiq; terrarũ ciuitati dei coruscare cœpit. Videres tunc vbiq;,& vndecunq; latentes populos,ad populos concurrere,& tanq; vnius capitis membra,in vnũ corpus adunatos sociari.Cerneres etiã luctu verso in gaudiũ festiuitates, ac dedicationes ecclesiarũ in singulis,vrbibus, castellis,vicis,cũ maximo nostroꝝ tripudio celebrari.Christianus em̃ imperator hoc ex deuotione fidei, cũ summa alacritate fieri volebat.Tunc prima edicta dabantur, vt ecclesiæ ædificarent̃. tunc primo catholicis hominibus permittebat̃,vt ecclesiæ eoꝝ prædijs ditarentur.& vt Romanoꝝ habet historia, nõ solum his sereniſſimus imperator assensum præbebat,sed & alijs exempla dans, caput omniũ intantũ Romanã exaltauit ecclesiam,vt beato Syluestro eiusdẽ vrbis pontifici,insignibus regni traditis,ipse se Byzantiũ transferret,ibiq; sedem regni constitueret, Exhinc Romana ecclesia occidentalia regna, tanq; sui iuris a Constantino sibi tradita affirmat, in argumentũq; tributũ,exceptis duobus Francoꝝ regnis, vsq; hodie exigere non dubitat. Verũ imperij fautores, Constantinũ non regnum Romanis pontificibus hoc modo tradidisse,sed ipsos tanq; summi dei sacerdotes,ob domini reuerẽtiã in patres assumpsisse, ab eisq; se,& successores suos benedicẽdos,& patrocinio orationum fulciendos cõtendunt.atq; ad hoc probandũ,q; ipse Constantinus, regno inter filios diuiso,alij occidentẽ,alij orientem tradiderit,& sic per successiones Theodosio quoq;,& alijs,nõ solum hæreticis,sed religiosis principibus cũ occidente Roma sorte deuenerit,inducunt. Aiunt em̃ nunq; tam religiosum principem,quod prius ecclesię tradiderat,filijs reliquisse. vel tam catholicũ imperatorẽ, vtpote Theodosium, quod suum nõ erat,sed esset ecclesiæ,vsurpasse. Quæ omnia diffinire,præsentis negocij non est.

NOTA

Breuis epilogus ab Adam vsq; ad id temporis, de exaltatione ciuitatis dei. CAPVT IIII

HAbuerí tamẽ libet q; miro,& ineffabili modo ciuitas Christi,inter ciues mundi progressa, paulatim crescendo ad tantũ fastigiũ ꝓfecerit. Vt em̃ altius repetam,primo homine creato,a delicijs paradisi lapso in hac valle lachrymarũ vestigiũ cognoscendæ veritatis misericors deus reliquit.Ab hoc dũ hominũ genus traducereꝫ, quibusdã in cognitione veritatis manentibus, plurimis autẽ exorbitantibus, reseruatis ciuibus suis, reliquos aquis diluuij perdidit.Dum ergo rursum ab his genus hominũ ꝓpagatur oblita paulatim in eis cognitione veritatis, error crescere cœpit intantũ, vt circa tempora decimi a Noe Abraæ,excepto ipso,vxoreq; sua,paucos inuenias ciues Hierusalẽ.Ab ipso quoq; vtriusq; ciuitatis ciues,a filio etiã suo Ysaac duos quos dixi populos,ortos inuenies.A tertio vero Iacob,qui & Israel,natos inuenies,xij.principes populi dei,qui ab ipso vocatus est Israel.Hic in Aegyptũ descendens,cũ inter ciues mundi diu peregrinaret̃, ac in ipsa peregrinatione sua, in multũ creuisset populum, prodigijs,& signis ad terrã patrum suoꝝ,accepta in itinere tanq; viatico,lege inducitur, multisq; bonis ibi tẽporalibus acceptis, cuius processu tẽpoꝝ reges potẽtissimos haberet, nunq; tamẽ monarchiã regni obtinuit.Cũ vero dñs ciuitatẽ suã dilatare vellet,& ab illo populo in oẽs gẽtes diffundi,peccatis suis exigẽtibus, regnũ debilitari, ac ipsum captiuari populũ permisit,ipse vero in gentibus,quas ad fidẽ suam vocaturus erat, regnũ Romanorũ, quod cæteris domináret̃, constituit. Quod dũ ad optimũ statũ,summũq; imperij apicẽ profecisset,Christũ filiũ suũ carnẽ susc̃ipere voluit, qui cum iuxta euangeliũ,in ꝓpria venisset,& a suis nõ receptus,quinimmo ab eis cõtumelioſe tractatus,& cruci etiã affixus fuisset, iusto iudicio assumptis de illo populo electis,ceteri excecant̃. ac datis inducijs,cũ nõ resipiscerent,miserabiliter captiuati,in omnes gentes dispergunt̃.Dñs ergo ciuitatẽ suã ab illo populo ad gẽtes transferens, primo humiliari,contemni,multis malis atteri(iuxta quod scriptũ est,Flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit)voluit. Sed quia flagella dum modũ excedunt,tanq; medicina vltra modũ sumpta, animũ potius frangunt, q; emendẽt, desolatã,& humiliatã,vt supra dixi tẽpore,quo decuit, exaltauit ecclesiam. Vt etiã securior de regni cœlestis ꝓmissione fieret, regnũ ei temporale regnoꝝ oĩm maximũ,tradidit.sicq;,vt dixi,paulatim ciuitas dei crescens, ad summũ apicẽ, atq; monarchiã profecit.Et notandũ,q; ante incarnationẽ suam, ciuitas dei ad plenũ honorata nõ fuit. postmodũ vero cũ assumptã carnẽ ad cœlos attolleret, & quasi accepto regno iuxta parabolã,regnũ suũ,i.ecclesiã,ad summũ fastigiũ, quo altius nihil in terra prouexit,vt per hoc ciuibus mundi se nõ solum deũ cœli,sed & dñm orbis ostenderet,ciuesq; suos patriæ dulcedinẽ ex peregrinatiõis prosperitate,doceret appetendã.Nec mouere debet,q; supra mutationes,& miserias rerum, nunc vero prosperitates earũ, viam nobis ad patriã esse diximus. Sicut em̃ tam varietas eius, q; prosperitas stultũ amplius prouocant ad amorẽ suum,sic vtraq; sapientẽ ea cõtemplatione qua diximus a se abstractũ,ad amorem patriæ inflammat.Vnde puto sapientẽ in libro qui Ecclesiastes.i. cõcionator vocatur,tam calamitatibus,q; prosperitatibus mortaliũ inductis,de vtrisq; cõcionari,vt vtriusq; cõsideratione status ad contemptũ mũdi,amorẽq; patriæ se allici luce clarius ostenderet.Vnde cũ de vtraq; satis, abundeq; cõcionaretur parte,illo ad quẽ omnia tendunt fine,litem decidit. Finẽ inquit, loquendi pariter oẽs audiamus.Deũ inquit time,& mandata eius obserua, hoc est ois homo. Et vt cognoscas,q; vna, eadẽq; res stultũ ad voraginẽ vitioꝝ trahit, sapientem ad cœlestis vitę desyderiũ mittit,audi prophetiã,Quia delectasti me ait,dñe in factura tua,& in operibus manuũ tuarũ exultabo. Subiungitq;. Vir insipiens nõ cognoscet,& stultus nõ intelliget hęc.Ac si diceret.Factura tua, quę cur,vel ad quid facta sit,a stulto nõ cognita, illum ad pernicioſum sui amorẽ inordinate trahit,me ad te cognoscendũ,qui illam pulchrã,& delectabilẽ ipse pucherrimus,& suauissimus fecisti accendit. Ciuitas igit̃ Christi, pene omnia sibi exceꝑta ĩmortalitate promissa,in præsenti iam accepisse cernit̃.Deniq; vt per ea quę iam impleta vides, cætera quoq; quæ promittunt̃, sine dubio cognoscas, vide crucẽ Christi,ignominiã eius,suppliciũ eius, totiq; orbi ante solo noie horribilem,iam in tantã profecisse gloriã, vt a regibus adoret̃, omnibusq; pene hominibus factũ sit venerabile, ac amabile.Cerne q; iã reges inde insignia sua deco-

Ad Heb.12.

Lucæ.19.

Eccs.12.

Psal.91.

rari gloriant, vnde antea sceleratis, & flagitiosis supplicia impẽdebant. Si ergo deus sic honorauit suppliciũ suũ, quomodo honorabit corpus suum, sanctos suos, imaginẽ suam? Argumentũ igitur futuræ beatitudinis sapientis animo, prosperitates sunt præsentis tranquillitatis. Sed iam ad historiæ seriẽ reuertamur.

De exaltatione vrbis Constantinopolitanæ, de Arriana hæresi, & Nicẽno concilio. De Paulo & Antonio, primisq; eremitis, & inuentione sanctæ crucis. De cõuersione Indorũ & Hyberorum, & morte Constantini. CAPVT V.

COnstantinus, vt dixi, sedem regni Byzantiũ transtulit, eãq; omniũ pene vrbium diuitijs locupletatã, ex nomine suo Cõstantinopolim vocauit. quæ exhinc, & ob hoc regia vrbs, vel Nearoma vocata, patriarchalẽq; sedẽ sortita, scd'm locũ post Romanã ecclesiã, quẽ prius Alexandrina habuerat, obtinuit. Ex hoc regnũ Romanorũ ad Græcos translatũ inuenitur, mãsitq; propter antiquã vrbis dignitatẽ solo nomine ibi, re hic, sicut Babyloniorũ. Vide regno Christi crescente, regnum mundi paulatim imminui. Igitur dum ciuitas Christi multis modis proficeret, pacẽq; exterius ab hostibꝰ haberet, hostis humani generis diabolus, intus eam lacescere attentat. Dũ itaq; Petro persecutionis tẽpore martyrio coronato, Achillas Alexandrinã sedẽ gubernandam suscepisset, hoc in pace ecclesiæ defuncto, eandem Alexander regebat ecclesiã. Huius diebus omniũ spurcissimus presbyter Arrius, nephandissimam hæresim de inæqualitate trinitatis cõdidit. Contra quẽ celeberrimũ illud Nicenũ congregat cõciliũ, damnatoq; ibi cũ fautoribus suis Arrio, fides catholica in præsentia principis roboratur. Fuerunt his diebus clarissimi regni Christi principes, Paulus, & Antonius primi eremitæ, quorũ prior persecutionẽ Decij fugiens, ac in desertis latitare cupiens, necessitatẽ vertit in voluntatem, ibiq; continentissime viuens, plenus dierũ moritur, animaq; eius inter choros pphetarum, & apostolorũ deducta cernitur ab Antonio. Alter vero & ipse sanctissimæ, & arctissimæ vitæ, multis ad arctioris vitę zelum prouocatis, in pace quieuit. Circa idem tempus Helena Cõstantini mater, crucẽ domini Hierosolymis inuenit, mediaq; parte eius ibi relicta, alteram ad vrbem regiam transportauit. Vnum quoq; sacrorũ clauorũ fabricari fecit, ac inde filio suo Augusto frenũ cõ
Zacha. 14. pegit. Prophetiã ibi impletã esse volunt, qua dicitur. Et erit quod in freno est, sanctũ domino. Eodem tẽpore vlterior India occasione duorũ puerorũ, quorum vnus Edisius, alter Frumentícius vocabat, verbi dei semina accepit. vbi & post modũ Frumentícius episcopus ordinatus, multis virtutibus claruit. Gens q̃q; Hyberorũ, quæ sub axe Pontico iacet, mulieris captiuæ occasione, fidẽ recepit. Quæ qui plenius scire desyderat, in ecclesiastica Hieronymi historia inueniet. Constantinus ferocissimã gentem Gothorũ in Sarmatarũ regione deleuit. Dalmatium vero fratruelẽ suũ, Galli & Iuliani fratrẽ, Cęsarem fecit. Ipse autẽ cum
Orosiꝰ habet in villa in Persas ire proponit, in via publica iuxta Nicomediã, repu. bene ordinata, ac filijs suis tradita, xxx. imperij sui anno moritur.

De principatu filiorũ Constantini, qualiter Constantius in Arrianã hæresim inciderit, de morte Arrij, & sacerdotio Athanasij. CAPVT VI.

ANno ab incarnatione dñi. cccxli. Constantino successit cũ duobꝰ fratribus Constante, ac Constantino, Constantius filius suus. xxxv. ab Augusto. Hic a quodã presbytero, Arrij discípulo deceptus, in Arrianam hæresim incidit. Causa autẽ erroris hæc fuit. Soror patris sui Augusti moriens, prædictũ presbyterũ fratri cũ summa diligentia cõmendauerat. Cum ergo & ipse in suburbana villa Nicomediæ moriẽs, inter filios regnũ partiẽ, Constantius, cui regnũ orientis sorte deuenit, forte aberat, cui testamẽtũ pater per Arrianũ illũ misit, obtestans eum ne alij traderet. Presbyter cũ testamẽto regnũ tradẽs Constantio, intantũ familiaris efficit principi, vt facile veneno pernitiosissimi dogmatis imbutũ, eum ad suã sectam traheret. Eusebius Nicomediæ episcopus, eodẽq; veneno infectus, Arriũ, qui ob perfidiæ suæ virus ab Alexandro epo venerabili, Alexandria pulsus erat, reuocari, cõciliũq; congregari suadet, & sic iussu principis, tam Alexãder, q̃ Arrius ad audientiã Cõstantinopolim vocant. Itaq; tota nocte vir dei Alexãder in oratione iacens, causam ecclesiæ dño cõmendabat. Mane facto Eusebius Arriũ ad ecclesiã vocat. Qui
Arrius moritur. dum in itinere humanę necessitatis causa, ad secessum declinaret, iusto dei iudicio, blasphemiæ, ac fœtidæ mentis pœnas soluens, in fœtido, ac turpi loco euisceratus moritur. Fautores sui pudore, ac cõfusione pleni, diffugiunt. Imperatorem vero rem gestam celando, per eunuchos cõtra catholicæ fidei doctores amplius accẽdunt. Nõ multis post diebus Alexandro mortuo, Athanasius substituitur. Hic feruentis ingenij, & in ecclesiasticis negocijs vigilantissimus, nõ solum cõtra hæreticorũ versutias solertissimus fuit, sed & cõtra imperatorũ potentiã fortissimus extitit agonista. Cuius virtutes, agones, & labores qui scire vult legat tripartitã historiam, siue ecclesiasticã, a beato Hieronymo scriptam.

De morte Constantini, ac laboribus Athanasij. CAPVT VII.

COnstantinus dum Constantẽ fratrẽ suũ bello insectatur, nõ longe ab Aquileia iuxta Alsam fluuiũ, a ducibus eius occidit. Cõstantiꝰ occiso Constantino, solus orientẽ, Constante occidentẽ habente, tenuit. Nã Dalmatius Cæsar, patruelis eorũ, a militibus ante occisus fuerat. Igitur hæretici verentes ne forte si Athanasius adeundi principẽ locum haberet, catholica eum imbueret fide, circũuento prius Augusto, Athanasiũ sceleratũ, & flagitiosum mentiunt. ostenduntq; in argumentũ cuiusdã Arsenij brachiũ, quod ab ipso magicæ artis gratia, præcisum dicebant. Quod idcirco fecerunt, quia præfatus Arsenius ab Athanasio certis de causis de ecclesia pulsus, vbi esset ignorabat. Itaq; iussu imperatoris apud Tyrũ cõgregat concilium, positoq; in causa Athanasio, producit Arsenius. Qui dum vtrasq; manus haberet, calumniatorũ apparuit mendaciũ. In eodẽ etiã concilio meretrix, quæ se ab eo corruptã fateretur, inducit. Sacerdos Christi Timotheũ presbyterũ suũ monet, vt pro se loquat. Ille vero dũ quæreret ab ea, si ipse scelus hoc perpetrauerit, Tu tu, inquit, in illo loco hoc fecisti. Tum oẽs ridiculosus pudor habere cœpit, nec propterea persecutio principis in Athanasiũ cessauit, quinimmo post multa pericula, ad fratris imperiũ in occidentẽ eum fugere cõpulit. A quo humane susceptus, honorifice habitus, ac postmodũ in cathedrã suam potenter remissus est. Ibidem manens in ecclesia Treuerorũ sub Maximino eiusdem ecclesiæ episcopo, Quicunq; vult, a quibusdam dicitur edidisse.

De expulsione Liberij Romani pontificis, de Victorino & Donato, de alijs præclaris sacerdotibus, & psecutionis imanitate. CAP. VIII.

EO tempore Liberius Romanus pontifex, habita prius cũ imperatore disceptatione, in qua cũ Constantius eum tanq; suæ ciuitatis episcopũ, primo cõmonendũ, post obiurgandũ putauit, in exiliũ trudi tur, Felixq; diaconus suus, ab hæreticis ei subrogat. Inter hunc Liberium, & Siluestrũ, medius sedit Iulius. Hisdem diebus Victorinus rhetor, & Donatus grãmaticus Romæ clari habent. Floruerunt tunc ciuitatis dei principes, Paulinus Treuerensis, qui Maximino successerat, Dionysius Mediolanensis, Eusebius Vercellensis, Hilarius Pictauensis episcopi. Qui omnes ob fidei catholicæ testimoniũ, in exiliũ missi ferunt. Ex quibus Hilarius nõ solũ verbo, & exemplo ecclesiã dei informauit, sed etiã multa scripturarq; monimenta, gallicanã subtilitatẽ, & eloquentiã redolentia, reliquit. Pulso de sede ppria Athanasio, Georgius procaciter episcopatũ sibi vendicabat. Anthiocena, & Hierosolymitana ecclesia his malis plurimũ laborabant. Non solũ autẽ ille, sed vbiq; terrarũ diffusa ciuitas Christi, his intestinis malis angebatur.

De morte Constantis, & vltione super hoc fratris sui Constantij. De Iuliani apostasia, & morte Constantij. CAPVT IX.

CONstãs autẽ aduersus Saporẽ Persarũ regẽ, qui Mesopotamiã inuaserat, vario euentu nouẽ gessit prælia. Nouissime dum indiscrete pugnã adoriri cogitat, nocte victus aufugit, ac postmodum in oppido Helena iuxta Hispaniam dolo Magnentij occisus est. Magnentius apud Augustudunũ imperiũ inuasit. In Illyrico Veteranionẽ quendã senẽ imperatorẽ milites creant. Nepotianus Cõstantini sororis filius, imperiũ vsurpãs, a Magnentianis militibus opprimit. Igit dũ Constantius fratrẽ vlcisci statuit, Veteranionẽ quidẽ primo purpurã deponere cõpellit, & post Magnẽtio bellũ indicit, pugna horribilis cũ maximo Romanorũ detrimento cõmittit. Magnen
Decentius. tius tamẽ victus, nõ multo post apud Lugdunũ seipsum interfecit. Decennius etiã frater eius, quẽ ipse in Gallijs Cæsarẽ fecerat, laqueo se apud Senonas suspendit. Constantius vero Gallũ patruelẽ suũ Cæsarẽ factũ, tyrannice agentem, occidit. Post hoc Iulianũ fratrẽ Galli, Cæsarẽ legit, ac in Gallias misit. Hic primo clericus ab Augustis factus, ac lector ordinatus, a peruersis hominibus deceptus, militiæ cingulum sumpserat. Iulianus oppressas ab hoste Gallias, fusis Alemannis, ac Germanis Rheno flumine seiunctis, in priorem statũ restituit. Dumq; his elatus successibus, in templũ quoddam veniret, corona subito sup caput eius cecidit. Quo viso, milites imperiũ sibi a dijs hoc omine affirmãt auguratum. Qua vesania, prioriq; prosperitate deceptus, Iulianus Augusti nomẽ vsurpat, fidemq; Christi abdicat. Inter hæc Constantius aduersus Parthos procinctum mouerat, sed Iuliani fraude cõperta, dum ad ciuile bellum reuertit, anno imperij sui. xxiiij. in via moritur.

De persecutione astuta Iuliani, & ciuibus Christi, qui ei viriliter restiterunt. & ad vltimum, quomodo, & vbi percussus fuerit Iulianus. CAPVT X.

ANno ab incarnatione domini. cccl xiiij. Iulianus Cõstantio mortuo, xxxvi. ab Augusto imperiũ assumpsit. Hic primo velut antecessoris sui facta arguens, episcopos ab exilio reuocari iubet, post vero ecclesiã dei arte potius, q; vi persequi intẽtat. Denicq; tanq; religionis cõsyderatione remouendos eos a ludis, & a sacramento militiæ arcendos, postremo ab omni possessione terrena, vtpote quibus lex ppria dicat. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus, cohibendos decreuit. Templa vero paganorũ aperiri iussit, fastigia imperialia, vtpote cocos, eunuchos, tõsores, publicũ cursum caballorũ, & mularũ, tanq; philosophus amputauit, lectionicq; nocte vigilans, & scribens, die scripta in senatu recitans, operam dedit. Vnde & philosophos super omnes amplexatus fuit, solusq; imperator post Iuliũ Cæsarẽ philosophiæ studium coluit. Scriptis vero suis nõ solum antecessores suos imperatores, sed etiã christianos lacerauit. Vnde de ipso So-
crates in tripartita historia sic ait. Vt cocos, atq; tonsores expelleret, opus philo Socrates.
sophi, nõ tamẽ imperatoris egit. vt autẽ detraheret, atq; laceraret, neq; philosophi, neq; imperatoris fuit. Ea tempestate præclari ciuitatis dei ciues fuere, Miletus Antiocenus, Marinus Calcidonensis, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus epi. Quorũ vnus Marinus prouectus ætate, & moribus, oculisq; imbecillis, Iuliano in vrbe regia Fortunæ sacrificanti, in faciem restitit, eumq; impium, & sine deo apostatãq;, vt Zosemenus in tripartita refert historia, vocare non metuit. Cui dũ Iulianus tanq; philosophicæ patientiæ, nihil aliud q; cæcitatẽ improperasset, dicens. Neq; Galilæus deus tuus te curare potest, respõdisse fertur. Ego deo meo pro cæcitate gratias ago, quia hoc ideo est gestum, ne te videam pietate nudatũ. Basilius vero & Gregorius ex philosophica, & eremitica vita, ad culmen sacerdotij assumpti, nõ solũ huic tyranno, & Valenti hæretico, auctoritate pontificali restitere, sed & scripturarũ suarũ monimẽta vtilia admodum, & profutura, ecclesiæ dei reliquere. Iulianus ex subtilitate ingenij, philosophos sectare volens, in tantã super se leuatur vesaniã, vt iuxta Pythagorã, spiritũ in se Alexãdri requieuisse diceret, ipseq; ad instar eius, totũ orbem sibi subiugare pararet. Huius rei gratia, dũ aduersus Persas procinctũ moueret, a quodam in insidias vocatur. Vbi dum ex sterilitate locorũ miles deficeret, ipse telo in incertũ misso, post annũ, & menses. viij. exquo imperare cœperat, exquo vero Cæsar ordinatus fuerat, anno. vij. ætatis. xxxi. ictus, interijt. Fertur de ipso, q eũ iaculũ cõtra se venire videret, ex diuina id animaduersione fieri cognoscẽs, nõ ad pœnitẽtiã motus, sed ad obstinationẽ deuolutus, ore blasphemo diceret. Vicisti Galilæe. Hoc em̃ noie Christũ vocare solitus erat. Sic ergo dñs ciuitatẽ suam ab impijssimo tyrãno, qui christianorũ sanguinẽ dijs suis vouerat, ad plenum liberauit. Legitur in vita beati Basilij, ex precibus eiusdẽ sancti viri, eoq; Cęsareã Cappadociæ, cui pręsidebat, in reditu fundítus delere decreuerat, hoc telum a beato Mercurio martyre cœlitus missum, in argumentũq; huius rei, ferrum, quod iuxta eiusdẽ martyris tumbam iacebat, cruentũ mane dicit fuisse inuentũ. Quia vero Porphirius, & Calixtus, & cæteri fautores eius sapientiã, pietatẽq; Iuliani prædicant, qualia post mortẽ eius simulacra magicæ artis gratia instituta, inuenta fuerint, breuiter aperiam. Ait ergo Socrates in tripartita hoc modo. Cumq; mortuus fuisset, & impio pius succesisset in imperiũ, ingredientes in templũ, viderunt mulierẽ a capillis appensam, extensas habentẽ manus,

cuius vterũ aperuerat, vt Persarꝝ victoriã in iecore eius inspiceret. Hoc scelus in Carris inuentũ est. Verũ in Antiochia plurimas arcas in palatio aiunt fuisse repertas, humanis capitibus plenas, & innumera in puteis dimersa corpora mortuorꝝ. In qua ciuitate cõperta nece eius, nõ solũ in ecclesijs nostros, sed & in theatris paganos exultantes resultasse, præfatus scriptor cõmemorat, & clamasse. Maxime fatue, vbi sunt nunc tua vaticinia? vicit deus, & Christus eius.

De principatu Iouiniani christianissimi, & orthodoxia illius, & ad vltimum quomõ, vel vbi obierit. CAPVT XI.

ANno ab incarnatione dñi. ccclxvi. Iuliano mortuo, ac in summo discrimine posito milite, Iouinianus natione Pãnonius, vir christianissimus, votis omniũ petitur. Qui dũ se gentilibus, eo ꝙ christianus esset, imperare nõ posse diceret, & ipsi se christianos affirmabant. Iouinianus ergo. xxxvij. ab Augusto imperator creatur. Hic pro exercitus periculo cũ Sapore rege Persarꝝ fœdus Romanis quidẽ ingloriũ, sed tẽpori congruũ iniens, tradito quodã oppido cũ superiori parte Mesopotamiæ, militẽ redemit. Cumq; esset catholicus, episcopos a Cõstantio in exiliũ trusos, ad ꝓprias sedes reuocauit, templa deorꝝ claudi fecit, ac sacerdotes eorꝝ fugauit. Athanasiũ vero catholicæ fidei defensorẽ, vt eũ de fide imbueret, scripto rogauit. Cui ille assumptis probatioribus episcopis, rescripsit in hunc modũ. Pijssimo, atq; clementissimo victori Augusto Iouiniano, Athanasius, & reliqui episcopi cõuenientes ex Persona omniũ episcoporꝝ Aegyptiorꝝ, Thebaidis, & Libyæ. Decet deo amabilem principẽ, discẽdi habere voluntatẽ, desyderiũq; cœlestiũ. Sic em̃ vere & cor habes in manu dei, & imperiũ in pace multis annorꝝ curriculis gubernabis. Volente igit̃ a nobis tua discere pietate catholicæ ecclesiæ fidẽ, gratias ob hoc dño referentes, curauimus vt prolatã ab omnibus patribus in Nicea tuæ pietati insinuaremus fidem. Hanc em̃ quidã repudiant, nobis equidẽ frequẽter insidiati sunt, eo ꝙ Arrianę nõ cõsentiremus insanię. Arrius em̃ quidã, eiusq; sectatores irrupere, & impietatẽ aduersus eam introducere tentauerunt, dicentes ex nõ extantibus, & creaturã atq; facturã, conuertibilẽq; esse filiũ dei, plurimosq; per talia seduxerunt, ita vt etiã qui aliquid esse videbanẽ, blasphemia hmõi tra herent. Et post pauca. Necessario cõsiderantes lesionem, quæ hmõi causa cõtra populũ generat̃, offerre tuæ pietati cõfessionẽ cõcilij Niceni curauimus. Est aũt hæc Niceni cõcilij fides. Credimus in vnũ deũ patrẽ omnipotentẽ &c̃. Eos aũt qui dicunt, erat qñ nõ erat, & anteq; nascerẽt, uõ erat, & quia nõ extantibus factus est, aut ex altera subsistentia, vel substantia, dicentes esse aut creatũ, aut cõuertibilẽ, aut mutabilẽ filiũ dei, hos anathematiẓat sancta catholica, & apostolica ecclesia. Quas literas imperator legens, gratanter suscepit, fidẽq; catholicã datis roborauit edictis. Legem etiã qua sacrarũ virginũ non solum raptores, & violatores, sed & impudici inspectores capite plecterenẽ, promulgauit. Verum Athanasium ad imperatorẽ Antiochiæ morantẽ venit, eumq; familiari vsus colloquio, de fide catholica informauit. Ipse aut̃ christianissimus princeps ab Antiochia Tharsum Ciliciæ venit, ibiq; antecessoris sui Iuliani corpus honorifice sepeliens, consul vocatus est. Inde ad Illyricũ digrediens, ac per Galatiam iter agens, in domo quadã nuper calce illita, dum prunæ ponerentur, ex calore prunarum, & nidore parietũ suffocatus, immatura morte. xxxiij. ætatis suæ anno, imperij vero. viij. mense, regno simul, & vita perfunctus obijt.

De imperio Valentiniani, eiusq; industria sub Iuliano. De fratre suo Valente. CAPVT XII.

ANno ab incarnatiõe dñi. ccc. lxvij. Valentinianus item Pannonius, ac mediocri stirpe ortus, sed animi ac corporis magnitudine valens & vrbanus. xxxvij. ab Augusto, cõsensu militũ in Nicea assumpsit imperiũ. Is dum sub Iuliano Augusto millenarius, ac circa palatiũ cõstitutus esset, ipso quodam die Fortunæ templũ ingrediente, ministrisq; templi introeuntes, gentili ritu purificare volentibus, dum imperatorẽ præcederet, guttam forte aspersionis in chlamyde habuit. Quod ægre ferens tanq; eiusmodi nõ purgatus, sed pollutus expiationib⁹, ministrũ tẽpli, vere fortis, & strenui militis officiũ gerens, pugno ꝓcussit. Ob quã causam a Iuliano a militia trusus custodiæq; mãcipatus, post eius mortẽ iuxta promissum dñi, centuplũ recipiẽs pro militia imperiũ est adeptus. Hic Valentẽ fratrẽ suũ imperij sociũ legit, Procopiũ etiã tyrannũ cũ cõplicibus suis occidit. His diebus terremotus maximus pelagus quoq; excussit, quod plurimas insulas, & vrbes inuoluit.

De filio eius Gratiano, Ambrosio, synodoq; Illyrico. CAP. XIII.

ANno imperij sui. iiij. Gratianũ filiũ suũ imperatorẽ fecit. Tunc apud Atrebatas vera lana, pluuijs mixta descendisse dicit̃. Valentinianus Auxentio Mediolanẽsiũ episcopo defuncto, cõciliũ cõuocat epoꝝ, habitoq; exhortationis verbo, eos pontificẽ eligere suadet. Cũq; clamore oborto, alij hunc, alij illum peterent, Ambrosius tandẽ præses, & cathecumínus ab omnibus exposcitur. Videns ergo princeps vota omniũ in eũ cõcurrere, baptismi gratiã primũ consecutũ, sacerdotẽ eum ordinari præcepit. Sic Ambrosius, qui nõ solum factis, sed & dictis, & scriptis plurimũ ecclesiam dei post modũ fœcundauit, baptismi simul & sacerdotij dona suscepit. Verũ imperator in Illyrico synodũ congregauit, ibiq; Niceno concilio confirmato, ipse cũ socijs regni Augustis, scripsit hoc modo. Imperatores maximi, pij, victores, Augusti, Valentinianus, Valens, & Gratianus, episcopis diocesis Asiæ, Phrygię, Carofrigiæ, Pacatianæ in dño salutẽ. Tanto cõcilio in Illyrico celebrato, & subtiliter habita quæstione de salutari verbo, ostenderũt ter beati pontifices, trinitatẽ cõsubstantialẽ patris, & filij, & spiritussancti, quã nequaq; declinãtes, iusta mysteria religionis magni reges exercent. Hanc ergo prædicari decreuit nostra quoq; potentia, ita tamẽ vt non dicant aliqui, Sequimur religionẽ imperatoris, hanc patriã gubernantis, & nõ illi potius obedientes, qui nobis salutis mandata cõtradidit. Euangeliũ nanq; Christi nostri sic ait, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Ambrosiꝰ floruit.

De morte Athanasij, patribusq; Aegypti, & episcopatu Moysi, & errore Valentis, victoriaq; Valentiniani, & morte eius. CAP. XIIII.

HIs diebus Damaso post Liberiũ in vrbe Roma sedente, Athanasius post multos agones. xlvi. sui pontificatus anno, beato fine quieuit, Petrũq; tẽtationũ suarũ sibi sociũ substituit. Quẽ Lucius Arrianus sedem inuadens Romã fugauit. Per idem tẽpus florebat Aegyptus

multis sanctorũ milibus, ex Antonij discipulis in eremo philosophantibus. Ex quibus duo Macharij, Isidorus, Pambos, Moyses, Beniamin, Scaron, Helias, & Paulus, Hilarion, Pachomius, Ioannes, & alij ꝯplures, signis & ꝓdigijs aplicis cæteris mortalibus eminebãt. Quorũ virtutes, vitãq; cõtinentissimã, ac humanã fragilitatẽ, transcendẽtesq; labores qui scire cupit, legat Hieronymũ, & eã q̃ tripartita vocaẽ Vitaspatrũ. Ex quib⁹ Moyses dũ ad episcopatũ traheret, Lucioq; tanq; Alexandrinorũ præsuli cõsecrãdus offerret, publice hæreticũ eũ nominãs, pollutas, & cruẽtas manus, quibus sctõs, & orthodoxos ꝓ fide catholica in exiliũ miserat, sibi imponi abnuit, & ab epis qui exulabant, sacerdotiũ suscepit. Interea Valens impator, qui primo catholicus fuerat, amore vxoris tanq; Euę, suę illectus, fraudeq; Eudoxij Cõstantinopolitani epi Arriani circũuẽtus, ab eo baptiçatus, in Arrianã hęresim incidit, atq; ad infelicitatis suę cumulũ, miserrimo iureiurando ad seruandũ impietatis dogma se obligauit. At Valentinianus fortissimã gentẽ Saxonũ, Francorũ terminũ inuadentẽ, bello pressit. Burgũdiones etiã qui quondã a Druso Tyberio subacta interiori Germania, inde ꝓgressi Gallias occupauere, grauí plio deuicit. Ipse vero dũ cõtra Sarmatas, qui Pannonias occupauerãt, bellũ parat, anno imperij sui. xi. apud Brictionẽ oppidũ moritur.

De principatu Valentis cũ filijs Valentiniani, persecutioneq; eius, & victoria Gratiani. CAPVT XV.

ANno ab incarnatione dñi. cccl.xxxiij. Valẽs. xxxix. ab Augusto orientis imperiũ rexit, Gratiano, & Valentiniano, Valentiniani filijs, regnũ occidetis gubernãtibus. Hic Arrianorũ (vt supra dixi) errore deceptus, legẽ dedit, vt monachi ad militiã cogerent. Vnde multi ĩ Aegypto milites Christi, dũ terreno regi militare recusant, martyrio coronant. Inter hæc Necromãtiæ arte, quis post eũ regnaturus foret, pscrutat, mõstratisq; sibi q̃ttuor literis, t.e.d.a. oẽs quos has literas in capite noĩm habere cõperit, necari fecit. Ex q̃ factũ est, ut Theodosiũ comitẽ Theodosij, qui post imperio prę-
Orosi⁹ Firmũ habet. fuit, patrẽ, cuius ab eo cõtra Sirmiũ missus, tã ipm Sirmiũ, q̃ ab ipso Maturorũ gentes in seditiõe cõcitatas delesset, occidí pręceperat. Qui prius apud Carthaginẽ baptismi cõsecutus gratiã, percussori sponte iugulũ præbuit. Interea Gra-
Argẽtaria. tianus Christi fretus auxilio, apud Argentariã Galliæ oppidum, cũ paruo Romani militis detrimento, plus q̃. xxx. Alemannorũ milia fudit.

De Gothis, & Hunis. qualiter Gothi a Valente Arriani effecti, ipsum postmodum cremauerunt. CAPVT XVI.

CIrca idem tẽpus cõtrouersia in regno Gothorũ, inter Fridegernũ & Athalaricũ orta, Fridegernũ debilioris causæ gratia Romanorũ auxiliũ postulare cõpulit. Qui dũ ad Valentẽ venisset, accepto ab eo milite, Athalaricũ in fugã vertit. Volẽs aũt bñficia recõpensari principi, eius pnicios um dogma amplexatus est. Et hinc Gothi Arriani effecti sunt Gulfilas Gothorũ epũs lras tũc Gothicas inuenit, in quas cũ diuinas scripturas vertisset, ac in regno Athalarici pdicare cœpisset, Athalaricus eo q; paganꝰ esset multos ex eis supplicijs affecit, q̃s Arriani ꝓ martyribus venerant. Non multo post Gothis iã inter se pacatis, Hunorũ gens horribilis, tanq; ex incubis, & meretricibꝰ, ut Iordanis refert, originẽ trahẽs, ducatu ceruæ de Meotidis paludibꝰ

egressa, fortissimã gentẽ Gothorũ, cũ rege suo Hermanarico, intantũ terruit, ut præfatus rex, qui multas ante nationes domuerat, tam huius gentis horrore, q̃ inflicto sibi a quodã suo milite vulnere fraudulẽter. c. & .x. annorũ mortuus sit. Ostrogothorũ hunc regẽ fuisse describit Iordanis. Duo eñ regna Gothos habuisse, quorũ aliud Vuisigothorũ, aliud Ostrogothorũ, ꝑfatus scriptor, qui & ipse Gothus erat, cõmemorat. Post mortẽ Hermanarici, fracti anio Gothi, rursus ad Valentẽ mittũt, locũ habitatiõis petũt. Quibus Valẽs in Thracijs habitare cõcessit. Porro dũ ex odio, & inuidia vicinorũ incredibili fame laborarẽt, vocati a quodã duce dolo ad cõuiuiũ, insidias primo ꝓcauentes, ipsos qui eos inuitauerant, sternũt, post tota terra igne, & ferro depopulata, vbiq; diffundunt. Cõtra quos Valẽs ab Antiochia procinctũ mouẽs, sera pœnitẽtia ductus, catholicos ab exilio reuocari iubet epos, ipse tñ a perfidia sua, ꝓpter iusiurandũ nõ recessit Pugna in Thracia cõseritur, vbi dũ Romanus fugatur exercitus, imperator sagitta sauciatus, in cuiusdã villulæ casa fugiens, latitare voluit. Quẽ insequẽtes Gothi anno imperij sui. xv. post mortẽ vero fratris sui. iiij. cũ casa pariter incendunt. Iusto dei iudicio id factum credit, ut qui eos verã fidẽ petẽtes, igne pfidię accenderat, ipse ab eis igne materiali accensus, cõmuni q̃q; careret sepultura.

De imperio Gratiani, & Valẽtiniani post mortẽ patrui, & Theodosij a Gratiano in regnũ assumpti. De secũda synodo habita sub Damaso. De morte Athalarici, occisiõe Valẽtis, & electiõe Valẽtiniani. CA. XVII.

ANno ab incarnatione dñi. cccl.xxxiij. Gratianus. xl. ab Augusto, imperiũ q̃d cũ Valente ante habuerat, cũ Valẽtiniano fratre obtinuit. Qui reip. subuenire volens, Theodosiũ natiõe Hispanũ, fortẽ, ac religiosum militẽ, apud Syrmiũ purpura indutũ, imperatorẽ orientis fecit. Huius diebus synodus secũda. cl. eporũ sub Damaso papa, aduersus Macedoniũ, & Sabelliũ, quorũ prior spiritũ sanctũ ꝓ filiũ factũ dicebat, alter vero sine psonarũ discretione, eundẽ patrẽ, quẽ & filiũ esse asserebat, in vrbe regia cõgregat. damnatisq; & anathematiçatis simul cũ Arriana hęresi hęresibus, fides confirmat catholica. Theodosius vero tã virtute, q̃ prudẽtia, Gothorũ gẽtes deuicit, fędereq; cũ Athalarico rege eorũ inito, ipm ad se Cõstãtinopolim vocauit Quo cũ venisset Athalaricus, diẽ vltimũ clausit. Gothorũ vero gentes virtutem & mansuetudinẽ principis vidẽtes, Romanorũ se subdidere imperio. Theodosius Archadiũ filiũ suũ sociũ imperij legit. Inter hæc Maximus arrepto ꝓ tyrannidẽ in Britãnia imperio, Gratianũ sexto post mortẽ Valentis imperij sui anno in Gallijs interfecit, fratrẽq; suũ Valentinianũ Italia expulit. Qui ad Theodosium fugiens, ab eo paterne excipitur.

De imperio Theodosij, pacęq; ecclesiæ, ac sacerdotibus Christi. De triũphis, & humilitate, ac de morte. CAPVT XVIII.

ANno ab incarnatiõe dñi. cccl.xxxvij. Gratiano interfecto, Theodosius. xli. ab Augusto Romanũ imperiũ solus obtinuit. His diebus ciuitas Christi, sopitis tã forẽsibus, q̃ ciuilibus malis, plenũ gaudiũ, pacẽq; pfectã habere cœpit. Floruerũt autẽ tũc illustres viri, moribꝰ vita, ac sciẽtia graues, Martinus Thuronorũ epus, Ambrosius Mediolanẽsiũ antistes, Seuerinus Coloniẽsis præsul, Hieronymus pbyter, Augustinus q̃q; ca-

thecuminus ab Ambrosio tunc baptiçatus inuenit. Itaq; christianissimus imperator Augustũ vlturus occisum, restituturus vero exulantẽ, aduersus Maximũ, in deo magis, q̃ in hoĩe confidens, procinctũ mouet. Quẽ in Aquileiensium finibus aggressus, interemit. Quo viso Andagnatius comes, qui eius fautor erat, semet mergendo necauit. Peracta victoria, Theodosius cum Honorio filio suo paruulo, Romã venit, ibiq; ordinata bene rep. & Valentiniano occidẽtis imperio relicto, Cõstantinopolim redijt. Porro Valentinianus dũ ad Gallias reuertitur, fraude Arbogasti, ac Eugenij laqueo, vt a quibusdã dicit, suspendit, Eugeniusq; ab Arbogasto imperator creatur. Quidã tñ dicunt, eum ꝓprijs manibus ex dolore hoc genus sibi mortis intulisse. Hic est Valẽtinianus, qui ab Ambrosio cathecuminus factus, anteq; gratiã baptismi perciperet, morte hmõi preuentus est. Qua de re prædictus eẽus epistolã lugubrẽ dictauit, quã sic incipit. Ventrẽ meũ doleo. v. m. do. In qua ab eodẽ inuenit dictum, Quia quẽ in Christo renaturus eram, amisi, ipse vero gratiam quã popposcit, nõ amisit. Ex qua auctoritate quidã nostri tẽporis theologi diuinant, post promulgatã sentẽtiã euãgelij, qua dicit, Nisi qui renatus fuerit &c̃, aliquos sine sacramẽto baptismi, vel effusione sanguinis ob testimoniũ passionis Christi, vel attestatione dñica saluari posse, sic ratiocinantes, q̃ nõ alligauit deus sacramẽtis potentiã suã, nõ bene considerantes quid, scd'm quid loquant auctores, quid opinando, quid asserendo, quid ex magnitudine doloris, semet consolando. Quod tñ & si verũ sit, dei potentiã regulis ecclesiasticis, vel sacramentis non cohiberi, mihi tamẽ qui christiana regula stringor, necessariũ erit credere, prẽter hoc neminẽ posse saluari. Quare q̃uis deo tanq̃ oĩpotenti, iudæũ, vel gentilem, vel nõ baptiçatũ, sine effusione sanguinis, ut dictum est, vel attestatione propria, possibile sit saluari, mihi tamẽ hoc credere erit impossibile, & ita diuina potentia in talibus nõ sibi sed mihi alligatur. Et mirum, si hoc pietate ducti dicunt, quare nõ eadẽ pietate hoc de paruulis sentiant. Quod si obiciunt, q̃ isti tanq̃ adulti credere possunt, q̃ non illi audiant, q̃ illi solo originali delicto obligati tenentur, q̃d nõ isti. Restat ergo ut nos cũ illis, ac illi nobiscũ diuinã admiremur, in talibus non discutiamus, potentiã, exclamantes cũ Apostolo, O altitudo. & cum propheta, Iudicia tua abyssus multa. Sed hæc hactenus. Morte Valentiniani comperta, Theodosius dum contra tyrannos exercitũ parat, ad Ioannẽ Aegypti monachũ, Eutropium eunuchum misit, euentũq; rei a viro requisiuit. Cui ille prophetico (ut erat) plenus spiritu, plenam de tyrãnis promisit victoriam. Igitur religiosus imperator, fide potius q̃ milite armatus, exercitũ contra tyrannos mouet, præmissis q; Gothis, quoꝝ. x. milia ab Arbogasto fusa dicunt, & ipse cũ alijs iter peragit. Dum ergo in alpibus conuenissent, tyrannicq; meliorẽ pugnandi facultatẽ in eminentiori loco haberent, Augustus totam noctem lachrymis, & orationibus peruigilẽ ducens, deo se cõmittebat. Mane facto pugna conseritur, victisq; tyrannis, Eugenius captus interficitur, Arbogastes vero propria manu sibi iniecta, viuendi finem fecit. Quam victoriã meritis pijssimi imperatoris, ac oratiombus ecclesiæ a domino impetratã, imber cœlitus missus, ventoq; in ora hostium impulsus probauit. Quod etiã quidam ex paganis poeta, ex virtute dei factum considerans, in laudem principis huiusmodi prosecutus est. O nimiũ dilecte deo, cui fundit ab astris Aeolus armatas hyemes, tibi militat æther, Et coniurati veniunt ad classica venti. Theodosius itaq; omnibus bene compositis, ac ordinatis, xi. post mortẽ Valentis imperij sui anno, apud Mediolanũ beato fine quieuit. Hucusq; Hieronymus ecclesiasticã perduxit historiam. Hic est Theodosius, qui dum ex humana fragilitate Thessalonicenses effrenate, & sine sententia puniuisset, ab Ambrosio ecclesiæ liminibus arcetur. Quod ipse humiliter ferẽs, tamdiu a cõmunione se abstinuit, donec lachrymis, ac bonis operibus pœnitentia peracta, a præfato pontifice reconciliaretur. Ob tam præclarum factum, sacerdos iste in prædicta ciuitate inter omnes latinoꝝ confessores usq; hodie maximæ habetur venerationi.

Andragatius.

Notabile ꝙ nõ baptiçatis.

Claudianꝰ

De principatu Honorij, & Archadij. De Dirimachio monacho, Ioanne etiam Chrysostomo, ac Theophilo, & Epiphanio, transitu etiam Martini, & Ambrosij.

CAPVT XIX.

ANno dñi. cccxcix. Honorius occidentis, Archadius orientis. xlij. ab Augusto loco, post mortẽ patris imperiũ sortiunt, Damaso adhuc Romę, Theophilo Alexãdrię, Hierosolymis Ioanne, Flauiano Antiochiæ, Nectario Constantinopoli sedẽtibus. His diebus Dirimachius quidã monachus, ab oriente Romã veniẽs, cũ gladiatoꝝ ludũ, vel potius insaniã religionis intuitu sedare vellet, a circũstãtibus lapidibus obrutus, ac necatus est. Quo cõperto, Honorius eũ quidẽ inter martyres numerandũ censuit. Nephandũ vero spectaculũ hmõi de causa amputauit. Non multo post Nectario mortuo, Theophilus Alexandrinoꝝ põtifex, cũ alijs epis ab imperatore ad ordinandũ regiæ vrbis epm euocat. Qui dũ Isidorũ pb̃yterũ suũ præfatæ sedi præponere cogitasset, Ioannes Antiochenus ab oĩbus petit, ac contra volũtatẽ Theophili electus, ab ipso tandẽ ordinat. Vnde Theophilus ad depositionem eius semp laborabat. Iste Ioannes, qui & Chrysostomus tanq̃ aurei oris, ꝓpter eloquentiã vocatus, primo a Miletio Antiocensiũ præsule, in eadẽ ecclesia diaconus ordinatus, post eius mortẽ ad eremũ se transferẽs, ibiq; ꝑ triennũ deo vacans, ab Euagrio pb̃yter ordinatus fuerat. Fuit aũt potẽs in opere, & sermone ad corrigendos mores vtilis, nimiũ vero seueritate & çelo dei improuidus, nimiaq; libertate oris, intantũ ut a nescientibus arrogans putaret, & profusus. Vnde postq̃ ad episcopatũ venit, clericis suis, quoꝝ mores corrigere nitebat, intantũ odiosus est factus, ut cõspiratione inita, plurimis cõtra eũ derogationibꝰ usi, furiosum eũ dicerẽt, & procacẽ, ac tanq̃ sine testimonio degentẽ. Cui rei facere fidẽ videbat, q̃ nullũ secũ comedere patiebat. q̃d tñ ob nimiã abstinẽtiã, q̃ sępe caput & stomachũ dolebat, fecisse tradit. Porro a ꝓpꝰ ꝓpter sermões qs faciebat, plurimũ amabat. Qui q̃les fuerint, ex libris eius qui usq; hodie manẽt in ecclesia, conñci põt. Accessit ad inuidiæ suæ cumulũ, q̃ nõ solũ clericis asper fuit, sed etiã ipsos primores æquitatis çelo redarguere nõ dubitauit. Vnde factũ est, ut Eutropiũ quendã eunuchũ, & consulẽ, principiq; familiarẽ, cuius cõsilio lex data, ut ad ecclesiã cõfugiẽtes inde traherent, fuerat, cũ & ipe nõ multo post, irã principis fugiens, sub altari iaceret, publice in ambone redargueret, ac cõtra eũ increpatoriã ederet homeliã. Igit occasione nacta, Theophilus Ioannẽ tanq̃ a suis destitutũ omnimodis deponere moliebat. Vnde non solũ ꝓprias aduersus eũ oues armauit, sed etiã epos, vicinos quidẽ colloquijs, remotos aũt scriptis cõtra eũ incitauit. Ex q̃ cõtigit, ut Epiphaniũ Salamine Cypri epm, virũ quidem

De Ioanne Chrysostomo.

ſanctiſſimũ, ſed tanꝯ in eremo educatũ ſimpliciorẽ cõueniret, & occaſione librorꝝ Origenis, eũ ad depoſitionẽ Ioannis ſibi adſciſceret. Itaq; præfatus ſacerdos damnationẽ Origenis portans, ad vrbẽ regiã venit, Ioannẽq; cauſa Theophili declinãs, in ꝓpria habitauit manſione. Cũq; ad eũ Ioannes mitteret, rogaretq;, ut ad ſe veniẽs, ſecũ inter alios eꝑos maneret, Epiphanius rñdit, nec ſe cũ eo manere, nec ſecũ orare velle, niſi ī libros Origenis damnationẽ ſubſcriberet. Quod differẽte Ioanne, inimici eius Epiphanio ſuadẽt, ut in apl'orꝝ eccleſiã altera die collectione facta veniat, Origenis libros damnet, Ioannẽ tanꝯ Origenis defenſorẽ corã populo infamet. Quo cõperto, Ioannes Epiphanio hæc verba mãdauit. Cõtra regulas multa egiſti o Epiphani, primũ quidẽ, quia ordinationẽ feciſti in eccleſia ſub meo iure cõſtituta, deinde quia me nõ iubente, in eis auctoritate ꝓpria ſacra celebraſti, rurſus quia inuitatus excuſaſti, & nũc denuo in te ipſe cõfidis. Quapropter obſerua, ne turbatio naſcaꝫ in populo, & huiꝰ rei periculũ ipſe ſuſcipias. Quo audito, Epiphanius receſſit, Ioanniq; (ut qdã aiũt) remãdauit. Spero ꝙ nõ moriaris eꝑs. Ad qd ille rñdiſſe ferẽ. Spero te ad tuã patriã nõ redire. Vtrũq; impletũ eſt. Nã & Epiphanius in via mortuus fuit, & Ioannes poſt paululũ depoſitus. Poſt hoc Ioãnes ad correctionẽ Eudoxiæ Auguſtę, eo ꝙ Epiphaniũ cõtra eũ armaſſet, more ſuo ſermonẽ ad populũ cũctarꝝ mulierũ vituperatione plenũ edidit. Quod illa grauiter ferẽs, marito ſuo cõqueſta fuit. Igiẽ Theophilus quaſi iã Ioannẽ nõ ſolũ ſuis, ſed & principibus odibilem factũ, deponere cogitãs, eꝑos in ſuburbio Calcedonẽſi cõuocat, accuſatores ꝓducit, eũq; tanꝯ reſpõſurũ ad ea q̃ ſibi obiiciebanꝫ, ad audientiã vocat. Verũ Ioannes vniuerſalẽ ſynodũ ad hoc fieri ꝓclamabat. At ille dũ iterũ, atq; iterũ cũ cæteris eꝑis eum euocaret, ipſe vero in ſua ſentẽtia ꝓduraret, velut inobedientẽ epiſcopatu eũ deponẽdũ decernũt, populus vero ſeditionẽ mouẽs, reclamabat. Porro principe eorꝝ ſententiã cõfirmãte, Ioannes depoſitus, in exiliũ deportaꝫ. Quod multi etiã ex his qui eũ odio habuerãt, vidẽtes, miſericordia moti, Ioannẽ calumniã pati dicebãt, ꝑſertim cũ cunctis iã clareſceret eũ inuidia Theophili damnatũ eſſe. Innocẽtius tunc Siricio, & Anaſtaſio ſacerdotio ꝓfunctis, in urbe Roma ſedebat. Ioannes ꝓpter terremotũ, qui in eius depoſitione inuſitatius ciuitati accidit, poſtmodũ a principe, & populo reuocatus, rurſum Auguſtã latenter mordebat. Dũq; illa rurſum inſidias pararet, famoſiſſimã illam edidit homeliã, quæ ſic incipit. Rurſuſq; Herodias veſanit, rurſuſq; turbaꝫ, denuo ſaltat denuo caput Ioannis in menſario cupit accipere. Qua de re magis exardeſcens Eudoxia, denuo eũ deponi, & in exiliũ trudi fecit. Quod Innocẽtius audiẽs improbauit, ac clero ne aliũ eligerẽt, ſcripto demandauit. Verũ inter hæc Ioannes moriens, finẽ cõtrouerſiæ impoſuit. Sed & Theophilus nõ multo poſt vita decedens, Cirillo ſedẽ reliquit. Theophilus iſte cuius in cauſa Ioannis reꝑhenſibilis fuerat, tñ cõtra Arrianos & Antropomorphitanos, quorꝝ hęreſis nup exorta deũ lineamẽtis corporeis circũſcriptũ dicebat, fortis atleta extitit. Hæc hæreſis intantũ ſimpliciores monachos, & eremitas Aegypti infecerat, ut Alexandriã veniẽtes, pro aſſertione veræ fidei, ſeditionẽ cõtra Theophilũ excitarent, & niſi maturato præfatus põtifex cõſilio dixiſſet, video vos ſicut vultũ dei, concitatę plebis furorẽ nõ euaſiſſet. Circa idẽ tempus Honorio, & Archadio regnãtibus, beatiſſimus præſul Martinus, & Ambroſius ciuitati dei vtiliſſimi ſacerdotes, migrauerunt ad dominũ. Sed iam ad hiſtoriæ ſeriem reuertamur.

De rebellione Gothorꝝ, & perfidia Rufini, & Gildonis, euentuq; Maçaçel, & morte Archadij. CAPVT XX.

AGitur Gothi poſt mortẽ Theodoſij, dũ a filijs ſolita munera nõ acciperent, cõſilio Rufini patritij, regẽ ſibi creantes, a curia recedũt. Rufinus vero poſtmodũ detectus, ante portas vrbis Cõſtantinopolitanę decollaꝫ, caputq; eius cũ manu dextera ad ludibriũ in vrbe circũfertur. Gildo etiã Africæ comes, cœpit nouis auſibus a Romanorꝝ prouincia Africã decidere. Contra quẽ Maçaçel frater eius, cui ipſe duos filios occiderat, cũ exercitu mittiꝫ. Maçaçel ergo plus dei, ꝙ militis virtute hoſtẽ deuicit, fuſisq; cũ parua manu, i. cũ. v. milibus, lxx. milibus, tyrannũ fugauit, qui etiã non multis poſt diebus ſtrangulatus interijt. Porro Maçaçel reꝝ proſperitate (vt aſſolet) elatus, eccleſias dei perſequi cœpit. Vnde iuſto dei iudicio, qui antea ipm cõfitendo exaltatus erat, nunc ipm cõtemnendo humiliari debuit. Nõ multo enim poſt mortuus eſt. Archadius etiam imperator, vir mitis, & quietus, xiij. imperij poſt mortẽ patris anno vitã finiuit, oriẽtiſq; imperiũ filio ſuo Theodoſio octenni reliquit, Anthemio præfecto (qui muro maximo vrbẽ regiam circũdederat) omnia diſponente.

De imperio Honorij, & rurſum de ſeditione Gothorum, & irruptione Romanæ vrbis, ſeſſioneq; ipſorum in Gallia. CAPVT XXI.

ANno ab incarnatione dñi. cccc. xij. defuncto Archadio, Honorius xliij. ab Auguſto, occidẽtis imperiũ tenuit. Verũ Gothi Rufino, ac Stilicone incitati, cũ Alarico rege ſuo, q̃ lingua eorꝝ ex genere Balthorꝝ ſecũdæ poſt amalos nobilitatis Baltha, id eſt audax vocabaꝫ, per Dalmatiã, & Venetiã digreſſi, in Aemiliæ finibus caſtrametanꝫ. miſſaq; legatione ad imperatorẽ, qui Rauennæ tunc forte morabatur, terrã habitationis ſuperbe depoſcũt, addentes ꝙ ſi gratis accipere non poſſent, ultro eã arriperent. Conſilio ergo accepto, princeps terrã eis verſus Hiſpaniã, quæ ei rebellis erat, tradidit. Ad quã dũ poſſidendã pergerent Gothi, Stilico patricius, & ſocer Honorij, eos fraudulenter inſequiꝫ, cõmiſſoq; pręlio, amiſſo milite, ipſe in fugã vertitur. Qua de cauſa cõmoti barbari, ad Aemiliã, vnde digreſſi fuerant, reuertuntur, totaq; igne, ferroq; vaſtata prouintia, ad vrbẽ ꝓgrediunꝫ, quã etiã trepidã irrumpunt, datiſq; præceptis ne ſanctorꝝ loca violarenꝫ, cõcrematis aliquibus vrbis regionibus, prædã innumerabilẽ diripiunt. Innocẽtius papa tanꝯ iuſtus Loth, he pœnas peccatricis vrbis videret, Rauennæ morabaꝫ. His diebus cum Pagani cõtra fidẽ murmurarent, dicerentq; Romã a dijs in ſummo honore conſeruatã, chriſtianis tẽporibus dehonoratã, Auguſtinus librũ de ciuitate dei ſcripſit, Oroſius hiſtoriã ſuã texuit, Hieronymus eccleſiaſtiã hiſtoriam ab Euſebio ſcriptã, tranſtulit, duobuſq; libris appoſitis, vſq; ad mortẽ Theodoſij deduxit. Facta eſt autẽ hæc tam famoſiſſima, ꝙ inſolentiſſima irruptio vrbis ꝑ Alaricũ, anno a cõditione eius. Mclxiiij. ab incarnatione vero dñi. ccccxv. Et ſicut ſupra dixi, Romanorꝝ regnũ, quod Babyloniorꝝ regno in multis ſimilem ortũ, ac progreſſum habuit, iuxta maiorꝝ noſtrorꝝ ſupputationẽ, eodẽm a cõditione ſua ab Alarico, quo & illud abortu ſuo ab Arbato præfecto anno, dehonoratũ fuit. In

eadem irruptione soror Honorij Placidia, inter aliã prædam capitur, quã postmodũ Athaulfus in matrimoniũ sortitur. Inter hæc Constantinus Gallias occupans, Constantẽ filiũ suũ ex monacho cæsarẽ fecit, sed nõ multo post tpe, pater apud Arelatũ, filius apud Viennam, vita pariter & regno priuant. Gothi vero Romanæ vrbis potiti victoria, per Apuliã, & Campaniã, in Siciliã, & Africam ire proponunt. Dumq; in cõfinio Brutiorũ incaute mari se cõmittũt, multos de socijs perdiderũt. Alaricus quoq; vltimũ diem clausit, quẽ intantũ barbari dilexerunt, ut amnẽ Barentũ iuxta Consentinã ciuitatẽ de alueo suo deriuarẽt, ipsoq; ibi cũ multis copijs sepulto, occisis omnibus captiuis, qui huius facti conscij erant, amnẽ ad propriũ alueũ reduxerunt. Quo mortuo, tam hoc, q̃ priori infortunio perculsi Gothi, Athaulfum sibi regẽ creantes, reuerti statuerũt, sicq; p Romam redeuntes, ea quæ antea reliquerant, depopulant. Sed Athaulfus amore vxoris suæ Placidiæ, a finibus Romanorũ cedit, ac in Gallijs iuxta prouinciam Narbonensem, quã postmodũ vir dei Egidius inhabitãs, Metropoli ex nomine suo, vt villa sancti Egidij dicatur, dedit, in loco, qui vsq; hodie palatiũ Gothorum vocatur, consedit. sed postmodũ a Constantio comite pulsus, in Hispania resedit cũ Gothis. Post quẽ tertius ab eo Vallia, qui Segerico successit, vicinas gentes, & præcipue Vuandalos, qui & ipsi tunc nouiter in Hispanias venerãt, bello pressit.

De gestis Honorij in Africa, & inuentione Stephani. De morte Hieronymi. De Romanis pontificibus, & pace Augusti cũ Gothis, morteq; ipsius. CAPVT XXII.

Honorius Eraclidẽ comitẽ Africæ, cõtra Romã venientẽ, per Marinum comitẽ vicit, & Carthaginẽ, vbi & postmodũ occisus est, fugauit, pacẽ etiã adiuuante Constantio, qui Constantinũ, & Constantẽ in Gallijs oppresserat, integrã ecclesiæ dei reddidit in Africa. His diebus sub Innocentio papa, corpora sanctorũ Stephani protomartyris, & aliorũ, Luciano sacerdoti reuelata, sub Ioanne Hierosolymorũ epo fuere. Non multis post diebus, sub Bonifacio, qui Zosimo successore Innocẽtij substitutus erat, Hieronymus presbyter, xci. ætatis suæ anno in Bethleem ad dominũ migrauit. Defuncto Bonifacio, Celestinus sedit in vrbe. Vallia cũ Augusto fœdus init, eiq; Placidiã sororẽ suam reddidit. Hucusq; Orosius chronicas suas perduxit. Honorius, xxxi. imperij sui anno, quorũ duos sub patre, xij. cũ fratre, reliquos cum filio fratris regnauerat, Romæ moritur.

Hucusq; Orosius chronicã suã perduxit.

De gestis Theodosij iunioris, virtutibusq; eius, & synodo tertia. De bellis, quæ per duces suos gessit. CAPVT XXIII.

Anno ab incarnatione dñi. ccccxxvij. Theodosius iunior, xliij. ab Augusto, patruo mortuo solus regnauit. Huius virtutes in tripartita historia, omnibus antecessoribus suis præferunt, inter quas & hoc cõmemorat, q̃ ad instar Alexandri magni, dũ in procinctu esset, ac ex feruore solis, & squalore pulueris fatigatus, siti laboraret, poculũ sibi iocundissimũ allatũ, ne solus præ alijs reficeret, renuit. Floruerunt diebus eius Ioannes Cassianus monachus, & eremita, qui collationes patrũ descripsit, & Germanus Antisiodorẽsis episcopus. Synodus etiã tertia sub Celestino papa, vel eius

successore Sixto, mediãte Cirillo Alexandrino, & Archadio episcopo ab Italia destinato, temporibus Iuuenalis Regiæ vrbis episcopi, ducentorũ episcoporũ, cõtra Nestoriũ, qui duas in Christo personas asserebat, Ephesi cõgregat, ostensoq; in duabus naturis Christi vnã personã esse, cũ fautoribus suis Nestorius iusto damnat anathemate. Theodosius cõtra Ioannẽ, qui Hesperiæ regnũ inuaserat, Valentinianũ amicæ suæ Placidiæ ex Constantio filiũ, adiunctis sibi Aspare & Ardabure socijs, cũ matre in Italiã destinauit. At Ioannes, iuxta quosdam Asparis, & Ardaburis dolo, iuxta alios vero ducatu angeli, Rauennæ necatur. Sicq; respu. religiosi principis meritis, a tyranno liberat. Hucusq; Theodoricus eps, & Socrates, & Soçomenus viri disertissimi, historias suas perduxerũt. quæ postmodũ in vnũ volumen redactæ, & a Cassiodoro senatore p Epiphaniũ scolasticũ a græco in latinũ versæ, a tribus auctoribus tripartitæ historiæ nomen accepere. vel Theodorus.

De Valentiniano Augusto, Vuisegothis, & Ostrogothis. De factione Aetij, & Bonifacij irruptione, Vuandalorũ in Africam, morteq; Augustini. CAPVT XXIIII.

Occiso tyranno, Theodosius Valẽtinianũ, cuius ope ciuile malum sedatũ fuerat, remuneratione dignũ iudicãs, imperij sociũ legit, & Augustũ statuit appellari. His diebus Vuisigothi in Gallijs habitabant. Ostrogothi, & Gepidæ, ex quibus Auares & Longobardi descendunt, Danubiũ transeuntes, Gepidæ quidẽ circa Seigedonẽ & Syrmiũ, Ostrogothi vero qui prius in Pannonia morati fuerant, exhinc in Thracia habitauerũt, vbi per. xlviij. annos morantes, ad occidentẽ iter flectunt. Vuandali autẽ sociatis sibi Germanis, cũ Modigisilo duce Hispanias occupauerãt. Ea tẽpestate fuere duo insignes prętores, Aetius, & Bonifacius, quorũ Bonifacius comitatũ Africæ ab imperatore accepit. Sed dũ fraude, & delatione Aetij Bonifacius apud Placidiã Augusti matrẽ, iniuste accusatur, missi sunt contra eũ duces Mauortius, & Galbio. Quib⁹ a Bonifacio occisis, Sigisbaldus comes cõtra eũ destinatur. At Bonifacius in Hispaniã trãsiens, ascitis Vuandalis, totã eis Africam tradit. Qui mox ferro, igneq; terrã vastantes, vbiq; diffundunt, ac inter cætera mala Hyponensem vrbem, cui beatus Augustinus præsidebat, obsidione cingunt. Beatus autẽ præsul, ne excidiũ vrbis suæ videret, iij. mense obsidionis eius, lxxvi. ætatis suæ anno, migrauit ad dñm. Nõ multo post elapso tempore, Placidiæ apparuit falso sibi Bonifaciũ delatũ fuisse, vocauitq; eũ ad se, & magistrũ militũ fecit. Vuandalis autẽ tradita parte Africæ, Romani pacẽ dederunt. His diebus Geisericus Vuandalorũ rex Arrianus, christianos affligens, episcopos in exilium misit, Carthaginẽ inuadens, multis diuitijs, ac ecclesiasticis ornamentis spoliauit. vl Galbilo

De terremotu Constantinopolitano, & Romano. De initio tyrannidis Atilæ, morteq; Theodosij. CAPVT XXV.

Anno imperij Theodosij. xxx. terremotus horribilis Cõstantinopoli fuit. Ob eam causam, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Hoc est, Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus & imortalis miserere nobis, dum a populo cũ Proculo episcopo suo cœlesti cõmo-

nitione caneret, terremotus ceſſauit. Vnde ab imperatore, eiusq; ſorore Pulcheria, vt per totum orbem cantieũ hoc cantaret, præceptũ eſt. Roma quoq; tũc ex terremotu in multis ſuis regionibus corruit. His diebus Atila Hunorũ rex, occiſo fratre Buda, tyrannidem exercendo, Thraciã, & Illyricũ vaſtare cœpit. Cui Theodoſius datis ſex milibus libris, promiſſis q̃q; ſingulis annis, M. libris, a finibus ſuis exire perſuaſit. Ipſe vero nõ multis poſt diebus, xli. imperij ſui anno, poſt mortẽ vero patrui ſui, xxvi. apud Cõſtantinopolim diem obijt.

vel Bleda.

De principatu Martiani, & Valentiniani, ſynodoq; quarta. De tyrannide Attilæ, pugnaq; inter ipm, & Romanos, & Gothos. CAP. XXVI.

ANno ab incarnatiõe dñi, cccliij. Martianus cõſilio Pulcheriæ, xxvi ab Auguſto orientis imperiũ ſuſcepit, Valentiniano, xlv. in occidẽte regnante. Huius diebus ſub Leone papa, Iuuenale Hieroſolymitano, Anatholio Cõſtãtinopolitano epiſcopis, quarta ſynodus, Dc. & xxx. facerdotũ contra Eutycen regiæ vrbis abbatẽ, eiusq; defenſorẽ Alexandrinũ quondã epm Dioſcorũ, verbi dei, & carnis vnã naturã dicentibus, apud Chalcedonã congregat, damnatiſq; ſimul cũ Neſtoriana his hæreſib⁹, fides catholica diuinã in Chriſto, & humanã naturã, ſed vnã perſonã prædicans roboratur. Hæ ſunt quattuor ſynodi, quas ſe beatus Gregorius vrbis Romæ epiſcopus, velut quattuor euangelia venerari teſtatur. Igitur regnantibus Martiano, & Valentiniano, Atila Hunorũ rex ſubiugatis ſibi fortiſſimis Oſtrogothorũ, Gepidarũq; populis, aliſq; plurimis gentibus, Macedoniã, Meſiã, Achaiam, Thraciã peruagat. Dũ ergo Romanos quoq; & Vuiſigothas, quorũ priores ob antiquã ſuæ vrbis dignitatẽ, alios vero ob ſingularis fortitudinis virtutẽ æmulabatur, ſubiugare cogitat, timẽs ne duæ hæ gentes aduerſus eum ſociarent, doloſ vt erat verſutiſſimus, ſeiungere eas abinuicẽ intendebat. Proinde miſſa legatione tam ad Valẽtinianũ Romanorũ Auguſtũ, q̃ ad Theodoricũ regẽ Gothorum, vtriſq; ſpecialiter verba pacis mandando, Romanis quidẽ ſe nõ aduerſus eos, ſed cõtra Gothos bellũ parare, Gothis vero eadẽ de Romanis denunciãs, vtroſq; in alterutrum incitare voluit. Sed Aetius, qui tunc Romanorũ patritius erat, fraudem Atilæ perſenſit, ſcriptisq; ex perſona Valentiniani ad Theodoricum regẽ Gothorũ literis, vt cõtra immaniſſimũ tyrannũ, ac totius orbis inuaſorem ambo cõuenirent, eumq; intime monuit. Igit̃ Atila dũ hoc modo p̃cedere nõ poſſet, bellũ Gothis aperte indicit. Qui pulſatis p̃ legatos Romanis, Aetiũ patritiũ in auxiliũ accipiunt. Hinc aſcitis ſibi Francis, Sarmatis, Armatianis, Burgũdionibus, Saxonibus, Ripariolijs, Brigonibus, multisq; Celticę, ac Germanicæ nationibus, Gothis ſuccurrit. Atila vero cum Athalarico Gepidarũ, & Vualamire Oſtrogothorum regibus, innumeris turbis regum, ac nationum, procinctũ mouet. In campis ergo Catalaimicis vterq; conſedit exercitus. Atila euentũ rerũ in extis pecorũ perquirit, ſecũ vincendũ, ſed in altera parte omnium potentiorẽ caſurũ, in fœdiſſimis inuenit præſagijs. Qua de re turbat, ſed de hoc q̃ ex alia parte virũ potentiſſimũ, quẽ ipſe Aetiũ putabat, occidendũ intellexit animatus ſuos alloquit, eoſq; prioribus virtutis ſuæ fortunis cõſolandos denũtians, pugnã aggreditur. Romani eminentiorẽ locũ habebant. Itaq; a nona hora diei fortiſſimis gentibus acerrime vſq; ad noctẽ pugnantibus, bellũ protenditur. Theodoricus autẽ Gothorũ rex, iuxta q̃ Atilæ prædictũ erat, hac, illacq;

Quarta ſynodus.

Brionibus.

ad exhortationẽ ſuorũ diſcurrens, occubuit. Atila in fugã verſus, victum ſe prodidit, ſed noctis beneficio potuit id occultari. Mane facto, Gothi regem ſuũ requirunt, ſed mortuo inuento, cũ Thuriſmundo filio regis, in hoſtem irruere volunt. Porro Aetius timens, ne deletis Hunis, Gothi in ſuperbiã elati, Romam premerent, vocato ad ſe Thuriſmundo, Fratres inquit tui, qui domi remãſerũt, patris morte cõperta, regnũ inuadunt. Tu ergo reuertere, ne forte ipſi te præueniant. Sic Aetius iuuenẽ aſtute circũueniens, ea qua dixi cauſa bello declinare, & ad propria redire edocuit. Fertur de Atila, q̃ de ſubſellijs piram feciſſet, cui ſe ſi hoſtes irruiſſent, inijcerere cogitauerat. Ceciderunt in hoc famoſiſſimo p̃lio ut Iordanis refert, ex utraq; parte. clxv. M. exceptis. xv. M. qui in cõgreſſu Francorũ, & Gepidarum priori nocte corruerant. Thuriſmundus a ſuis rex creatus, conſilio Aetij in patriam reuerſus, Tholoſam ingreditur.

De euerſione Aquileiæ, & proceſſu ipſius uſq; ad Ticinum, donec monitu Leonis papæ rediret. CAPVT XXVII.

VErum Atila Gothis recedentibus, ſecurus factus, cõtra Romanos iter deflectit, Aquileiãq; Venetiarũ metropolim, quæ in Adriatico ſinu poſita eſt, obſidione cingit. Quã dũ multo tpe obſidẽs, capere nõ valeret, cũq; iam exercitus recedere pararet, Atila iuxta muros digrediens, ac ſecũ quid ageret, mente pertractans, ciconias ex urbe fœtus ſuos trahere videt. Quo viſo, ſuos ad euerſionẽ urbis amplius accẽdens, Hoc inquit omniũ prognoſticũ nobis eſt. Hæ inquã aues futuræ cladis præſagæ, urbẽ ruituram deſerunt. Dixit, & inſtructis machinis, omniũq; tormẽtorũ generibus adhibitis, aggredit urbẽ, captamq; funditus, ita ut vix veſtigia maneant, deleuit. Ferũt quidã, q̃ vacuã habitatore urbem inuenerit. Elapſi em̃ p̃ mare ipſo ignorante, in inſula quæ Venetia exhinc ex Venetorũ inhabitatione dicit, translatis ſecũ cũ patriarchali ſede beati Hermagorę, primi illius urbis epi reliquijs, habitare cœperunt. Vnde uſq; hodie inter Gradenſes, & Aquileienſes de patriarchali dignitate lis eſſe cognoſcit. Tanta autẽ in obſidione huius urbis & mora, & multitudo fuit, ut miræ magnitudinis montẽ Vtinũ dictum, quem ipſe vidi, in modum aggeris ab exercitu cõportatũ, incolę uſq; hodie affirmant. Alij tñ a Iulio Cæſare eundẽ montẽ factum tradunt. Atila his elatus ſucceſſibus, cæteras Venetiæ urbes peruagando, & ad ſolum uſq; proſternendo, Mediolanũ quoq; Liguriæ caput, ac Ticinũ, quæ & Papia, crudeli animaduerſione depopulatur. Poſt hoc dum Romam ire intentat, occurrẽte ſibi Leone papa, tam auctoritate ac precibus pontificis fractus, q̃ exemplo Alarici, qui poſt captam urbem non diu vixit, territus, ad propria reuertitur.

De morte Aetij & Valentini Auguſti, irruptione Vandalorũ in Romanam urbẽ. De Paulino epiſcopo, morteq; Atilę, & Martiani imperatoris. CAPVT XXVIII.

INter hæc Valentinianus Aetij virtutẽ æmulans, eum cũ Boetio ſenatore necari iubet. Quapropter nõ multo poſt tẽpore ab amicis eius, xxx. imperij ſui anno, e quibus cũ Theodoſio ſocero ſuo. xxv. cum Martiano reliquos imperauerat, vita priuatur. Quo mortuo, Maximus accepta uxore eio Eudoxia, Theodoſij filia, imperiũ uſurpat. At Eudoxia

Geiſericus Euſebius.

Genſericũ Vandalorũ regem ob hãc moleſtiã vocat. Quẽ dũ venturũ Romani cognoſcerent, Maximũ quidẽ tanctũ huius mali incentorem, tertio exquo imperium inuaſerat menſe, membratim diſcerpunt, & ipſi antiquę nobilitatis, & virtutis immemores, vbicũ diffugiunt. Poſt hoc Gẽſerico urbem tanctũ habitatore vacuam irrumpere volenti, Leo papa occurrit in porta, eũcũ ab occiſione ciuiũ, & incendio urbis abſtinere precatur. Igitur barbarus urbem quidẽ irrupit, ſpolia rapuit, ac per .xiiij. percenſuit dies. Eudoxiam cũ filiabus duabus inter alios captiuos abduxit, ab incendio vero tantũ & cæde ciuiũ, iuxta ſacerdotis monitum, abſtinuit. Facta eſt autẽ hæc ſecunda ab Alarico urbis irruptio a Vuandalis .M.cciiij. a conditione ſua anno. Vuandali capta urbe, per Campaniã diffunduntur, eaq; tota igne, ac ferro vaſtata, nobiliſſimas eiuſdem prouinciæ urbes

S. Paulinꝰ.

Neapolim, & Nolam expugnant. Huius urbis epũs ſanctiſſimus Paulinus, pro redimendis captiuis, quod in dialogo Gregorij plenius habes, barbaris ſe tradidit. Porro Gẽſericus opibus Italiæ ditatus, Traſimundo filio ſuo Valentiniani principis filiã copulauit. Cuius filius Hilderícus, matris ſequens monita, catholicus fuit. Cæterũ Atila ab Italia digrediens, Honoriã Valentiniani principis ſororẽ ſibi dari cũ rogaſſet, nec impetraſſet, in terram ſuam cũ indignatione

De morte Atilæ.

reuerſus, puellam ſibi ſpecioſiſſimã copulauit. Ob cuius amorẽ, dum luxurioſa celebrat cõuiuia, inebriaꝫ, nocteq; proxima iuxta puellam reſupinus iacẽs, ſanguine proprio effluente de naribus, ſuffocatur, maneq; facto a ſuis mortuus inuenitur. Iuſto dei iudicio id factum arbitror, ut qui ſemp humanũ ſanguinẽ ſitiuerat, proprio quoq; ſanguine ſuffocatus interiret. Eadem nocte Martiano in

Atilæ forma & diſpoſitio.

ſomnis apparuit arcus Atilæ fractus. Hic eſt Atila, qui (ut quidã ait) in cõcuſſionem gentiũ natus in mundo, terrarum omniũ metus, ſuperbus inceſſu, oculos circũferens, bellorũ amator, ipſe manu tẽperans, cõſilio validiſſimus, ſupplicãtibus exorabilis, propitius ſemel in fide receptis, forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſimus naſo, teter colore fuit. In exercitu eius fuiſſe. D. M. Iordanis ſcribit. Hic etiã dum ubicũ terrarum diſcurreret .xi. M. virginũ apud Coloniã Agrippinã martyrio coronauit, beatũ q̃q; Nicaſiũ ep̃m, remis pro dño occidens martyrẽ fecit. Non multo poſt tpe Martianus .viij. imperij ſui anno, fraude ſuorũ Conſtantinopoli necatur.

De principatu Leonis in oriente, confuſioneq; Romani imperij in occidente, morteq; Leonis. CAPVT XXIX.

Maioranꝰ Euſebius habet.

ANno ab incarnatione dñi. ccccl x. Leo Biſſa ortus, ex tribuno militũ ab Anatholio patriarcha coronatꝰ .xlvij. ab Auguſto oriẽtis regnũ accepit, filiũq; ſuũ Leonẽ regni ſociũ legit. Porro occidentis imperiũ apud Rauennã Mauronianus acceperat. Quo quarto regni ſui anno iuxta Dertonã ciuitatẽ occiſo, Seuerus rurſum Rauennæ abſcũ iuſſu Auguſti, imperiũ inuadit, quod per quattuor annos uſurpans, Romæ diem obijt.

Anthẽnius

Quo mortuo, Auguſtus Anthemiũ ex patritio Cæſarẽ factum Romam miſit. Hic Seruandũ præfectum, in Gallijs imperiũ uſurpare volentẽ, in exiliũ truſit, patriciũ Romanorũ ea demolientẽ occidi præcepit. Verũ Leo Zenonem genero ſuum oriẽti, Baſiliſtũ quoq; Verrinę uxoris ſuæ fratrẽ Africæ præfecit. Cũ

Euſebiꝰ habet Baſiliſcũ, & Vernia ſocrus Zenonis.

Oſtrogothis etiã pacem faciens, Theodoricũ Theodemiri Vualamiri regis fratris filium, viij. annos habentem, obſidem accepit, quem poſt tamen patri cum

honore remiſit. Inter hæc Ridice patricius Anthemiũ quarto anno regni ſui occidit, ipſe vero poſt tertiũ menſem diem vltimũ clauſit. Porro Leo, viuo adhuc Anthemio, Olibrium ad vrbem miſerat, qui regium nomen ſimul cũ Placidia Valentiniani principis filia, in vxore accepta ſumens, poſt .vij. menſes vitam ſimul finiuit & regnum. Poſt cuius mortem Rauennæ Licerius imperiũ aſſumit

Euſebius Retimer habet.

Gliceríus habet Sabellícus.

Quo ſequenti anno expulſo, ac in Salona ciuitate Dalmatiæ epiſcopo ordinato, Nepos patricius Nepotiani filius, occidentis imperiũ rexit. Leo ergo Leonẽ Zenonis ex filia ſua filium, imperatorẽ fecit. Ipſe vero .xi. imperij ſui anno, diẽ vltimũ clauſit. Hic paucis menſibus imperans, patrẽ ſuum Zenonẽ imperatorẽ creauit, ipſe vero diem obijt. Porro Baſilicus magiſter Africæ, vxorẽ ſuam Zenobiam Auguſtã fecit. Igitur dum Zenon ad vrbẽ regiam perueniens, a ſenatu ac populo gratanter ſuſcipit, Baſilicus depoſitis inſignibus, ad eccleſiã fugit.

De imperio Zenonis in oriente. De Auguſtulo Romano, & irruptione in vrbem Romam ſub Odoacro. CAPVT XXX.

ANno ab incarnatione dñi. ccccl xxvi. Zeno genere Yſaurus, .xlviij. ab Auguſto, orientis imperium ſortitur. Porro occidẽtale, id eſt Romanum Nepos tenuit. Hoc a regno pulſo, Oreſtes patricius filium non iam Auguſtũ, ſed Auguſtulum imperatorẽ occidentis creauit. Itaq; cum Romanũ imperiũ, quod cæteris mundi regnis obfuſcatis, ſolum regnare videbaꝫ, cum & ipſi peccatis exigentibus, iuſto dei iudicio ea, qua alijs menſum erat gentibus menſura, remetiendũ fuit. Odoacer natione Rhugus, ex

vel Turingis.

vltimis Pannonię finibus, cũ Sciris Turcelignis Herulis ad inuaſionẽ eius procinctum mouet. Cui dum Oreſtes patricius in terminis Liguriæ occurreret, viſa manu eius, territus aufugit, ac in Ticinũ ſe contulit. Quẽ Odoacer inſequẽs, capta vrbe occidit, ac inde per totam Italiam diffuſo milite, regium nomẽ vſurpat. Hic a terra ſua egreſſus, dum per inferiores Noricas partes, vel ſuperiorem Pannoniã tranſiret, virum dei Seuerinũ Rauennatenſiũ epiſcopũ, qui verbum dei prædicans, iuxta radices Comogenis cellam conſtruxerat, adijt, eumq; de euentu rei conſuluit. Qui prophetico vt erat plenus, ſpiritu omnia quæ poſtmodum exitus declarauit, veraciter ei prędixit. Auguſtulus patrẽ occiſum, captãq; ab hoſtibus cernens patriã, mente conſternatus, ſponte purpuram .xi. regni ſui menſe cum regno pariter depoſuit. Odoacer ergo nullo ſibi reſiſtente, victor vrbem ingrediꝫ vt hoſtis, ſubiectãq; ſibi vt rex diſponit. Poſtremo cũ tota Italia ſeruitio ſuo mancipata, per .xiiij. annos vt dñs graui ſeruitute premitur.

Exclamatio, breuiſcq; imperij recapitulatio. CAPVT XXXI.

EXclamare cõtra rerum mutabiliũ miſerias tempore, & loco exigente, cogimur. Ecce enim regnũ illud maximũ, ac potentiſſimũ, ac q̃d ſolo nomine gentes terrebat ante, orbem cõcutiebat, iam paulatim decreſcendo, & ex prima irruptione, quæ ſub Alarico facta eſt, dehonoratũ, poſtmodũ in conculcationẽ barbaris patuit. Ut vt apertiora quę dixi mus fiant, miſera vrbs primo ab Alarico, ſecundo a Genſerico capta tantũ, ac populata. Nunc vero ab Odoacro non ſolum capta, ſed iure principis in poteſtatem, ac imperiũ per .xiiij. annos lachrymabiliter ſubacta inuenitur. Et vide, q̃ ſicut ſuperius dixi, non ſolum ortus eius, ſed & finis Babylonico ſimilis ap-

paret imperio. Illa post nõ multos annos conditionis suæ gentes cœpit subijcere. Hæc similiter cũ ad robustam venit ætatem, paulatim crescẽdo, ac primo vicinas vrbes subuertendo, post ad vlteriora se extendendo, ad totius orbis pedetentim apicem venit. Sed sicut nemo repente fit summus, vel præcipitanter de summo infimus, ita prædicta vrbs cũ in summo (vt dixi) quo altius in terra non potuit fastigio fuit, humiliari deberet, cœpit paulatim vires perdere, & quasi iã in senili ætate posita, defectũ honoris, quẽ in robusta cõtraxerat ætate, pati. Accessit etiã ad miseriarũ cumulũ, quæ semper caducarũ rerum interitus est, sedis mutatio sub Constantino facta. Et sicut ibi regno ad Medos translato, solo nomine mansit imperiũ, sic & isto ad Græcos, seu Francos deriuato, vrbis tantum antiquæ dignitatis, ac nominis manet vestigiũ. Illa primũ ab Arbato præfecto suo dehonorata est, post a Cyro etiã subacta. Hæc similiter ab Alarico primo de honestata, postmodũ ab Odoacro iure principis possessa est. Sed quia de rerum mutationibus, regnorũq; iminutionibus, ad ostendendos mortaliũ casus, mundiq; instabiles rotatus, scribere proposui, sicut supra dixisse me memini, cũ Roma parturiretur, Babylonia finem accepit, sic & modo dum regnũ Francorũ seminaretur, Roma sub Augustulo suo, in vltima senectute, a conditione sua. M. ccxxvij. anno Barbaris tradita, occasum minatur.

NOTA

lib. 1. cap. 33

Qualiter, vnde, vel quomodo Franci in Gallias venerint, ibiq; eiectis Romanis, regnare cœperint. CAPVT XXXII.

Hic quod supra promisi, dicendũ puto, qualiter Franci, quorũ mentionẽ fecimus, in Gallias venerint, & quomõ a Romanorũ principatu seiũcti, in ppria auctoritate manere ceperint. Hi (vt dixi) a Troia digressi, cũ in Scythia sedes posuissent, dicti sunt Sicambri. Dum ergo toto orbe in prouinciã Romanorũ redacto, & ipsi inter alios subacti fuissent elapso tẽpore, causa quã supra reddidimus, a Valentiniano dicti sunt Franci, ac per christianos propriæ libertati relicti. Quibus expletis, dũ Romani solitũ tributũ repeterent, Franci vt assolet, libertate effrenes facti, tributũ dare renuerunt. Habuerunt autẽ inter se antiqui nominis, & virtutis principes Priamũ & Antenorẽ. Qua de re dum contra eos a Romanis pugnat, occiso cũ multis alijs Priamo rege eorũ, reliqui elapsi in partibus Germaniæ, circa Turingiã cõsederunt, cũ principibus Priami, & Antenoris filijs Marcomede & Sunnone. Porro defuncto Sunnone, cõmunicato consilio, Marcomedis filiũ Pharamundum sibi regẽ creauere. Leges quoq; Vuisigastaldo, & Salagasto auctoribus exhinc habere cœpere. Ab hoc Salagasto legem, quæ ex nomĩe eius Salica vsq; hodie vocatur, inuentã dicunt. Hac nobilissimi Francorũ, qui Salici dicuntur, adhuc vtuntur. Pharamundo mortuo, Clodius filius eius crinitus, a quo Francorũ reges criniti sunt dicti, successit. His diebus (vt supra dixi) Francia quasi seminata, Roma paulatim cœpit minui. Iam gentes quæ Romanorũ prouincias, non regna habitabant, reges creare, iam ex illorũ potestate subduci, ac in proprij arbitrij auctoritate stare discunt. Hinc Gothi dum ipsam quoq; vrbem depopulati essent, in Gallica prouincia, vt dixi, vltra Ligurim consederunt. Burgundiones quoq; iuxta Rhodanũ habitauerunt, qui & illi nõ multo post reges habere cœperũt. Sic & Franci Rheno transmisso, Romanos qui ibi habitabant, primo fugant, post captis Tornato, & Cameraco Gallię vrbibus, ac inde paulatim pa-

Salica lex vnde.

gredientes Rennos, Suessonã, Aurelianũ, Agrippinã, Treuerim, ac pene totam Galliam, atq; Germaniã, ab Aquitania vsq; in Baioariã sibi subiugant. Clodio mortuo, Meroueus filius eius, a quo Franci Merouingi dicti sunt, successit. Post quẽ Hildericus regnũ adeptus, dũ luxuriose viueret, a suis pulsus est. Egidiusq; Romanus in locũ eius substitutus. Porro Hildericus post octo annos reuocatus, Agrippinã inuadens, eiectis inde Egidij fautoribus Romanis, positisq; suis ex Francorũ incolatu Coloniã eã vocauit. Mortuo aũt Egidio, filius eius Siagrius in ciuitate Suessona regnauit. Hildericus etiã vita decedẽs, Clodoueo suo filio regnũ dimisit. Hic est Clodoueus, qui a beato Remigio baptiçatus, primus Frãcorũ regum christianus fuit. Verum Siagrius Clodoueo decertare non valens, ad Alaricũ, qui ix. ab Alarico magno Gothorũ regnum tunc gubernabat, confugiens, a Clodoueo reposcitur, traditusq; necatur. Romani etiã qui in Gallijs habitabãt, ita vt nec reliquiæ ibi inueniant̃, exterminati sunt. Videtur mihi inde Francos, qui in Gallijs moranť, a Romanis linguam eorum, qua vsq; hodie vtuntur, accõmodasse. Nam alij qui circa Rhenũ, ac in Germania remanserunt teutonica lingua vtuntur. Quæ autẽ lingua eis ante naturalis fuerit, ignoratur. Itaq; Clodoueus subiugatis Alemannis, Gothis quoq;, & Aquitanicis, iã christianus factus, bellum indicit. Quo dum pergeret, beato Martino votũ vouit. Cumq; victis Gothis, & occiso Alarico reuertitur, ditata beati Martini ecclesia a cubicularijs equũ suũ eis traditũ, dum redimire, c. solidorũ precio vult, ille immobilis mansit. Quẽ dum superadditis alijs, c. solidis soluisset, dixisse fertur, Martinus bonus in auxilio, carus in negocio.

Colonia vnde. Clodoueus

Conclusio libri Quarti. CAPVT XXXIII.

Transcursis igitur a Constantino vsq; ad imminutionẽ huius maximi regni, Gothorũ quoq; fortissimæ gentis attenuationẽ, præcipue cũ ad Francorũ, quibus postea monarchia cessit, principia deuenerimus, cũ iam Roma cadente, Francia ad accipiendã coronã surrexerit, ac maxima caducarũ rerum nouitate, ac volubilitate, a presentis vitæ illecebris abstracti, & ad supernæ patriæ stabilitatẽ appetendã, ex præsentiũ calamitatũ consideratione, etiã nolentes attracti, huic quarto operi terminũ demus, vt ea quæ sequuntur, expeditius exequamur.

PROLOGVS IN LIBRVM QVINTVM.

Inter prima elementorũ rudimenta, ac Grammaticæ artis præceptã audire solent pueri, q̃ quãto iuniores, tãto sint perspicatiores. Quod nõ inconuenienter dictum puto, dum & priorũ, qui ante nos sapientiæ studuerunt, scriptis & institutis informamur, ac processu tẽporũ & experientijs rerum tanto maturius, quanto in prouectioris orbis æuo positi edocemur. Per nos quoq; his quæ ante nos inuenta sunt, cõprehensis, eodẽ quo & illi spiritu, noua inuenire possumus. Hanc in senio mundi ex his quas dixi causis, sapientiã fore multiplicandã propheta præuidit, qui ait. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Hinc est q̃ multæ antecessores nostros preclaræ sapiẽtiæ, ac excellentiũ ingeniorũ viros latuerunt causæ, quæ nobis processu

temporũ,ac euentu rerum,patere cœperũt. Proinde Romanũ imperium, quod pro ſui excellẽtia a paganis æternũ,a noſtris pene diuinũ putabat,iam ad quid deuenerit,ab omnibus videtur. Et ſicut ſupra dixi,omnis humana ſapiẽtia, vel potentia,ab oriente ordiens, in occidente terminari cœpit. Et de potentia quidem humana,qualiter a Babyloníjs ad Medos,& Perſas, ac inde ad Macedones, & poſt ad Romanos, rurſumq; ſub Romano nomine ad Græcos deriuatũ ſit,ſatis dictum arbitror. Qualiter vero iam ad Francos, qui occidentẽ inhabitabant,tranſlatũ fuerit,in hoc opere dicẽdũ reſtat. Sapiẽtiã primo aũt in oriẽte, id eſt in Babylonia inuentã, ac inde in Aegyptũ,eo q; Abraã tempore famis iluc deſcendit, tranſlatam fuiſſe, Ioſephus in primo antiquitatũ libro oſtendit, ita dicens de Abraam. Arithmeticam eis contulit,& quę aſtrologiæ quoq; ſunt ipſe contradidit. Nam ante aduentũ Abraam,hoc Aegyptij penitus ignorabãt. Dehinc deriuatum ad Græcos philoſophoꝝ tẽpore,idem auctor innuit his verbis. A Chaldeis eñ hæc plantata in Aegypto noſcuntur. Vnde etiã peruenisſe dicuntur ad Græcos. Sic Ioſephus. Deinde eam ad Romanos,ſub Scipionibus Catone,ac Tullio,& præcipue circa Cæſarũ tempora, Poetarum grege diuerſa carmina concinente,ac poſt ad vltimum occidentẽ,id eſt ad Gallias, & Hiſpanias nuperrime diebus illuſtrium doctorum, Manigoldi, & Anſhelmi, tranſlatam apparet. Quarũ rerũ præuidere,& quaſi ſomniare diuinitus inſpirati homines,cauſas potuere. Nos vero nõ ſolum credere, ſed & videre quæ præmiſſa ſunt poſſumus,dum mundum,quẽ pro mutatione ſui contemnendum prędixerunt,nos iam deficientẽ, & tanq; vltimi ſenij extremũ ſpiritum trahentẽ cernimus. Porro de duabus ciuitatibus,qualiter vna in alia latendo vſq; ad aduentũ Chriſti,ac inde ad Conſtantinũ paulatim progreſſa profecerit,ſupra ſatis dictũ puto. A Conſtantino vero exterioribus malis ad plenum ſopitis, cœpit inteſtinis malis, inſtigante diabolo,auctore Arrio, cooperantibus rerũ dominis Auguſtis,grauiter angi, vſq; ad Theodoſiũ ſeniorẽ. Ac deinceps,quia omnis non ſolum populus, ſed & principes catholici fuerũt, exceptis paucis, videor mihi non de duabus ciuitatibus, ſed pene de vna tantũ, quã eccleſiã dico, hiſtoriam texuiſſe. Nõ eñ,q̃uis electi,& reprobi in vna ſint domo,has ciuitates,vt ſupra dixerim,duas,ſed proprie vnam,ſed permixtam tanq; grana cum paleis. Vnde in ſequentibus libellis non ſolum Romanoꝝ Auguſtis, ſed & alijs nobiliũ regnorum regibus chriſtianis factis, cum in omnẽ terram, & in fines orbis terræ exierit ſonus verbi dei,tanq; ſopita ciuitate mundi,& ad vltimũ plene exterminanda de ciuitate Chriſti,ſed q̃diu peregrinatur, vtpote ſagena miſſa in mare, bonos & malos continente,cœptam hiſtoriam proſequamur. Manet tamẽ adhuc perfida infidelium iudęoꝝ, & gentilium ciuitas, ſed regnis nobilioribus a noſtris poſſeſſis illis iam nõ ſolum ad deũ,ſed & ad ſęculũ ignobilioribus,vix aliqua ab eis geſta ſtilo digna,vel poſteris cõmendanda inueniuntur.

Ioſephus cap.16.

Hæreſes cę perunt pulſulare.

Pſal.18.

Quomodo Theodericus Gothorum rex, a Zenone in Italiam miſſus, Odoacrum occidit, ipſeq; tyrannice viuens, Boetiũ in carcere poſuit, regnumq; cum vicinis regibus confirmauit. CAPVT I.

OEcupato a Barbaris Romanoꝝ imperio, Zeno Auguſtus Theodorico, xij. ab Hermanarico Oſtrogothoꝝ regi occidentis imperium permiſit,ſenatũ,populũq; Romanũ ſummopere ſibi cõmẽdans. Igit̃ dũ Theodericus Gothoꝝ viribꝰ fultus,in Italiã tenderet, ac iuxta Soniciũ fluuiũ in Aquileienſiũ finibus caſtrametatus fuiſſet, Odoacer ei cũ magno exercitu occurrẽs, in fugã eum vertit. Inde cũ circa Veronã conſediſſet,rurſum inito certamine,Odoacer terga vertere cõpellitur. Fractus his malis Odoacer,ad vrbem iter flectit. Sed dũ portis clauſis,ei introitus negaretur,cũctis in circuitu igne,ferroq; vaſtatis,ad Rauennam digredit̃. Quẽ Theodericus ſubſequens,per trienniũ obſdione cinxit, tandemq; interpoſita fide,ad deditionẽ ſuſceptũ,infideliter occidit. Verũ Rhugi Odoacri ſocij,Ticinũ,cui beatus Epiphanius præſidebat,cũ adiacenti regione vaſtabant. Hic epiſcopus tantæ ſanctitatis fuit, vt dum a Theoderico pro redimendis captiuis ad Gundebundũ Burgundiæ regẽ mitteret̃,vi. M. captiuoꝝ pro ſola religionis ſuæ reuerẽtia,ſibi a rege reddita dicant̃. Theodericus occiſo Odoacro,ad vrbem diuertens,cũ magno ciuiũ gaudio ſuſcipit̃. Vide remp. miſerabiliter labefactatã,cerne populũ illũ ſapientia,ac viribus quondã orbis dominũ,ad tantũ veniſſe defectũ,vt a barbarica tyranníde cõculcatus,grauiq; domino mancipatus,nõ niſi a Barbaro liberari queat,tyrannũ ſubiecte,ac gratanter ſuſcipiat,vt alterius tyrãni dominationẽ effugiat. Itaq; Theodericus Romanorũ potitus imperio,haud memor ab Auguſto ſuſcepti mandati,faſq;,uefaſq; barbarice cõmiſcens,ac ciues diuerſis iniurijs cõtumelioſe afficiens, imperium vertit in tyrannidem. Cernẽs hoc clariſſimus vir, cõſularis ordinis Anicus,M. Boetius, ac rationis intuitu animaduertẽs, dum tyrannidi eius obuiare molit̃, ab eo in exilium truſus,Papiæ in carcere ponit̃,vbi de cõtemptu mundi philoſophicũ vtile valde ſcripſit opus. Extant præter hæc,alia ſcripturarũ ſuarũ monimenta præclara,inter quæ contra Sabellium, & Arrium de fidei. S. trinitatis regulis,ac contra Neſtorianã,Euticianãq; hęreſim,eccleſiæ dei tam vtile,q̃ ſubtile reliquit opus. Libros etiã Ariſtotelis de græco in latinũ vertit eloquiũ, & ad eorũ lucubrationẽ plurima cõmenta vel edidit, vel trãſtulit. Ad introductionẽ quoq; Topicoꝝ Ariſtotelis librũ de Topicis ſententijs. Theodericus vtcunq; acquiſitũ regnũ,tanq; alienigena firmare volens,Clodouei Francoꝝ regis filiã in matrimoniũ accepit, Amalfredam germanã ſuam Vuandaloꝝ regi copulauit. Duas quoq; filias,vnã Sigiſmundo Burgundionũ regi,aliã Alarico Vuiſigothoꝝ regi dedit. Hic eſt Alaricus, qui poſtmodũ a Clodoueo,q̃d nos in priori libro per anticipationẽ diximus,victis Gothis interfectus eſt.

Epiphanius

Boetius.

Boetius.

De morte Zenonis,& ſubſtitutione Anaſtaſij, & ſchiſmate Romanæ eccleſiæ,& exilio epiſcoporũ Africæ,morteq; Anaſtaſij, & Clodouei. CAPVT II.

ANno ab incarnatione dñi. cccc xci. regnãte ſexto poſt Pharamundũ Clodoueo rege Francoꝝ, Zeno. xvij. imperij ſui anno moritur. Cui dum frater ſuus Longinus ſuccedere parat, ab Adriagne repellit̃,& Anaſtaſius ipſius conſilio, conſenſuq; omniũ. xlix. ab Auguſto imperiũ adeptus,Adriagnẽ in coniugiũ ſortitur. Ergo regnante in oriente Anaſtaſio Euticiano, Theoderico vero Arriano Romã premente, magna diſcordia in

ecclesia dei oritur, Simacho, & Laurentio pro sede pontificali in vrbe cõtendẽtibus. Cui cõtrouersię cũ multo clericoꝝ, ac laicoꝝ sanguine, per tres annos cõtinue protractæ, synodo cõuocata, Theodericus finẽ imposuit. Nam Simachũ saniori electũ cõsilio, in cathedra firmauit, Laurentiũq; depositũ in Lucerina ciuitate epm fecit, quẽ tamẽ postea tumultuantem, exilio in Dalmatiã relegauit. In hoc schismate Pascasius diaconus, ẓelum dei, nõ scientiam habẽs, Laurẽtio adhærens, post mortẽ suam, vt beatus Gregorius in dialogo scribit, cuius tantæ sanctitatis fuerit, q mortuo eo p Dalmatiã ipsius feretro impositã, cæcus illuminatus sit, pœnas soluit. His diebus Trasimundus Genserici filius, Vuandaloꝝ rex, ob catholicã fidem, ccxx. episcopos ad Sardiniã insulam in exiliũ misit. Ea tẽpestate Fulgentius eps vita, & scientia clarus, insignis habebaf. Per idem tempus Arrianus quidã Olimpius noïe, dum in Africa indigna, ac blasphema verba de deo diceret, igneo gladio cœlitus percutiẽ in balneo. Quidã etiã dum ab eiusdem hæresis episcopo baptiẓari vult, hæretico dicente, Baptiẓo te in nomĩe patris, per filiũ, in spiritusancto, subito aqua nõ cõparuit. Quo viso, qui baptiẓandus erat, ad ecclesiã cõfugit, ac iuxta catholicæ fidei normã, baptismũ accepit. Porro Anastasius Clodoueo regi Francoꝝ p epistolas dignitatẽ consulatus obtulit, & ipse ab Euticiana hæresi, ppter admonitionẽ Hormisdæ papæ nõ recedens, sed pertinaciter in ea manens, xxvij. imperij sui anno, fulmine (vt a quibusdã dicitur) ictus interijt. Clodoueus quoq; xxx. anno, & vita, & regno perfunctus, Lothariũ filium cum tribus alijs fratribus reliquit, qui regnũ inter se diuiserunt.

Fulgẽtius.

De imperio Iustini, & reuocatione episcoporꝝ de exilio. De persecutione Theoderici, in qua Ioãnes papa, Simachus, & Boetius extincti sunt. De morte eiusdẽ tyranni, & visione inde monstrata, Iustiniq; obitu. CAPVT III.

ANno ab incarnatione dñi. D. xix. regnante in Francia cũ fratribus Lothario, Iustinus senex natiõe Illyricus. I. ab Augusto, senatus voluntate imperiũ accepit. Huius diebus Hildericus ex Eudoxia Trasimundi filius, regnũ adeptus, cũ esset catholicus, vniuersos episcopos a patre exilio relegatos reuocauit. Iustinus etiã Augustus ẓelo fidei hæreticos persequebaf. Ad quẽ Theodoricus Arrianus Ioannẽ papã misit, denunciãs vt ab Arrianoꝝ psecutione cessaret, aut se christianos afflicturũ. Quod dũ princeps miseratus, ob sacerdotis preces annueret, ac ipsum cũ honore susceptũ, honorifice dimitteret, reuersum ad se Theodericus in vinculis posuit, fameq; affli ctum sacrilege extinxit. Simachũ vero patriciũ, ac Boetiũ senatorẽ nobilissimũ cuius supra mentionẽ feci, ante crudeliter necauerat. Ob ea non multis post diebus. xxx. imperij sui anno, subitanea morte rapitur, ac iuxta beati Gregorij dialogũ, a Ioanne & Simacho in Aetnam præcipitatus, a quodã homine dei cernitur. Hinc puto fabulam illam traductam, qua vulgo dicitur. Theodericus viuꝰ equo sedens ad inferos descendit. Quod autẽ rursum narrant eũ Hermanarico, Atilæq; cõtemporaneũ fuisse, omnino stare nõ potest, dum Atilam longe post Hermanaricũ constat exercuisse tyrannidẽ, istũq; post mortẽ Atilæ Octennem a patre obsidem Leoni Augusto traditũ. Defuncto Theoderico Athalaricus filiæ suæ Amalsuildæ filius decẽ annos habẽs, regni gubernacula suscepit. Hũc

cũ adhuc viueret pater, principibus Gothoꝝ cõmendauerat, exhortans eos, vt senatũ, ac populũ Romanũ diligerent, principẽq; orientis propitiũ habere studerẽt. Iustinus vero Iustiniano sororis suę filio imperatore post se destinato, vij imperij sui anno finem vitæ fecit.

De principatu Iustiniani, multisq; pietatis eius insignibus, triumphisq; plurimis. De claris viris, qui sub eo fuerũt. De gente Longobardoꝝ, exaltatione imperij, morteq; eius. CAP. IIII.

ANno ab incarnatione dñi. Dxxvij. Iustinianus. Ii. ab Augusto, imperium suscepit, regnantibus adhuc in Francia Clodouei filijs. Hic tã strenuissimus, q christianissimus, imperiũ quasi mortuum resuscitauit, rempu. labefactatã plurimum reparauit, ac inter cæteras gestoꝝ fortiũ virtutes, per Belisariũ patriciũ de Persis, qui Romanos fines inuaserant, magnifice triũphauit. Leges ante ipsum editas, profuse, & inordinate cõpactas cõpendiauit, & ad ordinẽ reuocatas, in vnũ volumen compilauit, quæ hactenꝰ ex eius nomine Iustinianę vocantur. Multis quoq; per latitudinẽ imperij sui decoris basilicis ecclesiã dei adornans, inter alias omniũ materia & opere prẽstantissimã in vrbe regia, in honore diuinæ sapientiæ, quã Græci sophiam vocant, constituxit. Heruloꝝ regem noïe Gratem, Cõstantinopolim ad se venientẽ, in Epiphania dñi baptiẓari fecit. Tunc etiã rex Hunoꝝ Garda, & mulier quædã vidua ex Hunis, cũ. c. milibus gentis suæ, fidem & baptismi gratiã accepisse feruntur. Porro Atalaricus adolescentiã suã, ac matris viduitatẽ, iuxta patris monitum, Augusto cõmendans, in tuitionẽ a pijssimo principe suscipitur. Ipso vero nõ multo post a suis occiso, mater eius Theodatũ in regnũ asciuit. Qui ne dicam iugrati, sed insidi militis officiũ gerens, eam in balneo strangulauit. Igitur Iustinianus Belisariũ patriciũ primo in Africam destinauit, Vuandalisq; deletis, prouinciã a Barbaris liberatã, Romano imperio eam restituit. Post cũ eundẽ cõtra Theodatũ, tanq; traditorẽ, regniq; inuasorem mitteret, fractus animo tyrannus, Agapitũ papã ad eum pro impetranda pace direxit. Qui imperatorem cũ Eutycetis errore deceptũ, ad catholicã fidẽ reuocasset, principẽ ac Anthemiũ regiæ vrbis episcopũ, eandẽ hæresim defendentẽ, excõmunicasset, ipse ibidem vita functus, migrauit ad dñm. Hic potifex tantæ sanctitatis fuit, q in porta vrbis regiæ, in ipso ad imperatorẽ ingressu, cæcum illuminauit. Inter hæc Belisarius Theodatũ perfidiæ suæ pœnã soluere compellẽs, interfecit. Vuittigis post mortẽ Theodati regnũ inuadentẽ, captiuũ Constantinopolim misit, regnumq; Gothoꝝ, quod p duo milia, vel amplius annoꝝ, Iordanis stetisse cõmemorat, finiuit, & sic tam ex Africa Vuandalis, q ex Italia Gothis extirpatis, vtrasq; in pristinũ statũ reduxit prouincias. Hucusq; Iordanis episcopus, natione (vt ipse met testatur) Gothus, Gothoꝝ historiam, necnon & chronicas suas perduxit. Belisarius adhuc cum Theodoberto Francorũ rege Lotharij fratre, qui cum. cc. milibus Italiam inuaserat, pugnam cõmisit, regnantibusq; Francis pacem concessit, ac Italiæ finibus eos, sine Romani militis damno, cedere persuasit. Inter hæc Parthi cum exercitu Syriam, Neocæsareamq; vastantes, Antiochiam tenduntHucusq; Iordanis.. Quibus dum Germanus patricius cum Iustino filio consule, decertare non sufficeret, relicta vrbe, ad partes Ciliciæ se contulit. Persæ tanquã vacuam vrbem irrumpunt, prædã diripiũt, vrbes vicinas populanf, & totius Celesyriæ

bona vnius anni ſpatio demoliuntur. Quos Beliſarius Gothicę, a Vuandalicę victor, collecto milite coercuit, & Romanor̄ finibus egredi compulit. Sed recrudeſcentibus, ar tumultuantibus Gothis, cum rege ſuo Totila, moræ locum ibi non habens, in Italiã iter reflexit. His diebus Longobardorũ gentes, qui a vel Scandi nauia. Scanſia inſulã, vnde & Gothi egreſſi fuerant, cũ Alboino rege ſuo in Pãnonia habitabant. Hi nõ multo poſt Italiã, quam hactenus incolunt, vt poſt dicetur, occupauerunt. Beliſarius in Italia manens, præceptõ Theodoræ Auguſtæ, Siluerium papam, eo ꝙ Anthemiũ hæreticũ ab Agapito anteceſſore ſuo excõmunicatum, abſoluere nollet, falſor̄ teſtium accuſatione criminatũ, inuitus in exiliũ miſit. Vigilio ſucceſſori eius, ſub quo quinta ſynodus generalis Conſtantinopoli congregata fuit, ſimiliter fecit. Sub hoc pontifice Arator ſubdiaconus, Arator. actus apoſtolor̄ verſibus defloruit. Per idem tempus floruere Caſſiodorus ſe- Caſſiodor⁹ nator, ac Dionyſius abbas, quorũ prior librum pſalmor̄ luculenter expoſuit, Dionyſius alter cyclos paſchales ſubtiliter compoſuit. Priſcianus Cæſarienſis grãmaticæ & Priſcia- libros ad Iulianũ cõſulem patriciũ profuſos, ſed neceſſarios officioſo opere edi- nus. dit. His etiam diebus, ſignis, & prodigijs, vitaq; cõtinentiſſima primo eremita, poſt abbas clarus habebatur Beatus Benedictus, qui multos, verbo, & exẽplo ædificans, & ad arctioris vitæ viam accendens, monachor̄ regulam (vt Gregorius ait) ſermone luculentam, diſcretione præcipuam, quæ hactenus in eccleſia florere cognoſcitur, deſcripſit. Qui vero alij tunc principes, aut ciues ciuitatis Chriſti, vita & ſcientia inſignes fuerint, ſi quis ſcire vult, legat Dialogũ Gregorij. Corpus ſancti Antonij repertũ, Alexandriæ recondit̃. Iuſtinianus princeps egregius, rẽpu. iuxta tẽpus ſuũ ſatis exaltatã, xxxix. imperij ſui anno diẽ obijt. Hucuſq; Victor Turonũ epiſcopus chronicas ſuas perduxit.

De imperio Iuſtini, eiusq; bonis operibus. De cultu regis Indor̄. De plurimis victorijs per Narſem factis, & introitu Longobardorum in Italiam, morteq; Auguſti.

CAPVT V.

ANno ab incarnatione dñi. DLxvij. regnãte in Francia Hilperico Clotharij filio, cũ tribus fratribus, Iuſtinus iunior Iuſtiniani nepos, natione Thrax, Iij. ab Auguſto, imperiũ ab Eutichio patriarcha coronat⁹ ſuſcepit. Hic cum eſſet catholicus, eccleſias dei, quas anteceſſor ſuus ędificauerat, precioſis theſauris, & largis poſſeſſionibus ditauit. Huius diebus pax inter Romanos, & Perſas rumpitur. Imperator vero ad Aretham Indor̄ regem Iulianũ miſit. Qui ut poſtmodum retulit, eum pene nudum, circa lumbos tantũ cincturã, & linea veſtimenta auro contexta, & circa ventrem indumenta ſciſſa, margaritis precioſis conſerta, in brachijs quinos circulos, & armillas aureas, in capite pannum gemmis ornatũ, in collo torquem aureũ habentẽ, ſuper quattuor elephantes rotis quattuor curru excelſo innitente ſtantẽ, ſcutũ paruiſſimum deauratũ, cũ duabus lanceolis aureis tenentẽ, inuenit. Quẽ cum contra regem Perſarũ armaſſet, reuertitur. Miſſo em̄ Narſe auxilio Longobardor̄, Totilam regem Gothor̄ interfecit, eandemq; gentẽ de Italia radicitus extirpauit. Bucellinũ a rege Francor̄ ad deuaſtandũ Italiam miſſum occidit. Sindoaldũ Brendorũ regẽ, qui de comitibus Odoacri in Italia adhuc ſuperfuit, ſuſpendio peremit. Itaq; cũ Narſes patricius deletis barbaris, Italiam in priſtinũ ſtatũ re-

duxiſſet, Romani (ut aſſolet) proſperitati eius inuidentes, ad imperatorẽ, eiusq; uxorẽ Sophiam legatione miſſa, in pluribus eum accuſabãt. Qua de re motus princeps, Longinũ ad occupandũ locũ eius miſit in Italiam. Sophia quoq; auguſta muliebriter concrepitans, Narſem utpote eunuchũ, inter fœminas in gynæceo ſuo ſe poſiturã denunciat. Quæ oĩa ægreferens Narſes, Neapolim ſe cõtulit, miſſaq; legatione, Longobardos de Pannonia in Italiã vocauit. Quorum prodigia maxima aduentũ, ita ut igneæ acies in cœlo cũ ſanguine, qui poſtmodum fundendus erat, beato Gregorio teſte, viſæ ſint, præceſſerunt. Exhinc Roma nõ ſolum tranſalpinas regiones, ſed ipſam etiã Italiã, quę extunc a barbarorum inhabitatione uſq; in hodiernũ diem Longobardia vocat̃, perdidit. Porro Iuſtinus Tyberiũ comitẽ in filiũ adoptauit, ac Cæſarem legit. Cũ vero pedibus eger iaceret ĩ lecto, ac ſe moriturũ cognoſceret, vocato ad ſe Eutichio põtifice, ac ſenatu, Tyberiũ ex Cęſare fecit Auguſtũ. Ipſe aũt, xi. imperij ſui anno diẽ obijt.

De imperio Conſtantini, elemoſynisq; eius. De pecunia quã inuenit, Perſisq;, quos per Mauritiũ deuicit. De Gregorio tunc Archidiacono, ac morte imperatoris. CAPVT VI.

ANno ab incarnatione dñi. DLxxvi. Tyberius Conſtantinus, natiõe Thrax, ab Eutichio patriarcha coronat⁹, Iij. ab Auguſto imperauit. Hic dum vxorẽ ſuam Anaſtaſiã Auguſtã vocaret, Sophia prędeceſſoris ſui coniunx, eo ꝙ ipſi iungi cogitabat, grauiter indignata, Iuſtiniano ad imperiũ aſpirare perſuaſit. Sed dum ad effectum res procedere non poſſet, Iuſtinianũ quidẽ accepta ab eo pecunia, princeps in gratiam recepit, Sophiam vero omnib⁹ ei regni delicijs ablatis, priuatã viuere fecit. Pecunias etiã quas Iuſtinianus male cõgregando repoſitas habebat, large pauperibus erogauit. Fertur de eo, ꝙ dum in palatio ſuo deambularet, videretq; in pauimẽto crucem ſculptam, iubens eam auferri reuerenter. Crucem ait, dñi in fronte geſtare, nõ pedibus calcare debemus. Qua oblata, dum alia apparuiſſet, ac illa rurſum ſublata, dum tertia inuẽta fuiſſet, infinitã pecuniã auri repperiſſe traditur. Narſe quoq; patricio mortuo, plurimũ auri & argenti in puteo inueniſſe memorat̃, quæ omnia more ſuo pauperibus erogauit. Completũ in eo cernitur, quod dñs ait, Omni habenti dabitur, dum large res ſuas pro Chriſto diſtribuens, largas ab eo impẽſas accepit. Idem vaſtata Italia a Longobardis ſub Benedicto papa dum Roma plurimum fame laboraret, miſſis ab Aegypto nauibus, multa frumenti modior̄ milia ciuibus donauit. Perſas fines imperij irruentes, per Mauritiũ ducem glorioſe deuicit, eiq; poſtmodũ filiam ſuam in matrimonio cõiunxit, & Cęſarianã dignitatẽ cõtulit. Hilperico Francor̄ regi magnifica dona miſit. His diebus beatus Gregorius Romanæ eccleſiæ Archidiaconus, a Pelagio papa Conſtantinopolim miſſus, Moralia Iob Leandro ſcripſit, & Eutichiũ eiusdem vrbis epiſcopũ, ſub præſentia principis in fide reſurrectionis erraſſe conuicit. Verum Tyberius imperator chriſtianiſſimus, ſubſtituto ſibi in imperio conſilio Sophiæ, genero ſuo Mauritio. vij. imperij ſui anno in pace quieuit.

De principatu Mauritij, perſecutione eius in beatũ Gregoriũ tunc papam. De viro dei Columbano, diſcipulisq; ſuis. De viſione & euentibus Mauritij, fineq; eius. CAP. VII.

ANno dñi.Dlxxxiij.Mauritius Capadocus primus ex genere Græcorum.liiij.ab Augusto imperiũ est adeptus. Huius diebꝰ beatus Gregorius ciuitatis dei verus ciuis,Romæ consensu imperatoris a clero ac populo electus, pontifex ordinat. Quẽ tamẽ princeps,cũ esset in explebilis auaritiæ,quęstus gratia plurimũ persequebat. Ea tempestate vir dei Columbanus, natione Scotus,Luxoniensis abbas, a Brunehilde Burgundionum regina,eo ꝙ eam de pessimis operibus suis,ac maleficijs ꝛelo dei argueret, tanꝯ iustus Helias a Ieꝛabel grauem persecutionẽ passus, monasteriũ mutare, ac in Italiam ad locum,qui Bobium dicitur,transire, ibiꝯ usꝯ ad diem obitus sui manere compellitur.Huius discipuli clarissimi regni Christi ciues fuere. Leodegarius,qui postmodum Antisiodorensem regens ecclesiã, martyrio coronatur.Romaricus,qui in monte,qui ex nomine suo mons Romarici dicit, sanctimonialiũ nobile fundauit cœnobiũ. Gallus,qui in Sueuia in territorio Cõstantiensi residens,egregiam ex nomine suo,quæ multis honoribus,ac diuitijs modo locupletata cernitur,tenet ecclesiam.& alij ꝯplures.Fertur em̃,ꝙ.ccc.prædictus vir dei pater extiterit monachoꝝ,qui omnes patris secuti monita,excepto Eberuino,inter ciues Christi ascripti credunt. Hic em̃ solus ex illis caducis honoribus a Brunehilde illectus, retro abijt,& militiæ cingulũ sumpsit, maiorꝯ domus effectus,multis malis præfatos dei seruos afflixit,ac beatũ Leodegariũ martyrẽ fecit.Verum Brunehildis scelerũ suoꝝ pœnas luens, postmodũ a Clothario rege caudis indomitoꝝ equoꝝ allígata,finem vitę miserabilem fecit,nobisꝯ exemplũ abhorrendæ immanitatis eius reliquit. At Mauritius cũ a persecutione beatissimi papę Gregorij nõ cessaret,xix.imperij sui anno vidit in somnis virum monachico habitu, gladiũ in manu habentẽ,ad se terribiliter venire ac eum moriturũ palam pronunciare. Quo viso perculsus, culpãꝯ suã recognoscens,tam summo põtifici Gregorio,ꝯ alijs episcopis,abbatibus,solitarijs scripsit humiliter,ut deo pro eo exorato,ꝙ in præsenti,& nõ in futuro pœnas peccatorũ suoꝝ solueret,precibus impetrarẽt.Ipse ꝺꝯ multis lachrimis idẽ deo cõmendabat.Cum ergo deus ad petitionẽ ecclesiæ imperatorẽ exaudire vellet,vidit in somnis,se coram crucifixo apud æneam palatij portã stare, vocemꝯ terribilem audire,Date Mauritiũ.& iterũ, Vbi vis reddam tibi mala quę fecisti:hic an in futuro? Cũꝯ ille respõderet,Nõ in futuro.iussit eũ cũ uxore,liberis, ac cognatione Focæ tradi.Mane facto, Philippico genero suo ad se vocato, narratoꝙ somnio,si Focam cognoscat,requirit. Tum ille paulisper secũ deliberans, Iuuenis est inquit,& temerarius. Nuncij quoꝙ quos ad viros dei miserat,reuersi, similia visioni reportabant responsa. Porro exercitus a Mauritio missus, cũ ob eius auaritiã laborarent fame,in seditionem versi, Focam imperatorem creant. Quod audiens Mauritius,ac ex visione sibi monstrata,futura præsagiẽs fugit. Quem Focas insecutus,iuxta Calcedonam cũ uxore,ac filijs culpam suam humiliter cognoscentem, scd'm quod ei in visu monstratum erat, anno imperij sui xxi.decollauit.Fertur ꝙ decollato eo lac,quod indulgentiæ a domino inuentæ signum esse ominantur,cum sanguine effluxerit.

S.Leodegarius.
S.Gallus.

De imperio Focæ, transituꝙ beati Gregorij.De duobus,qui post eum erant,Bonifacio & Cosdroa rege Persarum,interituꝙ Focæ. CAPVT VIII.

ANno dñi.Dciij.Focas.lv,ab Augusto imperiũ sortitur,habẽs vxorẽ. Leontiã noĩe.Hic primo patricij cuiusdã strator,post miles, ad vltimũ imperator fuit.Anno imperij eius.ij.beatissimus papa Gregoriꝰ qui verbo,& exemplo ciuitatẽ dei plurimũ illustrauerat, migrauit ad dñm,scripturarũ suarũ dulcissima relinquens monimẽta. A quo,iij.Bonifacius impetrauit a Foca,vt ipsius auctoritate,Romana ecclesia caput omniũ diceretur ecclesiarũ, Nam Constantinopolitana se primã puto propter regni sedẽ illuc translatam scribebat.Post hũc alius Bonifacius.iiij.a beato Gregorio, precibus ab eodẽ Augusto obtinuit,vt templũ a Domitiano imperatore cõstructũ quod Pantheon vocabat,ecclesiæ dei datũ,in honore omniũ sanctoꝝ dedicaretur.His diebus Cosdroas Persaꝝ rex, orientẽ peruagatus,multas Romanis prouincias abstulit, ac viuificæ crucis vexillum ab Hierosolymis asportans,in soliũ suo,vbi se vt deum adorari fecerat,posuit.Focas autẽ cũ multa scelera,& homicidia perpetrasset,ab Heraclio Heraclij patricij prætoris Africę filio,vocatu Prisci patricij generi sui,viij.imperij sui anno interficitur.

De Cosdroa, & ligno.S.crucis.

De principatu Heraclij,magnificoꝙ eius triumpho,& reportatione.S. crucis.De Anastasio monacho,& Mahumet,regnoꝙ Dagoberti,& victoria eius.De timendo fine Heraclij. CAP. IX.

ANno dñi.Dcxij.Heraclius occiso Foca, a Sergio patriarcha coronatus.lvi.ab Augusto imperiũ sortitur, regnante in Francia Lothario Hilperici filio. Anno imperij sui.ij. ab Eudoxia filiũ Heracliũ, seu Constantinũ habuit.Mortua vero Eudoxia, Martinã sororis suæ filiam inceste sibi copulauit,ac Heraclonã ex ea suscepit. Hucusꝙ Isidorus eius historiã suam perduxit,Anno imperij sui.viij.dum pacẽ a Cosdroa Persaꝝ rege peteret,nec impetraret.iiij.post hoc,id est.xij.regni sui anno,procinctũ in Persidem mouet, occisoꝙ singulari cõgressu super pontẽ Danubij Cosdroæ filio,vastata Perside,Cosdroã ꝺꝯ,ablato de prophana manu eius ligno sanctę crucis, interfecit, ac.vij.demũ exquo exierat anno, ad regiam vrbem victor rediẽs, nõ multo post lignum salutiferũ Hierosolymã reportauit. Exhinc exaltatio sanctę crucis in ecclesia dei celebrari cœpit. His diebus Anastasius Persa, primo magus,post fide assumpta monachus factus, nobile pro Christo martyriũ cũ alijs lxx.a Persis Marçabona iudice peregit,cuius tunica mox demoniacus indutus curatur.Huius corpus Heraclius cũ captiuis de Perside reportauit,ac in monasterio beati Pauli,quod ad aquas saliuas dicit, vbi nunc religiosoꝝ monachorum cœnobiũ ex noĩe suo vocatũ esse cognoscit,honorifice cõdidit. Circa idem tẽpus Mahumet,quẽ Sarraceni hactenus colunt,ex stirpe Hismaelis,patre genitili,& matre Iudæa fuisse dicit. His diebus Lothario mortuo, Dagobertus admodũ puer,educatus a beato Arnulfo maiore domus,qui postmodũ Metensiũ eps fuit,in Francia,excepto ꝙ fratri suo Heriberto circa Ligurim quasdã vrbes ac pagos dimiserat,solus regnauit. A Clodoueo em̃ vsꝯ ad id temporis, regno Francoꝝ inter filios,filiorũꝙ filios multipharie diuiso,cõfuse regnatũ est. Erat autẽ Francoꝝ iam terminus ab Hispania vsꝯ in Pannoniã, duos nobilissimos ducatus Aquitaniã & Baioariã. Aquitaniã quidẽ ad occidentẽ,Baioariã ad orientẽ habens.Dagobertus ergo totius regni principatũ tenens, Baioarijs legem dedit.Hic dũ adhuc viuẽte patre Lothario,cũ Saxonibus pugnã inijsset, ac gra

Hucusꝙ Isidorus.

Exaltatio S.crucis.

Mahumet.

uiter vulneratus fuisset, misso ad patrē nuncio, acceptoq; auxilio, rursum certamen aggrediť, victisq; ac fatigatis Saxonibus, omnē prouinciā suæ ditioni subiiciens, cunctos eiusdē gentis masculos, qui gladij sui, quē tūc forte gerebat, mē surā excederent, necasse tradiť. Beatus Cunibertus Coloniensem tūc regebat ecclesiā. Igitur Heraclius a Sergio patriarcha deceptus, Eutycianus hęreticus efficitur. Mathematicus etiā & astrologus factus, prēuidens in stellis circūcisos imperiū suū vastaturos, arbitrans hos Iudæos esse, missis ad Dagobertū regē Francoꝝ nuncijs, omnes regni sui Iudęos baptizari postulat, & impetrat, ipseq; in regno suo similiter facit. Non multo post tēpore, Agareni gens circūcisa imperiū vastant. Quos dum Heraclius misso exercitu cohibere vellet, centū. l. M. perdidit. Qua de causa dū apertis portis Caspijs, gentē sæuissimā, quā Alexāder magnus ob immanitatē sui super mare Caspiū incluserat, educeret, bellūq; instauraret, nocte ab angelo. l. duo milia de exercitu eius pcussa ferūtur. Vnde fractus animo princeps, & ex dolore in tumorē versus, ac hydropicus factus. xxvij. imperij sui anno viuendi finem fecit. Vide iustissima dei iudicia. Princeps iste qui primo per virtutē crucis de potentissimo rege Persarꝝ triumphauit, postmodū a Sarracenis, amisso milite, ex dolore velut rationis expers, eiusq; per quod ante vicerat, signi immemor factus, crudelissimā gentē, quā etiā gentilis homo includerat, impræmeditate educens, a dño iuste flagellať, vt & ipsi pœnitētiæ locus, & posteris exemplū correptionis relinqueret. Hæc omnia ad contemptū mūdi, amorēq; dei, qui & sperantes in se remunerat, ac cōtemnentes condemnat, nos prouocare debent.

Hoc i chronica Eusebij offendes.

De imperio Heraclij, eiusq; nece, & de vltione illoꝝ qui hoc fecerant. De noua hæresi Pyrrhi, & Cyri. CAPVT X.

ANno ab incarnatione dñi. Dcxxxix. regnāte in Francia Dagoberto, Constantinus Heraclius, Heraclij filius. lvij. ab Augusto regnū est adeptus. iiij. imperij sui mense, fraude nouercæ suę Martinę, Pyrrhiq; patriarchæ veneno necať, ipsaq; cū filio suo Heracleona regnum vsurpans, per duos annos tenuit. Mutilatis ergo naribus filij, matrisq; lingua abscisa, Constans Constantini Heraclij filij filius, a senatu imperator creať. Pyrrhus quoq; patriarcha, sceleris auctor, in exilium truditur, & in locum eius Paulus subrogatur. Hic est Pyrrhus qui cum Cyro Alexandrino episcopo hęresim, quæ duas in Christo voluntates negabat, condidit.

De imperio Cōstantis, & Martino papa. De victorijs eius, & itinere ad vrbem. De filijs Dagoberti, morteq; Cōstantis. CAPVT XI.

ANno ab incarnatione dñi. Dcxlij. pulso cū matre Heracleona, Constans Constantini filius. lviij. ab Augusto regnauit. Hic cū in eandē in quā auus suus Heraclius hæresim fuisset lapsus, Martinū papam eo q; Paulū patriarchā, Pyrrhū, & Cyrū habita synodo excōicasset, apud Cersonā in exiliū misit, vbi multis miraculoꝝ signis refulgens, migrauit ad dñm. Porro Cōstans cōgregata sub Vitelliano papa synodo, hæresim abdicauit, ac beato Petro miræ magnitudinis euāgelia auro cooperta, gēmis ornata misit. Ipse vero nō multis post diebus Italiā a Longobardoꝝ potestate eripere volens, p æquora nauigando Tarentū applicuit. Post Beneuentū veniens, oēs

pene ciuitates, quas Longobardi inhabitabant, cepit, ac Luceriā vsq; ad solum prostrauit. Deinde accepta obside sorore Romaldi, Grimaldi regis filia, Neapolim iter flectit, inde ad vrbē iter tendens, Vitellianū papā in. vij. miliario obuium cū clero & populo habuit, ac ita honorifice Romā ingressus, beato Petro palliū auro textū obtulit. Cogitabat autē imperiū ad vrbē transferre, eo q; Constantinopolitanos, qui ei de sacrilegio in Martinū papā cōmisso consiliū dederant, tanq; hæreticoꝝ fautores exosos haberet. Huius diebus beata Gertrudis virgo, Pipini filia, beato fine quieuit. Dagoberto q̄q; mortuo, Clodoueus filio eius successit. Nam alij filio Sigiberto, s. dū adhuc viueret, Austrasiā relinquerat, eūq; Cuniberto Coloniensiū præsuli, & Pippino cōmēdauerat. Constans ab vrbe digressus, Siciliā ingrediť, vbi p. vi. annos moratus, fraude suoꝝ. xxvij. imperij sui anno in balneo perimiť. Quo mortuo, Mitiū quendā Armeniū impatorē milites creāt. Hoc cōperto, Cōstātinus Cōstātis filio, Siciliā intrauit, Mitiūq; cū iterfectoribo patris occidit, ac cōpositis rebo i Hesperia, ad vrbē regiā rediit.

Beata Gertrudis

De principatu Cōstantini, & synodo cōgregata, damnataq; hæresi Cyri, & Pyrrhi. De Angiso maiore domus Franciæ, Lamperto episcopo, morteq; Constantini. CAPVT XII.

ANno ab incarnatione dñi. Dclxx. Constantinus Cōstantis filius, cū duobus fratribus Heraclio & Tyberio, lix. ab Augusto imperiū sortitur, regnantibus in Francia Dagoberti filijs. Huius diebus missis ab Agatone papa legatis Constantinopolim, sexta synodus. cl. vel iuxta alios. cclxxxix. epis, præsidente Georgio eiusdē vrbis patriarcha, & Macharios Antiocheno, qui iuxta Sergiū, Cyrū, Pyrrhū, & alios antecessores suos, vnam voluntatē, & vnā operationē asserebant esse in Christo, in præsentia principis cōgregať. Reuocatoq; p apl'icæ sedis legatos, ad catholicā fidē Georgio, Macharius cū sequacibo suis anathematizať, ac Theophanus abbas de Sicilia in locū eius subrogať. In eadē synodo damnata hæresi, tantæ aranearū telæ in cōspectu omniū ceciderūt, vt in hoc facto oēs erroꝝ sordes expulsos cuncti animaduerterēt. His diebus beato Arnulfo, qui maior domus fuerat, sęculo abrenuncianti, postmodum in ecclesia Metensi pontifice facto, Angisus filius suus principatū maioris domus tenuit. Beatus Lampertus Traiectensem, quę post Leodium translata est, gubernauit ecclesiā, Constantinus. xvij. imperij sui anno diem vltimum clausit.

Sexta synodus.

Lamptus eps.

De imperio Iustiniani Constantini, Kiliano, Pipino maiore domus. De Tyberio, & Leontio, &. vij. synodo CAPVT XIII.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dclxxxvij. Iustinianus Constantini filius. lx. ab Augusto imperauit. Hic cū Sarracenis pacē fecit, ac Africā ab eis liberatā, Romano imperio subiecit. Hic etiā Sergiū papā, qui hęreticæ synodo suæ in vrbe regia celebratæ subscribere noluit, misso Zacharia Protospatario captiuū ad se duci pcepit, sed militia Rauēnatēsiū erepto de manu eius pōtifice, Zachariā vrbe expulit. Eo tpe sanctus Kilianus cū sociis suis martyrio coronať. Sanctus Remaclus Traiectēsiū eps beato fine quieuit. Pipinus filius Angisi, maior domus effectus, regnū Francoꝝ administrauit, cuius anni in catalogo regū deinceps annotanť, reges em exhinc oīb regni

S. Kilianus cū sociis.

negocijs,& honore nudati,solo noīe regnabāt,maiores vero domus curā regni habebant.Iustinianus a Leontio patricio, quē ipse per triennium in vinculis tenuerat.x.imperij sui anno,præciso primū naso,in exiliū truditur. & Leo,qui & Leōtius,p tres annos imperiū occupauit.Quibꝰ expletis,Tyberius,qui & Absimarus,absciso naso Leontij,eū ī monasteriū trusit,regnūq; vsurpatū.vij. annis tenuit.His diebus sub beato Sergio papa.vij. synodus Aquileiæ congregatur.

Septima synodus.

De reditu Iustiniani,quē mutilatis naribus Tyberius & Leontius expulerant,vltioneq; eius.Qualiter Cōstantinū papā vocans,honeste tractauit,Philippicūq; psequēs ab eo occisus est. CAP. XIIII.

ANno ab incarnatiōe dñi.Dclxxxvij.Iustinianus qui a Leone pulsus fuerat,adiutorio Terbellis Bulgaroꝝ regis, regia vrbe capta,imperiū recepit,ac postmodū per sex annos tenuit. Hic Tyberiū & Leontiū captos,ac in cathenis positos, per plateas trahi, & post vniuerso populo acclamante,Supꝫ aspidē,& basiliscū ambulabis &c.pedibus colla eorū calcans,ad vltimū decollauit.Eos ẏo qui factionis erga eū ppetratæ rei fuerāt, diuersis pœnis cruciari fecit, ac pene q̄tienscūq; de mutilatis naribus guttā reumatis detersit,aliquē illoꝝ necari præcepit.Gallicinū patriarchā erutis oculis, Romā in exiliū misit,ac Cyrū abbatē ponti, qui ei exuli necessaria ministrauerat,in locū eius substituit,Tyberiūq; filiū suū regni consortē fecit.Constantino etiā papa accersito,ac honorifice suscepto,culpasq; suas humiliter cōfitetur, ac postmodū omnibus sanctæ Romanæ ecclesię priuilegijs renouatis,eū cū honore remisit.Porro collecto milite, Philippicū quē in Ponto relegauerat,cōprehēdere voluit, Qui ab exercitu imperator creatus,sexto ab vrbe regia miliario pugna cōmissa,Iustinianū occidit,filiūq; eius .fideles Philippici necauerunt.

De principatu Philippici,hæresiq; eius,& morte. CAPVT XV.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dccxiij. Philippicus remotis a catalogo regū Leontio & Tyberio,q viuēte Iustiniano regnū inuaserāt.lxiij.ab Augusto regnauit,ī Frācia solo noīe regnāte Dagoberto iuniore, Pipino ẏo maiore domus,oēm regni honorē habēte.Hic amore cuiusdā monachi īclusi,& hęretici,q eū regnaturū p̄dixerat,synodū pseudo epoꝝ cōuocat,ac sanctā,& vniuersalē.vi.synodū reprobat. Cyro q̄q; deposito,ac in monasteriū truso,Ioannē erroris sui socium,patriarchā in vrbe regia ordinat.Misit q̄q; Cōstantino papę de fide sua literas,quas ille respuit.Prēterea populus Ro. statuit,ne eius chartæ,vel figuræ reciperent,vel nomē vtpote hęretici,inter missarū solennia recitaret.Hic dū sabbato sancto Pentecostes egressus a balneo circa meridiē in lecto cubaret,a Rufino, ac Theodoro patricio p aureā portā egressus,cōprehensus,post annū,&.vi.menses ex quo regnauerat,excæcatur.

De imperio Anastasij,augmentoq;,ac victorijs rei Francoꝝ.sub Carolo seniore maiore domus,ac defectu imperij Romanoꝝ,Anastasioq; clerico facto. CAPVT XVI.

ANno ab incarnatiōe dñi.Dccxiiij.Artemiꝰ,qui mutato noīe dictus est Anastasius,in die sancto Pētecostes.lxiij. ab Augusto impator creatur. Hic iuxta q̄sdā tribꝰ annis regnauit.Alij vero scribūt, vno anno,& tribus mensibus.Philippicū vero duobꝰ annis,ac.ix.mensibus regnasse.Quā cōtrouersiā scriptores viderint. Anastasius ergo regnū adeptus,missis Romā literis,catholicæ fidei defensorē,ac sexti cōcilij assertorē se p̄nunciauit.Huius diebus Dagobertus moriē rex Frācoꝝ,Pipino q̄q; maiore domus mortuo.Carolus filius eius regnū Francoꝝ p.xxvij.annos,regibus adhuc,sed sine honore,ac vtilitate manētibus, administrauit. Hic magni Caroli auus, Reginfridū regnū inuadere volentē,multis ac grauibus bellis pressit, ac ad vltimū relicta sibi tm̄ ad habitādū Andegauensiū ciuitate,regno coercuit. Is etiā victis Baioarijs,Alemāniā q̄q;,quā Sueuiā dicūt,cū Lantfrido duce eoꝝ subiugauit.Gasconiā cū Hudone Aquitanioꝝ duce deuicit. In Saxonia, ac Frisia fortia bella gessit.Sarracenoꝝ,qui cū vxoribus, ac liberis Aquitanię fines ingressi fuerant.ccclxxxv.milia fudit,ex Frācis tm̄ mille quingētis, Eudone Aquitaniæ duce,in epla quā btō Gregorio papæ secūdo scripsit teste,amissis. Hic rursū.xx imperij sui anno Gasconiā ingressus,Eudonē occidit, ac seq̄nti anno cōtra filios eius bellū instaurauit.Sarracenos denuo Gallias intrare volētes, iuxta Narbonā deleuit.Qui dū iterū ꝓuinciā capta Arelato vastāt,a Leuprādo Longobardoꝝ rege,qui filiū eius Pipinū,tonsa cæsarie,adoptauerat in filiū,petito & accepto auxilio,de finibus eius fugere coguntē.Igiē dū regnū Frācoꝝ multis modis sub bellicosissimo principe Carolo augmētareē,regnū Romanoꝝ q̄d ad vrbem regiā translatū fuerat,non solū ab hostibus amissis ꝓuincijs īminuebatur, sed& intestinis malis intra se collidebatur. Etem̄ circa principia principatus Caroli, cōiuratione facta,milites aduersus Anastasiū, Theodosiū creant imperatorē inuitū.Quo cōperto Anastasius in Niceā se cōtulit.Quē Theodosius cōserto ꝓlio vicit,ac clericū factum,postmodū in presbyterū ordinari fecit.

Imperator fit clericus

Q2 & Theodosius successor illius,clericus factus,Leoni imperium dimisserit,& de inundatione Tyberis. CAPVT XVII.

ANno ab incarnatione dñi.Dccxvij.Theodosius.lxv.ab Augusto imperiū sortitus,vno tm̄ anno imperauit. Leo em̄ orientaliū p̄tor,ciuile bellū parās,filiū eiꝰ Theodosiū in Nicomedia cōprehēdit.Ob ea fractus aiō Theodosius,cōsilio Germani patriarchę,ac senatus, sponte purpura deposita,clericus efficit.His diebꝰ Tyberis inundās multa ędificia Romæ subruit,duransq;.vij.dies,ciuibus letaniā agētibus.viij.demū die cessauit.

Secundus impator fit clericus.

De imperio Leonis Syri,eiusq; impietatibus.De Bonifacio,Pirmenio,Beda,& obsidione regiæ vrbis,morteq; Leonis. CAP.XVIII.

ANno ab incarnatiōe dñi.Dccxviij.Leo natiōe Syrus.lxvi. ab Augusto imperauit,manente adhuc in Francia Carolo seniore.Hic imagines dñi,ac sctōꝝ incendi,& multos impietati sue resistētes decollari iussit.Inter cęteros passa fuit virgo Christi Theodosia,cuius vsq; hodie maxima in vrbe regia manet memoria,& veneratio.In ecclesia em̄ sanctimonialiū integro corpe humata seruaē, oībusq; aduenientibus tanq; cœlestis medica,inter manus virginū deportata adhibeē,ac tanq; ꝓ bono onere q̄scūq; culcando graue se pbuerit,habeē.Quod & nup dū Hierosolymitana expeditio sub Cōrado Romanoꝝ,Ludouico Francoꝝ regibus ageret,nos cū multis alijs experti fuimus.Leo Germanū etiā patriarchā sede sua pellēs,Anastasiū in locū eius substituit.Qua de causa Gregoriꝰ papa cōmonito sępe p literas impatore,ac incorrigibili inuēto,Italiā ab eius imperio recedere psuasit,Per idē tēpus ab eodē pōti-

S. Theodosia.

fice Bonifacius in Germaniã missus, beatus q̃q; Pirmenius, qui multor̃ monasterior̃ pater extitit, clari habebant̃. Reliquiæ sancti Augustini a Sardinia in Ticinũ a Leoprando deportant̃. Beda etiã venerabilis Anglor̃ p̃sbyter, multa scripturar̃ suarũ monimẽta relinquẽs, in pace quieuit. His diebus Sarraceni vrbẽ regiã p trienniũ obsidione cinxerũt, tandẽq; clamãtibus ad dñm ciuibus, fame, frigore, pestilentia correpti discesserũt. In vrbe q̃q; .ccc. milia pestilentia perijsse ferunt̃. Verũ Leo imperator impius, xxiiij, imperij sui anno moritur.

De imperio Constantini Leonis filij, eiusq; pessimis operibus, morteq; Caroli, maiore domus, ac successione filior̃ eius. CAPVT XIX.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccxlij. Cõstãtinus Leonis filius, lxvij. ab Augusto, patri in regnũ successit. Hic p oĩa patrẽ malicia supgressus maleficijs, ac cruẽtis sacrificijs, & inuocationibus dæmonũ, luxurię q̃q;, ac immunditię inseruiẽs, ecclesiãq; dei more antiquor̃ tyrannor̃ persequẽs, tam crudelis, a cimpius fuit, vt iusto iudicio dei tam ob eius, q̃ ob patris malicią, regnũ illud nobilissimũ imminutũ videatur. Anno imperij eius primo, Carolus Pipini filius moriẽs, tres filios Carolomannũ, Pipinũ, & Grifonẽ reliquit. Hor̃ Grifo, qui minor natu erat, cõsilio vxoris suę Schuanehilde, Vdulionis Baioarior̃ ducis consanguineæ, occupata Lauduno, fratribus bellũ indicit. Qui collecto milite, Laudunũ obsidione cingunt, fratrẽq; in deditionẽ acceptum, in castello iuxta Aluernã custodiæ manciparunt.

De bellis filior̃ Caroli, fundatiõeq; Fuldensis monasterij, q̃liter vnus monachus factus, alter Pipino fratri rebellãs, in pacẽ sit vocat⁹. CA. XX.

ANno ab incarnatione dñi. Dccxlij. Pipinus & Carolomãnus primo in Aquitania cõtra Hunaldũ, eiusdẽ prouinciæ ducẽ, procinctũ mouent. captoq; castello, q̃d Lucas dicit̃, in loco qui vetus Pictauis vocatur, regnũ diuidũt. Carolomanno Austriã, Alemanniã, Turingiã, Pipino vero Burgundiã, Neustriã, puinciã sortito. Deinde multis prælijs cõmissis, anno ab incarnatione dñi. Dccxlvi. cũ iam Fuldense monasteriũ fundari cœperat, Carolomãnus aperit fratri suo se sęculo abrenũciare velle. Quod sequenti anno ad effectũ perducẽs, & ad Zachariã Romanũ pontificẽ veniẽs, ab eo clericus factus, primo in monasterio. S. Sylueſtri, q̃d in mõte Sorapte situ est, monachicũ habitũ assumpsit. Sed cũ multis ex Francia ad se veniẽtibus optata quiete perfruí nõ posset, ad monasteriũ. S. Benedicti in mõte Cassino positũ, se cõtulit, ibiq; reliq̃ vitę suę tpe fœliciter cõuersat⁹ fuit. Verũ Grifo fratri rebellãs, Baioariã eiecto inde Tassilõe duce, occupat. At Pipin⁹ Tassilonẽ i ducatũ restituit, fratriq;. xij. comitat⁹ cõcessit. q̃b⁹ ille nõ cõtẽtus, ad Vuaifariũ ducẽ Aq̃tanię fugit.

Q̃ Pipinus pro noĩe regio consultũ ad Romanũ pontificẽ misit, regnante Hilderico Merouingo. CAPVT XXI.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccli. cũ vt sæpe iam dixi, regibus Frãcorũ solo noĩe regnãtibus, maiores domus oẽm regni curã administrarẽt. Pipinus qui hanc dignitatẽ p successorẽ acceperat, Burchardũ Herbipolensem ep̃m, & Folradũ capellanũ suũ, ad Zachariã scisitandi gratia misit. Pontifex ergo, melius esse vt ille qui curã omniũ haberet, rex diceretur, q̃q; qui solum nomẽ regis gereret, remandauit. Eo tẽpore Hildericus ex antiquorũ Francor̃ regum, qui a Meroueo Clodij filio Merouingi dicebant̃, sanguine descenderat, inane (vt supra dixi) regium nomen tenebat.

Q̃ reuersis nuncijs auctoritate papæ Pipinus ad regnũ eligit̃, & q̃ Stephanus successor Zachariæ, p̃ p̃secutione ad regẽ venit. CA. XXII.

HItur anno ab incarnatiõe dñi. Dcclij. reuersis a Roma nũcijs, auctoritate Zachariæ papę, Pipinus a btõ Bonifacio Mogũtino archiep̃o alijsq; regni principibus in Suessiona ciuitate ad regnũ eligit̃. Anno seq̃nti Zacharia defuncto, Stephanus papa successit. Is cũ multa ab Aistulfo Longobardor̃ rege patereť, Pipino ab expeditione Saxonũ reuertẽti, vbi & nunciũ de fratris sui morte Griphonis habuit, in villa quæ Carisius dicit̃ occurrit, eumq; vt sanctæ ecclesiæ suæ Romanæ succurreret, rogauit.

Q̃ Pipinus cũ cęteris Francor̃ primoribus a sacramẽto absoluit̃, & in regẽ vngit̃, & de ciuibus Christi, qui hoc tpe erãt. CAPVT. XXXIII.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccliij. Pipinus a Stephano papa primo a fidelitatis sacramẽto, q̃d Hilderico p̃miserat, cũ alijs regni Francor̃ primoribus absoluit̃. ac detõso Hilderico, & in monasteriũ detruso, postmodũ i regẽ vngit̃. Hic Merouingor̃ regno finito, Carolingor̃ p̃ q̃d etiã Cõstantinopolitanũ minuendũ erat, cœpit. Ex hoc Romani põtifices regna mutandi auctoritatẽ trahũt. Pipinus igit̃ re prius, exhinc noĩe simul ac re, regnũ Frãcor̃ gubernauit. Huius diebus floruerũt clarissimi regni Christi principes, Bonifacius prædictus Moguntinus archiep̃s, Virgilius Iuuanensiũ præsul, Corbinianus Frisingensis ecclesiæ antistes, & alij q̃plures.

Bonifaci⁹ Mogũtin⁹
Virgilius
Saltzburgen⁹.

De beato Corbiniano. CAPVT XXIIII.

SEd quia beati Corbiniani mẽtionẽ fecimus, cuius locũ indigni tenemus, tanti viri gesta oĩno silẽtio p̃terire, incõueniẽs arbitramur. Hic Vualdegiso patre, ac matre Corbiniana, claris ad sęculũ parẽtib⁹ generatus, in ipsa etiã pueritia diuinã gratiã, quã postmodũ plene acceptur̃us erat, p̃libauit. Etem̃ mũdi nõ detẽtus illecebris, de cũcta parẽtũ substãtia solo victu, & vestitu cõtentus, in cellula quã sibi cõstruxerat, habitauit. Vindemiarũ autẽ tpe dũ quidã vini primitias ei obtulisset, musti feruescẽtis ĩpetus, spinã vasis excussit. Sed vir dei regulare silentiũ nolẽs violare, famulis q̃dẽ hoc indicare distulit, oratiõibus tñ vinũ, ne inutiliter efflueret, cohibuit. Cũ ỹo fide, & virtute q̃ altius ,pueherẽ, dignus esset, a btõ Gregorio vrbis Romę ep̃o, p̃sul ordinatus, ad gẽtes destinat̃. Igit̃ p vallẽ Tridẽtinã rediẽs, ac Baioariã ingressus a Tassilone duce, eiusq; filio Theodone, benigne susceptus, montẽ Frisigẽ. accepit, vbi primo ecclesiã, q̃ vsq; hodie cernit̃, in honore beati Bñdicti cõstruxerat, ac monachor̃ ibi sacrũ cõuentũ adunauit. Est aũt mõs idem in pulcherrimo, & amœnissimo loco positus, lympidissimar̃ aquarũ, ac p̃cipue Isaræ rapidissimi fluuij cursu cõspicuus, totã illius regionis faciẽ, & ex Australi plaga latissimam campi planitiẽ, tanq; e specula lõge, lateq; cõtẽplans. Hic illis diebus syluis circũseptus, q̃si venator̃ specula fuisse tradit̃. Manẽt & adhuc syluar̃ in plano inter harũdineta vestigia, s. antiqui trunci, ceruor̃ q̃q; vsq; hodie, ac capolar̃ multitudo copiosa. Ex septẽtrionali ỹo plaga, adhuc sylua nõ mediocris, q̃ Forestus vulgo dicit̃, ędibus, ac igni plurimũ ciuitati vtilis, superstes cernit̃. Cõtigua q̃q;

monti terra ex Austro Isara, ex Aquilone Ambra fluuijs inclusa, in sinū quendā fertilissimū, ad quattuor teutonica miliaria ꝓtendit. In fine cuius, vbi prædicti amnes cōfluunt, locus, qui Mosenburga dicit, pulcher valde, & delectabilis, in beati Castuli ecclesia cōgregationē clericoꝝ habēs, positus cognoscit. Beatus ergo Corbinianus Frisingēsem ecclesiā plurimis honoribus, ac possessiōibus locupletauit, ac sanctissimæ vitæ documētis informauit. Ferūt de eo, ꝙ quadā vice dū ꝓ ecclesiæ necessitate Romā ꝓgeret, vrsus saginariū suū occiderit, cui vir dei capto saginā imposuit, & vt eā deferret p̄cepit, ac verbū dei oī gladio penetrabili⁹ effectum, indomitā bestiā mādatis viri dei obtēperare coegit. Eodē itinere socijs in loco deserto fame laborātibus, aquila subito piscē detulit, cuius esu cūcti qui aderant cū stupore, & admiratione, refecti, & exhilarati sunt. Alio tpe ad regem Pipinū iter faciens, latronē suspendio adiudicatū, dum precibus a iudice liberare non valeret, signo crucis muniuit, profectusq; ad regē, reum illum iam suspensum, siue viuū, siue mortuū sibi donari postulat, & impetrat. celeriterq; reuersus illum triduanū in patibulo viuū repertum, illæsum deposuit, & correctū abire permisit. His, alijsq;, quæ longū est exequi, virtutibus, virtutūq; miraculis, iste vir dei præfatam ecclesiā primus irradiauit antistes.

Q. Pipinus rogatu Stephani in Italiā ingressus sit. De morte Bonifacij, rursumq; ingressu Pipini in Italiā. De legatiōe Cōstantini ad Pipinū. De bellis varijs Pipini, morteq; eius. CAPVT XXV.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dcclv. Pipinus rex rogatu Stephani papæ cōtra Aistulfum Longobardoꝝ regē ꝓcinctū mouēs, Italiā ingredi disponit. Cui dū Lōgobardi in arctis locis montiū obsisterent, cæsis multis, magno labore claustra penetrās, i plano resedit. Porro Aistulfus Papiā se cōtulit, quē Pipinus tamdiu circūdedit, donec receptis .xl. obsidib⁹ ac iureiurādo iuterposito, ne amplius Romanā ecclesiā infestaret, obsidione solueret, Stephanoq; pōtifice cū militia Francoꝝ honorifice ad sedē ꝓpriā remisso ipse ad propria remearet. Hoc anno beatus Bonifacius archiep̄s, qui (vt aiūt) terminos episcopatuū Baioariæ, sicut hodie manēt, distinxit, Fuldensecq; cœnobiū fundauerat, ac multa ecclesię dei ꝓfutura opera, tā in Gallia, ꝙ in Germania patrauerat, verbū vitæ prædicans, a Fresonibus martyrio coronat. Anno seq̄nti cū Aistulfus ea quæ laudauerat, irrita faceret, Pipinus eū denuo Papiæ obsessum, promissa implere cōpulit. Insup etiā Rauennā cū alijs plurimis Italiæ vrbibus, beato Petro designauit, ipsecq; reuersus est in Gallias. Anno dehinc ꝓximo cū iā vt sæpe dixi, Francoꝝ regno crescēte, Romanū decresceret, Cōstantini Augusti nuncij Pipino munera deferētes, ad eū apud Cōpendiū veniūt. Tassilo q̄q; Baioarioꝝ dux, illo cū maioribus suæ gentis veniens, regi, filijsq; suis fidelitatē sacramento promisit. Sequēti anno rex grauj, ac laborioso bello Saxones deuicit, eosq; tributarios fecit. Nō multo post elapso tpe, cōtra Vuaifariū Aquitanię ducē, eo ꝙ ecclesias sui iuris infestaret, militē instaurat, acceptisq; ab eo obsidibus, reuertit. His dieb⁹ beatus Othmarus in insulā Reni stein relegatus, migrauit ad dñm. Pipinus Vuaifariū adhuc rebellātē, multis, ac grauibus bellis p̄ssit. Tassilo etiā Baioarioꝝ dux, postposita fide, auūculo suo Pipino rebellare attētat. Difficilia & periculosa hęc tpa, duobus fortissimis ducis, Aqtanię, ac Baioarię regi rebellātib⁹ fuere. Ea tēpestate Turci a Caspijs portis egressi, cū Auarib⁹ multis

Btūs Othmarus.

vtrobiq; pfligatis, cōflixere. Igit̄ Pipinus multis, ac varijs bellis patratis, ad vltimū Vuaifariū interfecit, ac nō multo post ī reditu Turonis infirmat⁹, & inde Parrhisios deportat⁹, anno exq̄ ī regē vnctus est .xiiij. exq̄ vero principari post mortē p̄is cepat .xxvi. die obijt, duos relinquēs filios, Carolū & Carolomānū.

De regno Caroli, varijsq; bellis eius cōtra Aquitanicos, & Saxones, ingressuq; eius in Italiā, morteq; Cōstantini Augusti. CA. XXVI.

ANno ab incarnatione dñi. Dcclxix. imperāte adhuc Cōstantino, Carolus diuiso cū fratre regno, regnare cępit. Hic primo Hunaldū, qui occiso Vuaifaro bellū ī Aquitania renouabat, ad Lupū Gaschonū ducē fugauit. Post quē tā ip̄m, ꝙ Lupū in deditionē accepit, & seq̄nti anno in Vormatia generalē curiam celebrās, oratiōis causa limina ap̄lorū visitare disponit. Tertio regni sui anno, Carolomanno fratre suo mortuo, vxoreq; illius cū filijs ad Desyderiū Longobardoꝝ regē fugiēte, Carolus solus regnās, cū exercitu Saxoniā ingredit, omnibusq; ferro ac igne vastatis, acceptis obsidibus, reuertit. Dehinc rogatu Adriani papæ Italiā ingredit, & Desyderiū Lōgobardoꝝ regē, Ticini obsidione inclusit, ibiq; dimisso exercitu, Romā orationis gratia pergit. Inde reuersus, vrbē fatigatā ad deditionē cōpulit, regēq; captiuū abduxit. Inter hoc Saxones absentia regis elati, fide posthabita, contigua terræ suæ loca populant. Porro rex subacta Italia, reuersus in Frāciā, tripertito ordine militū, Saxoniā ingredit, incendijsq; vastata terra, prædā immensam diripuit, & nō multo post regressus, denuo ab eis obsides accepit. His diebus Constantinus ꝑsecutor .xxxv. imperij sui anno mortuus est, eiq; filius suus Leo successit.

De imperio Leonis, morteq; eius, & item de victorijs Caroli cōtra Saxones. CAPVT XXVII.

ANno ab incarnatione dñi. Dcclxxvi. Leo. lxvi. ab Augusto imperiū accepit. Hic primo visus est mitior, vnde & principes filium eius imperatorē postulāt. Per idē tēp⁹ Saxones more suo nō semel, sed sæpe pactū mētientes, Carolus diuersis prelijs pressit, ac plurimis ex eis fidem christianā accipere persuasit. Porro Leo impator .v. imperij sui anno morit̄.

De principatu Cōstantini, & patriciatu Caroli. CAPVT. XXVIII.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dcclxxxi. Costātinus filius Leonis. lxvij. ab Augusto, patri in regnū successit. Huic Caroli filia, a matre sua alij copulat̄. Anno imperij ei⁹ primo, Carolus rex Romā veniēs ab Adriano papa honorifice susc̄ipit̄, ibiq; sctō Pascha celebrato, Pipinus filiu⁹ eius in regē Italiæ, & alius Ludouicus. s. in regē Aquitanię ab eode pōtifice vnguntur. Ipse vero acclamāte pp̄lo vniuerso, Patrici⁹ Romanoꝝ appellat̄. Misit etiā Adrian⁹ papa nūcios ad Tassilonē, q eū de fidelitate regis monerēt.

De Tassilone duce qualiter monachus factus sit, & de excecatiōe Cōstantini, imperioq; matris suæ Hyrene. CAPVT XXIX.

CIrca idē tēpus rege pascha dñi celebrante inglinheim, Tassilo cum maioribus gentis suæ venit, vbi dū accusatus a Baioarijs fuisset, q regi nō seruasset fidē, quinimmo Auares, i. Pannonios ad vastandū regnū induxisset, cū de his, & alijs hmōi conuictus fuisset, maiesta-

tis reus,ac capitali ſententia plectendus iudicaꝛ.Rex tamẽ miſericordia motus in monaſterio Laureacenſi,quod ipſe cõſtruxerat,eum monachicũ habitũ aſſumere,ac de peccatis pœnitentiã agere permiſit. Conſtantinus vero conſilio matris ſuæ Hyrene,vt aiũt,cæcatus,nõ multo poſt,xiiij. imperij ſui anno diẽ obijt, regnauitq; poſt eũ mater ſua.v. annis, digna cuius diebus orbis imperiũ, quod in manus fœminæ non digne deuenerat,ad Francos tranſferretur.

Q Leo papa male a Romanis tractatus,Carolũ ad vrbem vocauerit, ipſeq; de obiectis ſe purgauerit. CAPVT XXX.

ANno ab incarnatione dñi.Dccxcix.Leo papa,qui Adriano ſucceſſerat, in Letania maiore, a Romanis flagitioſiſſime, ita vt oculi eius eruti viderentꝛ,tractaꝛ.Qui ad regẽ Carolũ veniẽs,euentũ rerum deplorat.Igitꝛ Carolus victorioſiſſimus,qui iam ſubiugatis ſibi Baioariis, Aquitanis,Saxonibus,Danis,Nortmãnis,Britannis, Pannoniis,multiſq; aliis ,puinciis regnũ Frãcoꝝ plurimũ dilatauerat, dignus qui altius ,puehereꝛ, papã vlturus ad vrbẽ tendebat, Cui pridie cẽ vrbẽ intraret, Leo ad duodecimũ lapidẽ occurrit,eũq; honorifice ſuſcepit.Mane facto,vrbẽ ingreſſus,a põtifice, ac cuncto populo ſuſceptus, in eccleſiã beati Petri inducitur. Poſt ſeptẽ diebus tranſactis,rex cõcione facta,cauſam aduentus ſui exponit.Leo quoq;,cui æmuli ſui magnũ crimẽ impoſuerant,nemine cogẽte, ex bona cõſcientia de obiecto crimine corã omnibus ſupra ſacroſancta euangelia ſe purgauit.

Qualiter Carolus aſſumpto põtifice,totoq; pplo Auguſtus vocatus,imperiũ a Grecis ad Francos trãſtulit ſub Hyrene.De iudiciis eius q̃ fecit,& legatione Hyrene.Itẽq; de legatiõe Nicephari impatoris, muneribusq; regis Perſarũ, CAPVT XXXI.

ANno ab ĩcarnatõe dñi.Dccci.ab vrbe cõdita.M.Dlij.Carolꝰ rex.xxxiij,regni ſui anno a ſũmo põtifice,ablato patritij noĩe,coronatus,oĩ pplo tũc acclamãte Carolo Auguſto,a deo coronato,magno & pacifico Romanoꝝ impatori,vita & victoria.lxix. ab Auguſto impator,& Auguſtus vocaꝛ.Exhinc regnũ Romanoꝝ,q̃d a Cõſtãtino vſq; ad id tps in vrbe regia.ſ.Cõſtãtinopoli fuit,ad Frãcos deriuatũ eſt.Auguſtus ergo cõuocatis ciuibus,habita ratione ſup his,qui in põtificẽ ſacrilegij rei fuerãt,capitali ſnĩa dãnatos,interuẽtu põdicti papę,ad pnĩam cõſeruatos,tm̃ ĩ exiliũ truſit. Porro Hyrene Cõſtãtinopolitana impatrix,miſſis legatis ad Carolũ,pacẽ inter grecos & Francos firmari rogauit.Cũ quibus imperator miſſis nuncijs, Hyrenẽ in vxorẽ poſtulauit.Quod dũ illa annuiſſet, Aetius patricus votum reginæ impediens,manentibus adhuc in vrbe regia legatis Caroli,Nicepharũ fratrẽ ſuũ imperatorẽ fecit,eamq; in monaſteriũ truſit. Nicepharus ergo rex factus, cũ legatis imperatoris apocriſiarios ſuos miſit,fœdusq; literis,ac nuncijs mutuo firmauere.Rex quoq; Perſarũ muneribus imperatorẽ honorauit.

De morte Nicephari,ſubſtitutioneq; Michaelis,ac renouatione fœderis inter duos imperatores.Itemq; depoſitione Michaelis,morteq; Caroli. Breuis epilogus de geſtis eius. CAPVT XXXII.

ANno ab incarnatione dñi.Dcccxij. Nicepharus imperator,a Bulgaris publico cõgreſſu necatur, eiq; in regno gener ſuus Michael ſubſtituiꝛ.Hic nuncios Caroli ad anteceſſorẽ ſuũ miſſos, honorifice dimiſit,ſuoſq; cũ eis ad Auguſtũ deſtinans,fœdus,pacẽq; cũ eo renouauit.Is etiã dum cõtra Bulgaros exercitũ ducit,nõ proſperis vſus ſucceſſibus, reuertitur,depoſitoq; regno,monachus efficitur,ſuccedẽte ſibi Leone filio Bardi patricij.Igitur Carolus regno Romanoꝝ ad Francos tranſlato,dũ multa fortiter,ac fœliciter bella gereret,regnũq; multipliciter dilataret.xlvi. regni ſui anno,ſubactæ vero Italiæ,xliij.imperij,xiiij.in palatio Aquiſgranis,vbi ipſe eccleſiam miri operis in honore.S.Mariæ ſemp virginis cõſtruxerat,ſedẽq; regni cõſtituerat.lxxij.ætatis ſuæ anno diem obijt,ac in eadẽ eccleſia humatur. Cæterũ actus eius,& bella quæ geſſit,de ponte quoq; quẽ vltra Rhenũ fecerat Mogũtię,de palatijs,etiã q̃ Nouiomagi inglinheim,aliiſq; regni locis opere regio cõſtruxerat,qui ſcire vult,legat hiſtoriã eius,& geſta,a multis deſcripta.Hrat autẽ vt quidã de ipſo ait,corpore amplo,ac robuſto,ſtatura eminẽte,apice capitis rotundo,oculis prægrandibus,ac vegetis, naſo paululũ in mediocritatẽ excedẽti canicie pulchra,facie læta,& hilari,eloquentia copioſus,& exuberans, in cibo & potu temperans,ſed in potu tẽperantior.Huius virtute, regnũ Francoꝝ plurimũ augmentatũ eſt, omniũq; regnoꝝ maximũ Romanũ,ſ.ab oriente ad occidentẽ tranſlatũ.Regni vero terminus a Bulgaris,ſeu Illyrico vſq; ad Hiſpanos, a Danis vſq; ad Calabros,exceptis adiacentibus regionibus,vtpote Bohemia, Polonia, Dalmatia, Hiſtria, Venetia,Britannia,aliiſq; prouinciis, quæ modo duo regna Romanoꝝ,& Francoꝝ,excepta Pannonia,eſſe noſcunꝛ,fuit. Caroli forma.

De principatu Ludouici, & Leone papa, itemq; de Stephano, qui imperatorem coronauit.De filijs imperatoris, factioneq; Bernardi, ac exitu. CAPVT XXXIII.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccc.xv. Ludouicus Caroli filiꝰ,quẽ ipſe adhuc viuens ſucceſſorẽ ordinauerat, Auguſtũq; vocauerat, morte patris cõperta,ab Aquitania ad palatiũ Aquiſgrani veniens, cõſenſu omniũ rex creatus.lxx. ab Auguſto imperauit. Anno regni eius primo,delatione quorundã, cõperit primates regni aduerſus Leonẽ papã conſpirantes, iuſſu põtificis interfectos fuiſſe. Ad quod perſcrutandũ vocatũ ad ſe nepotẽ ſuũ Bernardũ Italiæ regẽ,Romã miſit,Qui in vrbe infirmatus,rei euentum per Heroldũ comitẽ Auguſto mandauit. Leo quoq; miſſis ad imperatorẽ nuncijs,de his quæ ſibi impoſita fuerant,ſe expurgauit. Nõ multo poſt tẽpore defuncto Leone,Stephanus ſubſtituiꝛ. Hic ſtatim poſt cõſecrationẽ ſuã,miſſis ad imperatorẽ nuncijs,qui eius animũ lenirent,eumq; ad ſe venturũ prędicerẽt iter eoꝝ in Gallias ſubſequiꝛ. Cui imperator Remis occurrens,eum honorifice ſuſcepit. Papa ergo celebratis ex more miſſarũ ſolennijs, diademate coronatũ, Romanoꝝ imperatorẽ pronunciauit Ludouicũ. Hunc annum quo a Romano pontifice coronatus eſt,regni ſui alij ſecundũ,alij ſeptimũ dicũt.Imperator poſt hoc generalẽ curiã Aquiſgrani celebrans,primogenitũ ſuũ Lotharium imperij ſocium legit,nam alios duos Carolũ & Ludouicũ reges vocatos,vnũ Aquitaniæ

alium Baioariæ præfecerat. Non multo post Bernardū Italiæ regem, cum regni sui ciuitatibus aduersum se coniurasse cōperit. Contra quē dum procinctū mouet, fractus anio Bernardus, apud Gabillonē imperatori se tradidit. Porro imperator Aquisgrani ad palatiū veniens, ibiq; sanctū pascha celebrās, habita de his qui cōiurationis rei fuerant, quæstione, iudicio curiæ capitali sentētia damnatos, vna cum rege suo luminibus tantū orbari fecit. Non desunt tamē, qui dicunt imperatorē Bernardū dolo captū, primo oculis, ac post vita priuasse.

De promotione Lotharij a Pascali, nunciisq; Bulgarorū, ac morte Ludouici. CAPVT XXXIIII.

ANno ab incarnatione dñi. Dcccxxij. imperator filiū suum Lotharium in Italiā destinauit, ipse vero dum in opido Francofurt curiam celebraret, inter cæteros Barbarorū legatos, duo fratres pro regno Vuilforū cōtendentes veniunt, quos Augustus sibi subiectos, & fidelitatē astrictos, decisa lite ad propria remisit. Verū Lotharius ordinatis rebus in Italia, dum ad patrē redire parat, a Pascali papa ad vrbem inuitatur, vbi honorifice susceptus, ac in die. S. Paschæ ab ipso coronatus, imperatoris & Augusti nomen sortitur. Hisdē diebus imperatore Aquisgrani conuentū celebrante, nūcij Bulgarorū pro cōstituendis terminis venerunt. Igitur Ludouicus imperator propter mala opera vxoris suæ Iudith, regno (vt dicitur) pulsus, ac postmodū restitutus. xxvi. imperij sui anno diem obijt extremum.

De intestina pugna triū fratrū, diuisioneq; regni Francorū. CAP. XXXV.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dcccxli. dum Lotharius reuersus ab Italia regnare intentat, mortuo patre, fratres eius Carolus, & Ludouicus grauiter ferentes, si regno paterno priuari deberent, fratri bellū indicunt. Igitur cum regnū Francorū, ad quod post innumeras, quas supra dixi, mutationes regnū Romanorū deuenerat, cum & ipsum ad ostēdēdas mortaliū miserias, ac instabiles mūdi rotatus, auctor omniū deus, in illo ad quē profecerat statu, manere nollet, in seipsum miserabiliter diuidi, ac per hoc desolari, & imminui permisit. Proinde cōtractis vndecūq; regni viribus, fratres prędicti apud Fontoniacum cōueniunt, acerrimeq; pugnantes, ita in hoc bello ex vtraq; parte regni vires imminutæ feruntur, vt exhinc fortissimi omniū Franci, nō solū terminos suos nō dilatare, sed & parta vix cōseruare potuissent. Lachrymabili ergo pugna inter fratres acta, cruenta tandē victoria Carolo & Ludouico cessit, ac ob hoc cōuētione facta, diuidunt imperiū. Hac diuisione Carolo occidentalia regna, i. a Britannico mari vsq; ad Mosam, Ludouico orientalia, i. oīs Germania vsq; ad Rhenū cesserunt. Lothario vero media pars, i. Belgica Gallia, quæ ex eius noīe Lotharingia vsq; hodie vocat, cū Romano imperio sorte deuenit. Exhinc diuiso regno, regna modo duo, Orientale, ac occidentale, quorū alterū partem Ludouici ac Lotharij, sedemq; regni Francorū palaciū Aquisgrani, ac imperiū vrbis Romæ habet, aliud vero occidētale, quod adhuc Francorū, eo q; istud Romanorū vocat, appellatū, partē Caroli tenet, inueniuntur.

Regnia Bauaria Bohemia Austria Frū cia orientalis Thuringia Saxonia

Exclamatio, & excursus contra volubilitatem rerum. CAPVT XXXVI.

CONsiderare dei iudicia, mundiq; volubilitatē, etiā nolentes cōpellimur. Ecce em vt supra dixi, in modū cœli, quod ab oriente in occidentē vertitur, simul cū tēpore res mūdanas, rerūq; potestates volui cernimus. Et ne putaremus mortales res in aliqua mundi parte statum inuenisse, ibi etiā defectū eas pati, ac more febricitantis, sicut in Iob habes noctem verterūt in diem, & rursum, post tenebras spero lucem. Quocūq; se verterint, nihil stabilitatis habētes, dolores, ac labores repperisse cōspicimus. Nōne videt tibi more (vt dixi) febricitantis, mundialis dignitas volui, ac reuoluit? Febricitantes em spem quietis in alteratione situs ponunt, ideoq; crebris reuolutionibus quando torquent, se iactant huc, & illuc. Ita nimirū potestas tēporalis a Babylone deuoluta ad Medos, inde ad Persas, post ad Græcos, ad vltimū ad Romanos, & sub Romano noīe ad Francos translata est. Vbi dum tanq; firmam sedem fixisset, mansura videretur, tot malis (vt superius patet) subiacere cœpit, vt merito cū Iob dicere possit. Cum ad diem venero, nocturnis cruciatibus fatigatus noctem præstolor. quā dū tenuero, maioribus doloribus affectus rursum diem venire exopto. Denicq; armis experientissimi Franci, cū regni terminos plurimū dilatassent, mundiq; caput Romā ad suam ditionē transfudissent, cū iam omnibus gentibus horribiles facti essent, & inexpugnabiles viderentur, in seipsos nō solum ciuiliter, sed & intestine fratribus auctoribus diuisi, regnum quod ab oriente in occidente, tanq; fugiens statū, & requiem inuenisse putabatur, desolandū fore iuxta euangeliū, bene præsagiebant. Ex his ergo liquet, nullam caducis rebus fidem habendā, nec in se labentē aliū quēlibet sibi inniti volentē, sustentare posse. Vnde apte propheta ait. Maledictus qui spem suā ponit in homine, & qui ponit carnē brachiū suū. Quomō em te sustentabit, qui stare nō potest? Vel qualiter te confirmabit, qui in se infirmus est? Cū ergo mūdus transeat, & cōcupiscētia eius, ab ipsa migrandū ad deū viuū est, qui immobilis, & incōmutabilis manet, ad eiusq; beatā, & æternā ciuitatē quis dubitauerit? Igitur omnibus regnis mūdi imminutis, cū & Francorū, qui vltimi Romam habere meruerunt, exquo diuisum est, minoratū apparet regnū, nos qui ad ostēdendas rerū mutationes res gestas scribimus, hac regni mutatione tanq; sufficienti argumento ad regni cœlestis immutabilitatē missi, huic Quinto operi finem imponamus.

Iob. 17.

Hiere. 48.

1. Ioan. ij.

ROLOGVS IN SEXTVM LIBRVM.

BEatus propheta mūdi instabiles, ac miserabiliter fluctuantes circuitus cōtemplans, mariq; eos potissimū cōparandos estimans. Hoc inquit magnū, & spacioſum, illic re. q. nō est numerus. Nonne tibi videtur mundus in modū maris inhærentibus sibi procellosis tēporibus, tanq; tempestatū fluctibus, interitū minari? Et quid aliud homines pro caducis honoribus decertātes, q; reptilia maris dixerimus? Vbi minores a maioribus, inferiores a potentioribus sorberi, ac ad vltimū seipsos, cū materiā nō inuenerint, discerpere conspicimus. Vnde illud, In se magna ruunt. Hæc omnia prudens lector inuenire poterit in huius historiæ serie. Ciues ergo Christi nō more reptiliū salo mergi, vel infidis eius procellis improuide se credere, sed naui, id est ligno crucis fide nauigare, manusq; per dilectionē operando exercere in prę

Psalm. ciij.

senti oportet, vt per huius vitæ viã, ad portũ patriæ securi valeãt ꝓuenire. Qualiter vero regnũ Frãcorũ tã miserabiliter diuisum, nõ solũ Romanũ imperiũ, sed & partẽ Frãciæ, ac Galliæ cũ palatio Aquis ꝓdiderit, in hoc dicendũ ope restat

De imperio Lotharij, & Michaelis, regnoq; Caroli, ac monachatu imperatoris, diuisioneq; regni inter filios. CAPVT I.

Diuiso Francorũ regno, Lotharius cui vt dixi, cũ Lotharingia Romanorũ imperiũ deuenerat. lxxi. ab Augusto imperauit. Theophilo mortuo, filioq; eius Michaele apud Græcos in vrbe regia imperante, Nortmanni per mare Ligerim intrantes, ciuitatem Namnetis irrumpunt, ac in sancto sabbato Paschæ ep̃m ex more generali baptismũ celebrantẽ, cũ clericis interficiunt, ac inde circũquaq; diffusi, cunctam ferro, flammaq; vastantes prouinciã, Andegauensem quoq; ac Turonensem occupãtes ciuitates, beati Martini ecclesiã cremare nõ verentur. Eo tẽpore Carolus, cui (vt supra dixi) occidentalia regna in diuisione cesserant, Pipinũ Aquitaniæ regẽ cepit, ac episcoporũ consilio tonsum, monachum Suessione in monasterio. S. Medardi fecit. Porro Lotharius imperator tribus filijs suis regnũ, quod eum cõtigerat, partitur, Ludouico Italiã cũ nomĩe imperatoris, Lothario Lotharingiã, Carolo prouinciã tradens. ipse vero ordinatis omnibus in Prumensi monasterio. xvi. imperij sui anno post mortẽ patris sui monachus efficitur. Vide ad quantũ defectũ Romanũ imperium deuenit, vt in tres partes Francorũ regno diuiso, tertiæ partis tertia pars fuerit.

De imperio Ludouici & Basilij, & coniugio Lotharij, ac cõtrouersia pro regno Caroli. De victoria Ludouici, & pugna Caroli cũ Britonibus. De Noemeticio rege Britonũ, & Herispeo. CAPVT II.

Anno ab incarnatiõe dñi. Dcccl v. Lothario deponẽte militiæ cingulum, priuatũq; habitũ assumẽte, Ludouicus filius suus sereniſſimus lxxiij. ab Augusto imperiũ suscepit. Basilio, qui Michaelem iam occiderat in vrbe regia, regnãte, Lotharius cui regnũ Lotharingię deuenerat, Thiebirgam sororẽ abbatis Hucberti sibi sociauit. Non multis post diebus Carolus, qui prouinciã in diuisione regni acceperat, moritur. Vnde inter Lotharium fratrẽ, patruũq; suum Carolum cõtrouersia oritur. Lotharius Hucberto abbati fratri reginæ ducatũ inter virũ & montẽ Iouis cõmisit. Porro Ludouicus senior orientalis Franciæ rex, aduersus Sclauos multa fortiter bella gessit, captũq; principem eorũ Rastum luminibus priuauit. His diebus in regno Caroli principibus suis mutuis inter se vulneribus cadentibus, Britones tanq; destitutam terram irrumpunt, ac transmisso Ligeri, Pictauis vsq; ferro, flammaq; cuncta vastantes progrediunt. & sic Frãcorũ spolijs ditati, ad propria reuertunt. Itaq; Carolus conductis precio Saxonibus, Britones bello petit. Nec mora, cõmisso prælio, Saxones in prima acie positi, territi spiculis hostiũ, terga vertunt. Deinde discursantibus hac, illacq; Britonibus, Francisq; ob antiquæ fortitudinis geminã virtutẽ viriliter dimicantibus, multis ex vtraq; parte cęsis, ac vulneratis, noctis præsidio bellum dirimitur. Mane facto, dum rursus pugna cõseritur, Carolus fugiens, suis etiã fugiendi prębuit exemplũ. Quo viso, Britones castra Francorũ cũ clamore irruunt, captisq;, & occisis plurimis, ac Papilionibus eorũ

cũ alijs spolijs ablatis, reuertunt. At Carolus Roberto viro forti, ob hanc molestiã inter Ligerim & Sequanã ducatũ, ad domandos Britones dedit. His diebꝰ Noemeticius rex Britonũ, dũ multis modis ecclesiã dei ꝑsequit̃, videt in visiõe beatũ Maurelionẽ, Andegauẽsem ep̃m sibi occurrentẽ, dicẽtẽq;, vt ab oppressione cessaret ecclesiarũ, baculo se ꝓcutere. Nec frustra vsu, nã cõtinuo corruẽs, a suis domũ reportat̃, manifestisq; dei iudicijs vitã simul cũ tyrãnide finiuit. eiq; filius suus Herispeus in regnũ successit. Carolus rursũ aduersus Britones bellũ instaurarat, parũq; ꝓficiẽs, hoc tm̃ obtinuit, vt datis ex vtraq; parte obsidibus, pacẽ mutuo firmarẽt. Dehinc tm̃ Herispeus rex eorũ, sponte ad ip̃m veniẽs, suæ potestati se subiecit, quẽ multis donatũ muneribus, rex ad propria remisit.

De causa Lotharij, quõ ꝓ repudio legitime a Nicolao papa excõmuuicatus fuerit, episcopiq; eius fautores damnati. & ingressu Ludouici in occidentalia regna, egressioq; Northmanorũ. CAPVT III.

Ea tẽpestate cũ iam regno Francorũ multipliciter diuiso, ecclesia ꝓficeret, Nicolao summũ sacerdotiũ gerente, Lotharius multis modis amore Vualdradæ cõcubinę sue, occasionẽ repudiandi reginã Thiebirgã quærit. Itaq; Guntharĩ Colonien̄sem archiep̃m, qui tũc in regno p̃cipuę fuit auctoritatis, ad id ꝗd anĩo cõceperat ꝓficiendũ, falsa spe ꝓmittens ei, ꝙ si ab ista liberaret̃, neptẽ suã acciperet, pellexit. Guntharius ascito sibi Treuerorũ archip̃sule Thiegando, Metis cõciliũ cõgregat. vocatãq; reginã ĩ medio statuũt, falsisq; ꝓductis testibus, inter alia nepharia, de incestu illam cõuincũt. Proinde ad voluntatẽ regis sentẽtia diuortij datur, reginæq; ꝓ dõmisso scelere pœnitẽtia iniungit̃. Igit̃ rex desiderata potitus occasione, cõuentu Aquis habito damnationẽ Thiebirgę scripto ꝓtulit, seq; cõtinere nõ posse ꝓnũciauit. Cõsilio Guntharij oĩbus acclamãtibꝰ, melius est nubere ꝯ vri, Vualdrada ꝓducit, ac regio cultu decorata, comitatuq; famulorũ stipata, reginæ nomẽ sortitur. Sic ꝯ rex dũ ea quæ mente cõceperat, ad effectũ ꝓduxit, Guntharĩũ, quẽ sue nequiciæ sociũ falsis ꝓmissionibus fecerat, versute decepit. Hæc dũ ad noticiã dñi papæ Nicolai venissent, religiosus, ac dei zelo plenus sacerdos, missis legatis, regẽ de cõmisso scelere redarguit, & ad cõdignã pœnitẽtiã inuitauit. At legati pecunia corrupti, negociũ minime ad effectũ ꝓducẽtes, multis ditati muneribus reuertunt̃, dicẽtes se pene nullũ in p̃fato regno qui canones sciret, inuenisse. Quos Treuerorũ & Colonien̄siũ p̃sules subsecuti, dũ a summo põtifice de facto iudicio rationẽ reddere cogunt̃, rei inuenti deponunt̃, dũq; multis modis ad restitutionẽ sui laborarẽt, exules in Italia ꝓmissa sibi tm̃ laicali cõmunione, moriunt̃. Verũ Lotharius post crebras admonitiões, post violatũ sacramentũ, ꝗd sub prę sentia Arsenij ep̃i, sanctæ Romanę ecclesiæ apocrisiarij fecerat, a summo põtifice cõione priuat̃, ex qua causa tã ipsi, ꝯ toti regno grauissimũ discrimẽ orit̃. Extant de hoc epl̓ę ꝯ plurimę vtrobiq; missę. Vide iã regno decrescẽte, ecclesiã tantæ auctoritatis factã, vt etiã reges iudicet. Per idẽ ip̃s Ludouicus orientaliũ rex occidẽtalia regna ꝗrũdã vocatu principũ ingredit̃, regnicq; termios occupãs Senonas vsq; ꝓgressus est. sed dũ ibi relicto exercitu, ad ꝓpria redisset, & principes ꝙ eũ inuitauerãt, a Carolo ĩ gratiã recepti fuissent, ꝙ remãserãt fines illos egredi cõpellunt̃. His diebꝰ Hucbertꝰ abbas, frat̃ Thiebirgę, Lothario diu rebellãs ad vltimũ a Cõrado comite necat̃. Eodẽ tpe Nortmãni p Ligerim Nãnetẽsem, Turonẽsem, Andegauẽsem ꝓuinciã vastãtes Robertũ ducẽ occurrẽtẽ sibi, occidũt.

i. ad Cor. 7

Quem finẽ Lotharius fratri succurrere volens, in Italia habuerit, & quõ post mortẽ eius patrui regnũ diuiserint. De fraude Adelgisi, circũuentione q̃ imperatoris, ac victorijs eius quas gessit in Campania, & Lucania. De locustis. CAPVT IIII.

His diebus Sarraceni ex Africa veniẽtes, Beneuẽtanor̃ regionẽ, quæ olim Samniũ vocabat, deuastãt. Cõtra q̃s dũ Ludouicus Augustus vires vndecũq̃ cõparat, Lotharius fratrẽ suũ in auxiliũ inuitat. Qui collecto milite, Italiã ingressus, prauor̃ operũ suor̃ pœnas multipliciter soluens, tam ex insueto calore, q̃ aranear̃ morsibus, multos de exercitu suo p̃didit. Post hoc Romã veniẽs, ab Adriano põtifice, qui Nicolao iã successe rat, honorifice suscipit, ac ab ipso si monitis p̃decessoris sui Nicolai obtẽperaue rit, subtiliter exquirit. Ille dũ cũ oĩbus qui secũ venerant principibus, se bene in iuncta seruasse falso affirmaret, corpus dñi cũ subattestatõe cõsciẽtię sibi, suisq̃ tradidit. Ferũ q̃ ipso redeũte, oẽs qui ficto corde, & polluta cõsciẽtia ad mẽsam dñi accesserãt, infra spatiũ anni mortui fuerint. Lotharius etiã in via morbo correptus, Placẽtiæ diẽ obijt. Carolus audiẽs fratruelẽ mortuũ, regnũ eius inuadit. Quod Ludouicus frater eius dũ impedire conat, cõuẽtione facta, p̃dictũ regnũ apud Marsanã ex æquo diuidũt, Ludouico palatiũ Aquis sortiẽte. Non multo post elapso tpe, Adelgisus Beneuentor̃ dux, fiducia Græcor̃, Ludouico imperatori, ascitis sibi Samnitibus, Lucanis, Cãpanis, rebellare parat. Augustus cõtractis vndecũq̃ copijs, Beneuentũ petit bello. Cui Adalgisus occurrẽs, fraude circũuentũ, muneribus cõciliatũ, finibus suis egredi psuadet. Porro impator Cãpaniã, ac Lucaniã peragrans, oẽs ciuitates earũ, excepta Capua, absq̃ graui negocio cepit, quæ ex quadro lapide extructa, dũ nõ facile posset expugnari, obsidione cingit, cũctis in circuitu vastatis. Capuani desperatis oĩbus, apertis vrbis portis, cũ epo corpus beati Germani portãte, lachrymabiliter ad pedes impatoris veniũt, veniãq̃ poscẽtes, misericordiæ suæ se cõmittũt. Impator vt erat pijssimus, ciues in gratiã recepit, expulsisq̃ Græcis, oẽs Lucaniæ ac Cãpaniæ vrbes Romano imperio restituit. Inter hæc Adalgisus dolis iterũ regẽ circũuenire tentat, occurrensq̃ ipsi suadet vt militẽ dimittat, regioni parcat, adijciẽs necessariũ nõ esse regẽ subiectũ sibi inaniter cõsumere populũ. Rex ad monitũ ducis, oĩbꝰ præter paucos ad ꝓpria remissis, Beneuentũ ingredit, nihilq̃ ꝓperã sperans, dũ circa meridiẽ strato cubat, subito a Beneuentanis irruẽtibus, arma arripe cogit. Ciues autẽ cũ duce suo Adalgiso, palatiũ incendere volentes, principẽ pacẽ petere, ac interposito iureiurãdo, ne amplius sine volũtate ipsor̃ fines illor̃ ingrederet, ꝓmittere cogunt. Impator hac ignominiosa pactione facta, Romã venit, ibiq̃ corã summo põtifice Ioanne, qui Adriano successerat, totoq̃ senatu causam suã exponit. Proinde Adalgisus a senatu hostis, ac tyrãnus ꝓnũciat, Augustusq̃ a põtifice auctoritate dei, ac beati Petri a sacramẽto, q̃d nolens, & ꝓ cõseruanda vita fecerat, absoluit. Verũ princeps q̃uis a sacramẽto liberatus iuste videret, tñ ad remouendũ scandalũ, per se ad cõpescendũ tyrannũ ire recusat, collecto tñ milite, reginã eo destinat. Audiẽs hoc Adalgisus, ac timore ꝓculsus, in Corsicã insulam fugit, & sic irã principis declinauit. Nõ multo post elapso tẽpore, locusta innumerabilis cæteris locustis maior, ac senas alas habens, ab oriẽte veniens, Gallias operit, depastisq̃ vbiq̃ segetibus, tandem in mari Britannico resedit, vbi a vento raptæ, ac in salo mersæ, postq̃ mari exæstuante, ad littus immensum cumulum actæ, vicinas regiones fœtore corrupere.

Andelgisus Eusebius habet, vel Andalisius.

Qualiter Carolus rex occidentalis Nortmannos obsidione clausos, deceptus abire permisit, & quæ mala postmodũ ab eis ꝓtulerit. CAP. V.

EA tẽpestate Carolus occidẽtalis Franciæ rex, Nortmãnos qui occiso Roberto, cæterisq̃ regni primoribus, vbiq̃ bacchabant, cũ Britonũ auxilio obsidione in Andegauensiũ, quã occupauerãt, clausit vrbe. At Britones videntes totã spem hostiũ in amne fore, ab alueo eũ deriuare conant. Quo viso, Nortmãni dextras petũt, ꝓmissaq̃ pecunia, regẽ turpiter obsidionẽ soluere persuadent. Ipsi vero more suo sicut sunt inquietissimi, minime ꝓmissa seruantes, per Ligerim Franciã intrabãt, multaq̃ grauiora q̃ prius regi faciebant mala. Quãta aũt p̃dicta gens regno Francor̃ fecerit, ab alijs satis dictum inuenit. Est em leuissima, & instabilis, nec proprijs contenta terminis, gratiosa tamẽ quocũq̃ venerit, & affabilis. Hęc vt dixi, occidentale regnũ, sicut & Saxones, qui & instabiles, sed feroces sunt, orientale semper infestabant.

De morte Ludouici imperatoris, imperioq̃ patrui sui Caroli, itẽ Ludouici oriẽtalis regis. & quõ Carolus regnũ fratris sui iuadere gestiẽs, a filijs eiꝰ victus sit, ipsiq̃ regnũ paternũ diuiserit, itẽ de ingressu Caroli in Italiã, morteq̃ ipsiꝰ. De Ludouico Balbo, filijsq̃ eiꝰ, & pugna eor̃ cũ Bosone. CA. VI.

ANno dñi. Dccclxxiiij. Ludouicus suauissimus imperator diẽ vltimũ clausit, anno imperij sui. xix. Anno eodẽ patruus eius Carolus senior occidẽtalis Franciæ rex, Romã veniẽs, a summo põtifice Ioanne, ciuibusq̃ imperiũ pecunia, vt dicit, obtinuit, regnauitq̃. lxxiiij. ab Augusto. Nõ multo post Ludouicus senior, orientalis rex apud Franconefurt diem obijt, tres filios relinquẽs, Carolomannũ, Ludouicũ, Carolũ. Porro Carolus imperator, morte fratris audita, regnũ Lotharingiæ inuadere nititur, collectoq̃ milite primo palatiũ Aquisgrani occupans, Coloniã vsq̃ progredit. Inter hæc Carolomannus primogenitus Ludouici, Italiã ingressus, imperiũ arripere attentarat. Verũ Ludouicus qui patris exequijs interfuerat, Orientaliũ rex a principibus creatus, regnare iam inceperat. Audiens ergo patruũ suũ Carolum fines regni intrasse, missa legatione, regno eũ cedere monet. Quo non acquiescente, ad pugnã progredit. Nec mora in pago Meginensi, nõ longe ab Andrenaco iuxta Rhenũ pugna cõseritur, fusisq̃ ex vtraq̃ parte multis, tandẽ Carolus terga vertere compellit. Ludouici vero filij cõuentione facta, regnũ paternũ diuidunt, & Carolomannus Baioariã, Pannoniã, Carentanũ, Boemiã, Morauiã, Ludouicus orientalem Franciã, Turingiã, Saxoniã, Fresiam, Lotharingiã, Carolus Alemãniam, & quasdã ciuitates Lotharingiæ propter vini copiam accepit. Carolus secundus imperator Romã secundo petijt, indeq̃ reuersus, ac per Longobardiam iter faciens, Papiã se cõtulit. Vbi dũ audiret Carolomannũ Ludouici fratris sui filiũ, cũ magno exercitu Italiã intrasse, in Franciã redire volens, in via veneno, vt dicit, anno imperij. iij. interijt. Anno sequẽti Ludouicus Caroli iunioris filius qui vocabatur Balbus, diem vltimũ clausit, duos relinquens filios Ludouicũ & Carolomannũ. nã tertiũ, qui postmodũ Carolus dictus est, mater tunc in vtero portabat. Cuius regni prouinciã, quã pater eius Carolus Lotharij imperatoris filius in diuisione sortitus fuerat, Boso cui Carolus imperator illã tradiderat, inuadere gestiens, Lugdunũ venit. ibiq̃ a põtifice eiusdem vrbis in regẽ Burgundiæ vngitur, sed a prædictis adolescentibus Ludouico & Carolomanno arcet.

De morte Carolomãni, filioq̃ eius Arnolfo, q̃liter frater eius Ludouicus regnũ sibi subiecerit, Arnolfo ducatũ Carentanę tribuerit. CAP. VII.

ANno ab incarnatione dñi.Dcccl xxx.Carolomānus Ludouici filius cui Baioaria sorte deuenerat, post multos triūphos, ꝗs sub patre, & post patrē peregerat,regnicꝫ terminos plurimū dilatauerat, paralysi dissolutus moriē,ac in loco Baioariæ Odingas dicto sepelitur,relinquens filiū ex nobili fœmina, sed nō legitima,quē de beati Arnolfi noīe, tancꝫ Caroloꝝ origine,Arnolfum vocauerat.Hic est Arnolfus, cui postmodū monarchia cessit.At Ludouicus orientalis Franciæ rex,morte fratris cōperta, Ratisponam Baioariæ metropolim adijt,omnesꝫ terræ illius optimates ditioni suę subiecit.Arnolfo quocꝫ ducatū Carentani, cū castro Moseburck tradidit.

De imperio Caroli tertij,irruptione Nortmannoꝝ,morteꝫ Ludouici,& reditu Caroli imperatoris in Gallias,qualiter omnibus de semine regio mortuis,ipse monarchiā obtinuerit. CAP. VIII.

ANno ab incarnatiōe dñi. Dcccl xxxi. Carolus,qui in diuisione Alemanniā acceperat,in Italiā ꝓpinctū mouet,totaꝫ Lōgobardia in deditionē accepta,ad vrbē vsꝫ ꝓgredit. vbi a Ioāne papa,oīꝫ populo imperatoris & Augusti nomen sortitus.lxxv.ab Augusto impauit.Eatēpestate Nortmāni Ludouici regnū ꝑ Vual fluuiū ingressi,Nouiomagense palatiū cremāt,ac inde ꝑ circūquaꝫ diffusi,Coloniā,Bunnā, Aquis cū adiacētibꝰ regionibus,vicis,& castellis deuastāt.Inter hæc rex Ludouicus Frāconefurt diē obijt,& in monasterio Laureacēsi iuxta patrē humat. Nortmāni morte regis cōperta,securi facti,nobilissimā vrbē Galliaꝝ Treuerim,a Iulio Cæsare ꝗndā subuersam,in ipsa cœna dñi irrūpūt, ac ibi vsꝫ ad Pascha morātes, tā ipsam,ꝙ adiacentē regionē igne cōsumūt. Quibus dū ꝑfatæ vrbis antistes cū Bertholfo comite occurrit,bello cōserto vita priuat,cęteriꝫ in fugā vertunt.Nortmanni ꝑdā Frācoꝝ ditati,ad classem reuertunt.Hæc dū in Gallijs gerunt,Carolus.iij.imperator in Italia morabat. Principes ergo tā Gallię, ꝙ Germaniæ oēs eū ꝓcibus pulsant,quatinus ad suscipiēdū paternū regnū,fratre mortuo redeat,patriāꝫ ab hostiū incursione liberet.Qui nihil moratus reuertit, assumptisꝫ Lōgobardis, Baioarijs,Saxonibus,Fresonibus,Alemānis,Turingis, alijsꝫ cōpluribus, contra Nortmānos,qui adhuc in regiōe morabāt, ꝓpinctū mouet.Itaꝫ Gotfridū Nortmānoꝝ regē,data sibi filia Lotharij Gisila,cū Fresia ꝓuincia christianū fecit,de sacroꝫ fonte susceptit,& sic eū regni finibus cū suis cedere ꝑsuasit.Anno sequēti Ludouicus Caroli occidētalis regis nati filiꝰ,moriēs,ac in monasterio.S.Dionysij humatus,fratrē suū Carolomānū hęredē regni reliqt.Hic inter cętera virtutis suę opa, hoc ꝗꝫ memorabile fecit,ꝙ i bello ꝗdā.viij.M. Nortmānoꝝ fudit. Nō multo post Carolomānus in venatu ab apro ꝑcussus,diē obijt.Occidētales ergo Franci principibus amissis,Carolū imperatorē, qui tunc solus ex stirpe Caroloꝝ superesse videbatur, vltro inuitant, eiꝫ venienti subijciunt, vnde multa, ac varia cum Nortmannis gessit prælia.

De depositione Caroli,subrogationeꝫ Arnolfi, morte Caroli,& cōfusione Romani simul & Gallici imperij. CAPVT IX.

ANno dñi.Dcccl xxxvij.Carolus impator cū corpe & aīo ęgrotare cœpisset,prīcipes regni apud Triburias,circa trāsitū.S.Martini,Arnolfum Carolomanni filiū,ad regnū trahūt. Et mirū dictu, impatorē ꝙ post Carolū magnū inter oēs reges Frācoꝝ,maxime fuit ptātis,ī breui ad tantā tenuitatē venisse cerneres,vt panis ꝗꝫ egēs,ab Arnolfo iam rege facto,stipēdia miserabiliter exigeret,ac ab ipso paucos fiscos in Alemānia gratan

ter susciꝑet. Vide humanaꝝ rerū miserrimū statū. Rex iste qui i diuisione oriēta lis regni acceperat inter fratres minimā portionē,ad tantū primo venit fastigiū, vt tā oriētalia,ꝙ occidētalia regna cū Romano susciperet impio,ad tantā postremo deiectionē venit, vt panis ꝗꝫ egeret. Dicere hic poterat cū Iob. Eleuasti me sup nubē,& allisisti valide. Et cū Psalmista,Eleuās allisisti me. Quid em̄ ꝓsperitatē mūdi,ꝙ nubē dixerim? ꝙ innitentē sibi transeundo cito decipit, leuitate sui acclinantē sustētare nequit. Quāto ergo quis altius sup nubē leuat, eo validius terræ allisus quassat. Hic tā miserrimus,& iuxta philosophos,fortunæ in modū rotæ,nūc summa,nūc ima vertētis ludus. Scd'm vero rei veritatē, regna mutātis dei nutū,anceps rerū status,ad declinandā mūdi miseriā,verāꝫ vitā appetendā nos,puocare posset.Ferūt de hoc Carolo,ꝙ christianissimus fuerit. Vnde hoc ei circa finē tētatio ad probationē euenisse credit. Sequēti em̄ exquo regno pulsus est anno,diē obijt,ac in monasterio Augensi humatus est.Exhinc cōfuse Romæ regnatum,vsꝫ ad Ottonē inuenit. Carolo em̄ mortuo, qui per sex annos imperauerat,ac septimū priuate vixerat,imperiū multis modis scindit, singulis ꝓuincijs singulos reges creare cupiētibus,Arnolfo tn̄ pars maxima cessit. Iob.30. Psal.101.

Quem Itali,quē Franci occidentales regē fecerint. De Vngaris,& irruptione Nortmannoꝝ. CAPVT X.

HGitur Itali sup se duos reges Berengariū Foriiuliensem,& Guidonē Spoletanū ducē reges statuūt. E quibus Berengarius a Guidone patria pulsus,ad Arnolfum ꝓfugus venit. Occidētales ꝗꝫ Frāci Odonē Roberti filiū virū fortē, cōsensu Arnolfi regē creāt. Hic multa ꝑlia cōtra Nortmānos viriliter gessit.His diebus gens Vngaroꝝ ex Scythia egressa,ac a Pecenatis pulsa,Auaribus eiectis,Pānoniā inhabitare cœpit. Hęc eo tpe tam īmanis,& tam beluina fuisse dicit,vt crudis carnibus vtēs,humano ꝗꝫ sanguine potaret. Quod ne cui incredibile videat, audiat ꝙ Pecenati,& hi qui Faliones dicunt, crudis & īmundis carnibus, vtpote equinis & catinis, vsꝫ hodie vescunt. Valēt aūt in sagittaꝝ ictibꝰ plurimū, quibus etiā dorsa vertētes nocere solēt. Differūt ꝯo a Britonibꝰ, seu Fresonibus in hoc,ꝙ illi missilibꝰ,isti sagittis nocēt.Per idē tps Nortmāni Gallias circa Senonas,Parrhisios, Trecas ꝓuagāt.

Vbi Arnolfus regnauerit,opera quę gessit,victoriaꝫ eius cōtra Nortmānos.Cōtrouersia in occidentali regno Francoꝝ. CAPVT XI.

ROrro Arnolfus totam oriētalē Franciā,quæ modo Teutonicū regnū vocatur.i.Baioariā,Sueuiā,Saxoniā, Turingiā,Fresiā, Lotharingiā rexit.Occidētale vero Odo ex eius auctoritate habuit. Concessit aūt Zuentebaldo Marahensiū regi ducatū Boemiæ, filiūꝫ suū ex sacro fonte ab ipso leuatum,eius nomine Zuentebaldū vocauit. Dilexit vero præ cæteris regni sui locis Metropolim Baioariæ Ratisponā. Vnde & muros eius ampliauit, monasteriumꝫ sancti Emmeranni, plurimis ornamentis adornauit,ac largis possessionibus locupletauit. Tradunt,ibi scriptumꝫ monstrant,ꝙ prædictus rex sanctum Dionysium a Gallijs ad præfatum monasterium transtulerit. Quod vtrum ita sit, ipsi viderint. Non multo post Arnolfo in Baioaria ad compescendos Sclauos morante, Nortmanni regnum eius Lotharingiam ingressi, principes qui eis occurrerant,cæsis multis fugant. Quod audiens Arnolfus,collecto milite,hostem petit,pugnaꝫ conserta, tanta eos virtute strauit, vt paucissimi fuga elapsi, ad classem repedantes, solam vitam seruarent. Arnolfus vero victor in Baioariam reuertitur. Ea tempestate in regno occidentali inter Caio- S. Dionysius.

lũ Ludouici filiũ, & Odonẽ grauis de regno cõtroversia orta, Carolũ inferioris causæ gratia, ad Arnolfum supplicẽ venire, ab eoq; auxiliũ poscere cõpellit.

Quę Italiã ingressus Arnolfus fortia gesserit, quodq; Ludouico Bosonis filio cõtulerit. De morte Guidonis in Italia, filioq; suo Lamperto, & Zuentebaldo filio regis, Ottoneq; rege Francoꝝ. CA. XII.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dcccxciiij. Arnolfus rex bñ i Germania oĩbus cõpositis, Longobardiã cũ exercitu ingrediť. captaq; fortissima ciuitate Bergamo, comitem Ambrosiũ in patibulo suspẽdit. Quo facto, oẽs Italiæ vrbes timore pculsæ, amplius rebellare nõ audentes, vltro se suæ ditioni subdidere. Rex q̃q; Placentiã vsq; progressus, per montẽ Louis in Galliã rediens, Vormatię conuẽtũ celebrat, ac in vicino eiusdẽ vrbis Laureacensi monasterio, Ludouico Bosonis filio, quasdam ciuitates & pagos iuxta montana cõcessit. Ea tẽpestate Guido, qui Italicũ regnũ vsurpauerat, moritur. cuius filius Lampertus Romã veniẽs, imperatorẽ se vocari fecit. Rex rursum cõuentũ Vormatię celebrans, Zuẽdebaldo filio suo, cũ voluntate principũ, regnũ Lotharij tradidit. Otto q̃q; rex Franciæ, cũ multis muneribus eum adijt, & honorifice susceptus, omnibus pro quibus venerat, impetratis, reuertitur.

al's. Taber tus.

Qualiter Arnolfus imperiũ Romanũ obtinuerit, quõ itẽ Ludouicus Bosonis filius illud habuerit, & q̃ diuersi de hoc sentiãt. De morte Ottonis, subrogationeq; Caroli, itẽq; de morte Arnolfi. CA. XIII.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dcccxcvi. anno vero regni sui. vij. Arnolfus rex victoriosissimus, vocatu Formosi papæ, qui grauẽ a ciuibus psecutionẽ patiebať, Italiã secũdo ingressus, ad vrbẽ vsq; pgrediť. Qua armis capta, a pfato põtifice coronatus, iuxta quosdã imperatoris & Augusti nomẽ sortiť. Hic eos qui aduersus pontificẽ seditionẽ mouerant, decollari præcepit. Reuerso ab vrbe Arnolfo, Lampertus qui imperiũ inuaserat, moritur. Ludouicus Bosonis filius, a Lõgobardis ad imperiũ inuitať. Repperi ego in quibusdã gestis Romanoꝝ, post Carolũ tertiũ, tanq; imperio a Frãcis ad Lõgobardos translato, Arnolfum in catalogo imperatoꝝ taceri, & Ludouicũ, cętęrosq; post ipm in numero Augustoꝝ poni. Alij Arnolfum in catalogo ponũt, & eos qui post ipm vsq; ad Ottonẽ cõfuse regnauerũt nõ impatores & Augustos, sed inuasores & Augustos appellare cõsueuerũt. Nõ multo post Odone Francorũ rege mortuo, & in monasterio. S. Dionysij humato, Carolus volũtate oĩm rex creať. Arnolfus. xij. regni sui anno, imperij vero, iuxta q̃d dictũ est. v. diẽ obijt, & in loco Odingas, vt Regino refert, iuxta patrẽ sepeliť. Mõstrať tñ sepulchrũ eius in monasterio. S. Emmerammi Ratisponæ. Poterat eñ esse, vt ibi humatus, huc postmodum transferretur.

De regno Ludouici in orientali Francia, morteq; Zuentebaldi, & discursione Vngarorum. CAPVT XIIII.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dcccci. Ludouicus Arnolfi filiꝰ, i loco qui Forchaim diciť, rex creať, ac a principibus Lotharingię, eo q̃ Zuendebaldo offensi essent, in regnũ Belgicę inuitať. Quo cõperto Zuendebaldus cũ multa mala cõmitteret, regnũq; plurimũ præda, cæde, & incendijs cruẽtaret, tandẽ a Stephano, Gerhardo, Mathfrido comitibus, bello publico necať, sicq; Ludouicus regno eius libere potitur. His diebus Vngari Longobardiam peruagantes, incolas terræ occurrentes sibi, sagittis perimunt,

crudeliterq; depopulata prouincia, ad propria reuertuntur.

Qualiter Berengarius a Ludouico primo expulsus, postmodũ cęcato Ludouico imperauerit, quõ Ludouicus orientalis Franciæ rex, Albertũ comitẽ fraude Hattonis decollari fecerit, eiusq; terrã in fiscũ redegerit. De excursiõe Vngaroꝝ, morteq; Ludouici. CA. XV.

ANno ab incarnatione dñi. Dccccv. Ludouicus Bosonis filius imperiũ adeptus, Berẽgariũ expulit. dũq; toti Italico regno p arbitrij sui motu potiretur dimisso milite, cũ paucis se Veronã cõtulit, vbi a ciuibus traditus, reuocato Berẽgario, qui in Baioaria exulabat, captus est, & luminibus orbatus. Berengarius exhinc regnũ Italiæ simul cũ Romano imperio tenuit. Circa idẽ tps Albertus nobilissimus Francoꝝ comes, Ottonis Saxonũ ducis ex filia nepos, Conradũ qui a quibusdã Ludouici regis frater fuisse crediť, occidit. Ob ea rex p̃dictũ heroã in castro Babenberg, vbi nũc nobilis episcopatus fundatus cerniť, bello petijt. Cũq; viribus se pficere posse nõ videret, Hattonis Mogũtini archiepi cõsilio, ad dolũ se cõtulit. Itaq; vt nõ solum in regũ gestis inueniť, sed etiã in vulgari traditiõe in cõpitis & curijs hactenus audiť, p̃fatus Hatto Albertũ in castro suo Babẽberg adijt, eũq; dei pietatis obtẽtu de gratia regis adipiscẽda cõuenit. Ille deuote monitis eiꝰ obtẽperãs, humiliter cõductũ de psonæ ppriæ incolumitate petijt. Ac ne multis morer, interposita sacerdotis p̃fati fide iter carpunt, vix castro exierant iã, pxima vico, qui Teurstatt diciť, appropinq̃bant, & eps graue inquit, erit nobis ieiuniũ sustinere, si placet, anteq; regi p̃sentemur, ad prandiũ diuertamus. Tum ille simplices aures more antiquoꝝ primoꝝ habẽs, dolũq; minime psentiẽs, gratanter eũ ad prandendũ in castro, vnde digressi fuerãt, reduxit. At postq; refecti sunt, ad curiã veniũt, in causa princeps poniť, ac tanq; reus maiestatis, capite plectẽdus adiudicať. Monet ille epm de fide data. Quã ecõtra ille se bene in hoc q̃ sanũ, & incolumẽ eũ in castrũ reduxerat, seruasse rñdit. Sic p̃fatus Albertus capite plectiť, possessionesq; eius, e quibus postmodũ Babẽbergẽsis ecclesia locupletata diciť, in fiscũ redactæ sunt. Ex huius Alberti sanguine Albertus, qui postmodũ marchiã oriẽtalẽ, i. Pannoniã superiorẽ Vngaris ereptã, Romani imperio adiecit, originẽ duxisse tradiť. Iudicent de hoc sacerdotis facto alij quod velint, & tanq; pro regni vtilitate cõmissum tueanť. ego oĩno nullius emolumẽti gratia, nõ solũ quẽlibet christianũ fraude circũuenire, sed etiã in corde, & corde in causa capitali loqui nõ debuisse arbitror epm. Non multo post Vngari cõmisso cũ Baioarijs bello, ducẽ eoꝝ Leoboldũ, Arnolfi ducis patrẽ occidũt, ac inde p totũ regnũ diffusi, Alemanniã, Franciã, Saxoniã, Turingiã pcurrunt. Ludouicus orientalis Franciæ rex. xij. regni sui anno, sine hærede discessit, ac in ipso, fratreq; suo Suendebaldo, iuxta quosdam Carolorũ genealogia in orientali regno defecit ad tẽpus. Vnde quidã modernus, Vltimus ait Augustoꝝ Augustulus, vltimus Carolorum Suendebaldus fuit. Defuncto Ludouico, Otto Saxonũ dux, ab omnibus petitur. Princeps ergo clarissimus tanq; senio grauis, rex fieri recusabat.

Leubaldũ.

Zuentebaldo.

De regno Cõradi in oriẽtali Frãcia, & occisione Vngaroꝝ. Fuga Arnolfi ducis, morteq; regis, & subrogatiõe Henrici Saxonis. CAP. XVI.

ANno ab incarnatione dñi. Dccccxiij. Cõradus Conradi, quẽ Albertus occiderat, filius, cõsilio p̃fati ducis Ottonis, cõsensu oĩm, orientalis Frãciæ rex creať. Hũc quidã Ludouici fratris filiũ fuisse dicũt,

& ob hoc nouissimũ eum Carolorum ponunt. Anno regni sui primo, Vngari ad depopulãdã terram rursum effusi, a Baioariis & Sueuis, iuxta Enum fluuiũ sternunt. Porro Arnolfus Baioariorũ dux, regi rebellãs, cũ vxore ac filijs ad Vngaros fuga elapsus est. Rex vero, vij. regni sui anno, vita pariter & regno perfunctus, diem obijt, eiusq; consilio Henricus Ottonis ducis filius, in regnũ subrogatur, anno ab incarnatione dñi. Dccccxx.

De exordio regni Theutonicorũ, diuersęq; allegatiões, vtrũ regnũ Theutonicorũ, vel potius adhuc regnũ Francorũ dici debeat. CA. XVII.

EXhinc quidã post Francorũ regnũ supputãt Theutonicorũ. Vnde filiũ eius Ottonẽ in decretis pontificũ, Leonẽ papã primũ regẽ Theutonicorũ vocasse dicũt. Nã iste de q̃ agimus, Henricus, oblatã sibi a summo põtifice dignitatẽ renuisse perhibet. Mihi autẽ videt regnũ Theutonicorũ, q̃d modo Romã habere cernit, partẽ esse regni Francorũ. Denicq; vt in superioribus patet, tpe Caroli, regni Francorũ tota Gallia, i. Celtica, Belgica, Lugdunensis, oiscq; Germania a Rheno, f. usq; ad Illyricũ terminus fuit. Dehinc diuiso inter filiorũ filios regno, aliud oriẽtale, aliud occidentale, vtrũq; tñ Francorũ dicebaẽ regnũ. In oriẽtali ergo, q̃d Theutonicorũ dicit, deficiẽte Caroli stirpe, primus manẽte adhuc in occidẽtali Francia ex successorib⁹ Caroli Carolo, ex gente Saxonũ, successit Henricus. Cuius filius Otto, qui etiã imperiũ a Lõgobardis vsurpatũ deduxit ad Theutonicos oriẽtales Frãcos, forsan dictus est prim⁹ rex Theutonicorũ, nõ q̃ primus apud Theutonicos regnauerit, sed q̃ primus post eos qui a Carolo Carolingi, sicut a Merouco Merouingi dicti sunt ex alio, i. Saxonũ sanguine natus, imperiũ ad Teutonicos Francos reuocauerit. Sicut aũt Merouingis deficientibus, ac Carolis succedẽtibus, regnũ tñ mansit Francorũ, sic & Carolis decedẽtibus, ex alia familia seu lingua, in vno tñ regno Ottones subintroiere. Quæ varietas, humanarũ rerũ defectũ p̃dẽs, ab initio mũdi vsq; in p̃sentẽ diẽ alternat. Sic in regno Aegyptiorũ Pharaonibus succedere Ptolemęi. In Romano q̃q; post familias Cęsarũ, multas & assiduas regũ successiones miserabiliter mutatas, curiosus indagator inueniet. Et sic vt ex libro Regũ habes, tã ex regũ q̃ ex pp̃i peccatis post quartã vel quintã generationẽ decedentibus alijs, alĳ succedere, q nõ solũ filios priorũ nõ exaltarẽt, sed & plurimũ affligerẽt, & delere cogitarẽt, vixq; alicui⁹ regis semẽ diu stetisse ĩ gl'ia sua inuenis, excepto Dauid, cui p̃missus est Chr̃s. q̃ oĩa vt sępe ĩã dixi, humanã miseriã, variũq; rotatũ oñdũt, ac ad ęternę bẽtudinis statũ nos mittũt. Sed hęc hactenꝰ

Supputatio regni Teutonicorum.

De regno Henrici in orientali Francia, Caroliq; in occidentali. Decisio litis duorũ regum pro Lotharingia. De tyranide Arnolfi Baioariorum ducis, victoriaq; Henrici super Vngaros. De lancea sacra, morteq; Henrici. CAPVT XVIII.

HGitur Henricus ducis Ottonis filius, in orientali Francia regnauit, occidentalem Carolo tenente. Quidã Celtici scriptores asserunt, eũ primo ducẽ tantũ Saxonũ, Caroloq; subiectum fuisse, postq; cõsilio generi sui Gisilberti Belgicę ducis, cũ orientalibus principibus a regno eius discessisse, ac regiũ nomen assumpsisse. Alĳ dicunt eũ post mortẽ Conradi, ab orientalibus Francis per electionẽ principũ, in regnũ subrogatũ fuisse. nec vnq̃ aliquid de manu Caroli suscepisse. Concordant tamẽ in hoc, q̃ regnũ

Germaniæ potẽter habuerit, & pro Belgica Gallia cũ Carolo cõtrouersiã. Quã scriptorũ varietatẽ ex hoc accidisse arbitror, vt dum translato ad Francos imperio, cũ imperiali gloria crescere simul cœpissent & ingenia, diuisoq; regno, diuisi fuissent animi hominũ, tantam quiq; suã remp. perfecerũt, quantã eam præclaris ingenijs extollere potuerunt. Nos vero mediũ in his limitẽ seruãtes, inquantũq; possumus, ac ex eorũ dictis conijcere valemus, veritatis seriẽ tenẽtes, nec ad dexteram, nec ad sinistrã declinare deo largiente, studebimus. Itaq; dum scd'm q̃ vtroscq; scriptores cõcordare diximus, Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cũ Carolo disceptaret, ex voluntate amborũ, ad huius litis scrupulũ decidendũ, die in opido Bunnę constituta, Belgica Henrico cessit, ac Carolo Celtica tantũ & Aquitania, parsq; Lugdunensis, Burgundia regẽ per se habente, remansit, & sic regnũ, quod Francorũ dicit, ex paterna hæreditate Belgicã Galliam, cũ palatio Aquis, & maiori parte Francię perdidit. Circa idẽ tẽpus Arnolfus Baioariorũ dux, morte Cõradi regis cõperta, ex Vngaria in patriã reuertit, regnareq; gestiens, tandem a rege relictis sibi terræ suæ ecclesijs, in pacẽ vocat. Hic est Arnolfus, qui ecclesias, & monasteria Baioariæ crudeliter destruxit, ac possessiones earum militibus distribuit. Is dum primo regnare moliretur, beato Vdalrico Augustẽsi epo duo gladij, quorũ alter capulo carebat, in visu mõstrati sunt, audiuitq; gladiũ cũ capulo regẽ Henricũ, Arnolfum autẽ gladiũ sine capulo, tanq̃ sine capite, & iusticia esse. Post hoc Henricus Vngaros more suo irrumpere volentes, in Saxonia incredibili cæde strauit, titulũq; victoriæ in palatio Merseburck, quę & Martinopolis, pingi fecit. Lanceã quoq; sacrã, quã reges nostri hactenus habẽt, ab Arnolfo Lugdunensis Galliæ, seu Burgundionũ rege minis extorsit. Ipse vero post multa virtutis suæ opera, dũ ad obtinendũ imperiũ Romã tenderet, morbo correptus, xvij. regni sui anno diem obijt.

S. Vlricus.

De lancea dñi.

De regno Ottonis, triumphisq; eius, tã de Sclauis, q̃ de Belgis. De eiectiõe Ludouici, ac per Ottonẽ restitutione, Synodiq; in amborũ p̃sentia celebratione, qualiter Otto Italiã ingressus Berengariũ debellauerit, ip̃mq; postmodũ cũ Alberto filio in deditionẽ accepit. De rebellione filĳ eius Letalfi, itẽq; reconciliatiõe. CA. XIX.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccccxxxvi. Otto Henrici filius, patri nobilis hæres in regno succedẽs, in palatio Aquis a Moguntino archiepiscopo Hildeberto coronatur. Hic Sclauos, qui & Boemi, resistentes sibi compescuit, Belgas consilio Gisilberti ducis, transitũ Rheni prohibere nitentes, in fugam vertit, ac tota terra ferro, flãmaq; vastata, castrum in mõte capri situatũ obsidione cinxit. Igitur Ludouicus Caroli filius Belgicã, quã pater (vt supra dixi) perdiderat, hac occasione recipere gestiens, Alsaciã ingreditur. Quo audito, rex obsidionẽ capri montis soluit, pulsoq; Alsacia Ludouico, Bresacũ obsedit. Inter hæc Gisilbertus dux, dedecoris iniuriam vlcisci volens, collecto milite Andrenacũ vsq; progredit, vbi occurrentibus sibi Germanis, acerrimo prælio cõmisso, Gisilbertus dux fugere volens, Rheno submergitur, cæteriq; in fugam cæsis plurimis, vertunt. Quo comperto, Bresacenses regi castrũ dederunt. Rex vero rursum Belgicã ingreditur, totamq; in deditionẽ accepit. & exhinc prouincia illa a regibus Teutonicorũ absq; cõtradictione possidetur. Porro Ludouicus rex sororẽ Ottonis regis, Gisilberto duce mortuo vidu

Bresacum.

atam,in matrimonium ſuſcepit.ipſe vero nõ multo poſt à ſuis regno pulſus, ad Ottonẽ ſupplex venit,eiuſq; auxilio deuictis hoſtibus, regnũ recepit. Poſt hęc Inglinheim ſynodus præſente Marino ſedis apoſtolicæ legato, in preſentia amborũ regum celebratur. Verum Otto poſt multos triumphos Italiã quoq;, quæ per plures iam annos Francis,ſeu Germanis alienata fuerat, regno adiſcere parat. Hęc eo tẽpore a Berengario tyrãno multipliciter premebaſ, a quo etiã Adelheida Lotharij imperatoris anteceſſoris ſui vidua, in captiuitate tenebaſ. Rex ergo Italiam ingreſſus, reginã a captiuitate liberatã, vxorẽ accepit. pulſoq; Berengario,natale dñi Papiæ celebrauit. & ſic verno tẽpore in patriã rediens,Cõradum ducẽ ad perſequendũ Berengariũ ibidẽ reliquit. Huius conſilio Berẽgarius in Saxoniã ad regem venit,gratiã eius tam ducis,q; Letalfi regis filij impetraturus auxilio. Sed cũ per triduũ cõſpectui regis nõ admitteretur, interceſſione tandem præfati ducis,ac regiæ prolis obtinuit,q; ei in vrbe Rhetiæ Auguſta dies præfigatur.Ibi ex omnibus regni viſceribus,multis in vnũ adunatis,Berengarius humiliter veniens,cũ filio ſuo Alberto regi ſe dedidit, ab eoq; regnũ Italiæ, excepta Marchia Veronenſiũ, & Aquileienſiũ ſuſcepit. Reuerſus in Italiã Berengarius,multa ſicut & antea principibus terræ mala faciens, in ſe odia omniũ excitauit. Eo tẽpore Letalfus filius regis,conſilio quorundã noua cõtra patrem molitur,ſed in breui a cœpto deſiſtens, paterne ab eo in gratiã recipitur.

Triumphus Ottonis de Vngaris,traditioq; Scirenſis comitis.Itemq; triumphus Ottonis de Sclauis. CAPVT XX.

ANno ab incarnatiõe dñi.Dccccl v.Vngaroꝝ gens ſeuiſſima,cũ innumera multitudine erupit, ac totã terram more locuſtarũ operiẽs, ad Licum vſq; contra vrbem Auguſtenſem,cui tũc venerabilis, ac deo dignus ſacerdos Vlricus præſidebat, peruenit. Quibus glorioſiſſimus rex fide magis, q; armis, præfati viri dei hortatu tutatus occurrit. tantaq; prædictos barbaros virtute ſtrauit,vt exhinc gens omniũ immaniſſima, non ſolum regnũ inuadere nõ auderet,ſed & ſuũ deſperatione correpta,vallibus & ſudibus in locis paluſtribus cõtra noſtros munire cogitaret. Cecidit in eo prælio dux illuſtris Vuarmatiẽſis,& gener regis Conradus.Barbari vero, quod etiam incredibile dictu videt,vſq; ad internitionẽ.vij.tantũ reſiduis,omnes deleti dicuntur. Huius maximæ concuſſionis auctor fuiſſe ex Baioaria quidã Scirenſis comes memoratur,qui tamẽ perfidię ſuæ pœnas ſoluens, dum Vngaros incaute eductos, morti expoſuiſſet, ab eis tanq; traditor necatus eſt. Porro terra eius in fiſcum redacta,partim a rege inter eccleſias diuiſa, partim hęredibus eius cũ caſtro Scirenſi relicta, æterno anathemati ab epiſcopis addicata fuiſſe traditur. Ex huius origine cũ multi hactenus tyrãni ſurrexerint, Otto Palatinus comes perfidi,& iniqui patris haud diſſimilis hæres,omnes priores malicia ſupergrediens, eccleſiã dei vſq; in præſentẽ diem perſequi non deſiſtit. Sic eñ mirabile dictu,quo diuino iudicio neſcio,pene tota illa poſteritas in reprobũ ſenſum tradita eſt,vt vel nulli,vel pauci vtriuſq; ſexus, cuiuſcũq; profeſſionis, ſeu ordinis ex ea inueniant,quin vel aperta tyrannide deſæuiant,vel omnino infatuati,ad oẽm tã eccleſiaſticũ,q; ſęcularẽ honorẽ indigni, furtis & latrocinijs inſeruiẽtes, miſerã vitã mẽdicando tranſigãt.Rex inde digrediẽs,Sclauos reſiſtẽtes ſibi bello petijt,ac tã de ipſis, q; de Vngaris victor exiſtẽs, pater patriæ appellatus eſt.

S. Vlricus.

Querimonia Romanoꝝ ſup tyrannide Berengarij.rex ſublimato prius ad regnũ filia,Italiã ingreſſus,palatiũ Papię reędificat. CAP.XXI.

ANno ab incarnatiõe dñi.Dccccl x,dum rex rurſum cõtra Sclauos pręcinctũ moueret,Ioannes diaconus,& Aço ſcriniarius, ab Apoſtolica ſede miſſi,ad regẽ veniũt,tam de tyrannide Berengarij querimoniam facientes,q; ipſum ad defenſionẽ ſanctæ Romanæ eccleſię,ac totius Italię inuitantes. Vualbertus quoq; Mediolanenſis,& Vualdocumanus epiſcopi,cũ alijs regni Italiæ principibus,eadẽ petentes, ad regem ſupplices veniunt. Rex ergo natali dñi Ratiſponę celebrato,in Belgas proficiſciť,ibiq; filio ſuo Ottone in palatio Aquis ad regnũ ſublimato, in Saxoniã redijt, collectoq; milite,per Baioariã,ac Tridentinã vallem Italiam armatus intrauit. totaq; terra ſubacta,natale domini Papiæ celebrans,palatium a Berengario deſtructum reædificari iuſſit.

Otto Romã veniens a Ioanne papa,ac toto populo Auguſti nomen ſortitur, ſicq; imperiũ Romanũ ad Teutonicos, vel iuxta alios, ad orientales Francos deriuatur. Imperator Papiam venit, Berengarius fugit. CAPVT XXII.

ANno ab incarnatione dñi. Dccccl xiiij. Otto glorioſus rex, a Papia vſq; ad vrbem progrediens, honorifice a ſummo pontifice Ioanne, ac toto populo ſuſceptus,applaudẽtibus cũctis,imperatoris & Auguſti nomẽ ſortitur.Hic iuxta eos qui Arnolfum in catalago ponũt, & eos qui interea in Italia regnabant,ſecludũt.lxxvij.ſcd'm Romanos aũt, qui ſemoto Arnolfo,Ludouicũ Berengarios duos,Vgonẽ,Berengariũ,Lotharium itemq; Berengariũ cũ filio ſuo Alberto, q; uis obſcure regnantes in numero priorum ſtatuũt.lxxxiiij.inuenitur. Exhinc regnũ Romanoꝝ, quod poſt Francos & Longobardos ad Teutonicos, vel vt alijs videtur, rurſum ad Francos,vnde quodãmodo elapſum fuerat,tranſlatũ eſt.Cui ſcilicet opinioni accõmodatũ videtur, q; regnũ Romanoꝝ iuxta maiores noſtros, Babylonioꝝ imperio ſimilẽ ortum, & progreſſum habere dicit. Sicut ergo illud duabus famoſis mutationibus Medoꝝ ſcilicet & Perſarũ,ſuccubuiſſe conſtat,ſic & iſtud itẽ duabus tantũ Greꝯ & Francorũ ſubiacere debere volũt. Nam cæteros huius,ſicut & illius a diuerſis gentibus incurſus,ecclypſim potius eoꝝ,q; mutationẽ fuiſſe dixerũt. Imperator ab vrbe rediens,Papię paſcha dñi celebrauit. At Berẽgarius in monte qui ſancti Leonis dicitur,imperatorẽ fugiens,latitauit.

Imperator Ioannẽ papam,eo q; Albertũ ſuſceperat,pontificatu deponit, & ei Leonem ſubſtituit. CAPVT XXIII.

ANno ſequenti dum rurſum imperator Paſcha dñi Papiæ celebraret, ac inde progrediens Berengariũ in monte Leonis obſidione clauderet,Albertus filius eius primo Corſicã furorẽ principis declinãs, intrauit.poſt Ioannẽ Romanũ pontificẽ adiens,eum ad ſui partẽ inclinauit. Eapropter imperator obſidione caſtri relicta, cõtra vrbem aciem dirigit. Quidã vero ex ciuibus metu perculſi,vna cũ pontifice fugiunt. Alij datis obſidibus,Auguſto ſubdunť. Otto miſſa legatione, papã reuocat. ſed eo venire nolente,collecta ſynodo epiſcoporꝝ,Leonẽ ei in põtificatu ſubſtituit. Quod vidẽs

Albertus denuo Corsicã fugit. Quæ omnia vtrũ licite, aut secus acta sint, dicere præsentis nõ est operis. res em gestas scribere, nõ gestarũ rerũ rationẽ reddere proposuimus. Inueni tamẽ in quibusdã chronicis, sed Teutonicorꝝ, præfatum Ioannẽ reprehensibiliter vixisse, & frequẽter super hoc ab episcopis, alijsq; subditis suis conuentũ fuisse. Cui rei durũ videtur fidem accõmodare, quia Romana ecclesia hoc speciale priuilegium sacerdotibus suis ascribere solet, q̃ meritis Matth. 16. Petri super firmã petrã fundati, nulla eos porta inferorꝝ, vel turbo tempestatum ad exitialem ruinam inuoluat.

Imperator Berengariũ capit, Romanos seditionẽ mouentes sternit, & sic ad Spoletũ diuertit, rursumq; rediens vrbem obsidione claudit, ac Papam quẽ Romani posuerant, captiuũ abducit. denuo rediens quosdã ex Romanis suspendit, coronatoq; prius a summo pontifice filio, in Saxonia moritur. CA. XXIIII.

HImperator natale dñi Romæ celebrans, Berengariũ in mõte Leonis obsessum, cũ castello in deditionẽ accepit, ac in Baioaria custodiæ mancipatum, exilio relegauit. Vide regnũ Teutonicorꝝ cum regno Francorꝝ affine, & quodãmodo cognatũ principium habere. Ibi primũ Carolus sine regis noĩe, honorẽ regis gerebat. Hic magnus Otto Saxonũ dux, regibus adhuc ex stirpe Caroli manentibus, regni summã administrabat. Illius filius Pipinus nõ solum re, sed & noĩe rex cœpit esse, & dici. Huius simili modo filius Henricus regis nomine meruit honorari. Illius filius Carolus magnus nõ solũ regnũ, sed & imperiũ capto Desyderio primus obtinuit ex Frãcis. Istius filius Otto magnus, post multos triũphos primus ex Teutonicis post Carolos capto Berengario, Romanis imperauit. Manente in vrbe imperatore, ciues cõmunicato cũ vicinis castellanis cõsilio, eum occidere tentant. Hęc Augustus persentiens, insidias præcauit primo, post infinitam ex eis multitudinem strauit. Sequenti vero die interposito iureiurando, c. ab eis obsides accepit. Ipse autẽ septẽ apud eos dehinc dies manens, ad Spoletũ diuertit, rogatuq; Leonis papæ Romanis eorũ obsides relaxauit. Quo recedente, Romani Ioannẽ recipiunt, Leone expulso. Is nil moratus, Augustum in ducatu Camerino morantem adijt, secũq; sanctũ Pascha celebrauit. Inter hæc Ioannes moriẽ, & in locũ eius Benedictus a Romanis subrogaẽ. Augustus itaq; tam pro expulsione Leonis, q̃ subrogatione Benedicti inflãmatus, spretis Romanorꝝ legatis, quos ad cõciliandũ animũ eius miserant, exercitũ cõtra vrbem mouet. Quã obsidione clausam, & incredibili fame fatigatã, tandẽ ad deditionẽ coegit. Hac ergo cõditiõe sunt in gratiã recepti, vt portis apertis ipsum honorifice susciperent, & Benedictum ei traderẽt. Quo facto, imperator Leonẽ restituit, celebrataq; ibi, S. Ioãnis natiuitate, ac apostolorꝝ Petri & Pauli festiuitate, ab vrbe digressus, in via multos ex inæqualitate aeris pdidit. Deinde natale dñi Papiæ agẽs, ad cisalpinã reuertitur, Benedictũ iam depositũ secũ ducens. Nõ multo post deficientibus a se denuo Italicis, alpes transcendit, nataleq; dñi celebrans Romæ, xiij. ex maioribus vrbis post præfectũ, qui factionis erga Leonẽ papã rei fuerant, patibulo suspendit. Dehinc vocato ad se filio suo Ottone, eum a summo pontifice coronari & Augustũ vocari fecit, eiq; Constantinopolitani imperatoris Theophanij filiam in matrimoniũ cõiunxit. Omnibus itaq; bene cõpositis, reuersus ex Italia

Paschaq; dñi Quitelinburg celebrauit, ac inde Martianopoli ascẽsionẽ ex more ferians, morbo tertia ante Pentecosten feria correptus, xxxvij. regni sui anno imperij. xiij. diem vltimũ clausit. Hic est Otto, qui post multas quas noui victorias, Græcos quoq; in Apulia & Calabria superauit, ac imperiũ Romanorꝝ virtute sua ad Francos orientales reduxit, primusq; venas argenti & æris, iuxta ciuitatẽ Goslariã in Saxonia inuenit. Metropolim etiã Magdeburgensem vbi ad huc cultu regio humatus cernitur, pluribus ornamẽtis decorauit. Berengarius vero, & vxor eius Vuilla exules Babẽberg moriunt. Eodẽq; anno beatus Vdalricus Augustensis episcopus, migrauit ad dominũ. S. Vdalricus moriẽ.

De imperio Ottonis secundi, euentuq; eius in Calabria, ac morte ipsius. Traditio Romanorꝝ. De beato Bartholomeo. CAPVT. XXV.

ANno ab incarnatiõe dñi. Dccccl xxv. Otto secũdus, magni Ottonis filius, qui viuente patre, a Romano põtifice coronatus fuerat, patri in regnũ succedens. lxxxv. ab Augusto imperauit. Hic dũ Grẽcos incaute in Calabria persequereẽ, amisso milite de naui exiliens, natatibus euasit. Ipse vero, ix. imperij sui anno Romæ moritur, ac ante beati Petri ecclesiã in concha marmorea honorifice humaẽ. Tradunt de ipso Romani, q̃ Beneuẽto capta, beati apostoli Bartholomei ossa inde asportauit, ac Romæ in Lycaonia insula, in tũba Perforetica ea collocauerit, in terrãq; suã p Tyberim, & mare in præfato sarcophago deportare cogitauerit, sed eo in breui vita exẽpto, precios um thesaurum ibidem remansisse.

De imperio Ottonis tertij, martyrio beati Adalberti, ac morte imperatoris. CAPVT XXVI.

ANno ab incarnatione dñi. Dccccl xxxiiij. Otto tertius patri in regnũ succedens, admodũ puer. lxxxvi. ab Augusto imperiũ est adeptus. Huius diebus beatus Adalbertus Pragensis epꝰ, prædicans Brutis martyrio coronaẽ. Otto vero, xvij. imperij sui anno diem obijt, & in ecclesia S. Mariæ Aquis sepelitur. Hi duo posteriores Ottones, cuius breuitatis causa pauca de eis dixerimus, tam feroces, tam mirabiles fuere, vt vnus pallida mors Sarracenorꝝ, seu sanguinarius, alter mirabilia mundi diceretur. S. Adalbertus.

De imperio Henrici, triumphis eius, fundationeq; Babenberg, cõuersione Vngarorꝝ, morteq; ipsius. CAPVT XXVII.

ANno ab incarnatione dñi. M. primo, mortuo sine hærede Ottone, Henricus patre Heçilone, natione Noricus, eiusdẽq; gentis dux, ab omnibus regni primoribꝰ electus. lxxxvij. ab Augusto rex creatur. Hic multis in Germania, Boemia, Italia, Apulia fortiter, ac pspere bellis gestis, postremo data sibi a dño requie, cũ esset christianissimus, nobilissimũ episcopatũ Babenberg fundauit, ac possessionibus, & honoribus, sicut hodie cernitur, locupletauit. Sororeq; sua Gisila, Stephano Vngarorꝝ regi in vxorem data, tam ipsum, q̃ totũ eius regnũ ad fidẽ vocauit. Hunc Stephanũ Vngari hactenus fidem christianã seruantes, velut principiũ fidei suæ inter sanctos colendum dignũ ducunt. At Henricus imperator pijssimus. xxiiij. regni sui, imperij autẽ. xi. anno, rebus humanis exemptus, in ecclesia Babenberg humatur. S. Henricꝰ imperium sumpsit. S. Stephanus Vngarorum rex.

Et vt illa testatur ecclesia, sepulchrum eius vsq; hodie crebris miraculis celebre habetur.

De regno regis Conradi, eiusq; vxore Gisila. De virtutibus eius, victoriaq; super Polonos. De rebellione ducum, Conradi & Ernusti, reconciliationeq; Ernusti, ac expeditione regis in Italiam.

CAPVT XXVIII.

ANno ab incarnatione dñi. M.xxv. defuncto sine filijs Henrico, Conradus natione Francus, consilio antecessoris sui, cuius tñ dū adhuc viueret, gratia carebat, ab omnibus electus, lxxxvij. ab Augusto regnū sortitur. Hic ex parte patris a Conrado Varmatiensiū duce, qui in prælio cum Vngaris sub Ottone habito, occubuerat, pro sapiẽtia ducens, ex parte matris, ex ꝓbatissimoꝝ Galliarū principū, qui ex antiqua Troianoꝝ stirpe descenderant, & a beato Remigio baptiçati fuerant, originẽ trahens. Vxorẽ Gisilā noīe, de antiquo & glorioso Caroloꝝ sanguine oriundam habuit, sicut quidā his versibus attestaī. Quando post decimā numeraī linea quarta, De Carolo magno processit Gisila prudens. Hæc primū Ernusto duci Sueuoꝝ, fratri Alberti superioris Hannoniæ Marchionis nupta fuit, geminosq; ex ea filios Ernustū, & Hermannū suscepit. Quo mortuo, Conradū hunc de quo agimus, accepit. Erat autẽ idẽ rex armis strenuus, cõsilio prouidus, sapiẽtia tam forensi, q̃ ciuili prædītus, in religione christiana satis deuotus, humilitate quæ regẽ decebat, adornatus. Itaq; in primordio regni eius Boleslaus Polonioꝝ dux, qui ab antecessore suo Henrico nouiter subactus fuerat, a regno diuidi, rexq; per se vocari molitur. Qui nõ multo post moriens, Misiconẽ filiū suū successorẽ reliquit. Is dum patrẽ imitari cogitaret, insuperq; fratrẽ suū Ottonẽ expulisset, rex tam profugū in patriā reducturus, q̃ de cõtumace regni iniuriā vindicaturus, in Poloniam procinctū mouet. Misico regis impetū ferre nõ valẽs, Fractis quibusdā regni insignibus, ad Vlricū Boemiensiū ducẽ, qui & ipse tunc tẽporis hostis regni fuerat, fugit. Quem cū Vlricus regi dare, & sic ad gratiā eius redire vellet, ipse vt erat serenissimus, eum hoc modo a perfido duce recipere noluit. Otto vero libere ducatu potitus, diadema quod patri eius ad ignominiā regni illicite fecerat, regi misit, secq; per oīa ditioni eius subiecit. Ipse vero nõ multo post fraude armigeri sui, vita priuatus est. At Misico a rege exul factus, ad imperatorẽ supplex venit, interuentuq; reginæ diuisa in tres patres prouincia, tertiā partẽ ipse obtinuit. Exhinc prouincia illa regibus nostris sub tributo seruire cognoscitur. Circa idem tempus, consanguineus regis Conradus Vangionum, & Ernustus priuignus eius Sueuoꝝ seu Alemannoꝝ duces, regi cū multis alijs rebellare attentant. Rex vero filio suo Henrico adhuc infantulo rege post se designato, Italiam ingrediī, ad quẽ Ernustus dux, consilio matris suæ reginæ venit, gratiāq; suam eius auxilio promittens, se cū rege in Italiā profecturū obtinuit. Rex vero castra mouens, sanctū Pascha Vercellis celebrauit. Ibi Reinherū Marchionem cum ciuibus Lucensibus obuium habuit, susceptisq; ad deditionem omnibus, ad vrbem iter tendit.

Polonia tributaria imperio.

Reginherꝝ

De ꝓmotione Cõradi in imperatorẽ, seditioneq; orta in populo. De reditu eius, rebellioneq; itẽ Ernusti, morteq; eius. CAP. XXIX.

ANno ab incarnatiõe dñi. M.xxvij. Conradus Romā veniens, in ipsa die Paschalis solennitatis inter duos Cinitonẽ Angloiꝝ, & reginæ Gisilæ auunculū, Rudolfum Burgundiæ reges honorifice ꝓcedẽs, a summo põtifice Ioanne coronatus, ab omni populo Romano imperatoris & Augusti nomẽ sortitur. In ipsa vero paschali hebdomada, tumultu orto inter milites imperatoris & ciues, grauis pugna cõmittiī, cęsisq; multis, Romanis fugiẽtibus, imperator victoria potitur. Post hoc facta cū ciuibus pace, ab vrbe regrediī, captūq; latronẽ quendā famosissimū Thaselgart noīe, suspẽdio peremit. Inde per Pireneū in Franciā rediens, denuo sibi ducẽ Ernustū priuignū suū, consilio comitis Vuerenharij rebellare nitentẽ audiuit. Quẽ censura iusticiæ, ac viribus regalis excellẽtiæ, terra, mariq; pulsum, in syluis latitare coegit, vbi postmodum a fidelibus regis occisus est, eiusq; ducatū Hermannus frater eius accepit.

De morte Rudolphi regis Burgundiæ, Burgundiaq; data filio imperatoris. Descriptio Galliarum. CAPVT XXX.

HA tẽpestate Rudolfus Burgundiæ, sed Galliæ Lugdunensis rex moriens, Henrico filio regis, nepoti suo regnū cū diademate, alijsq; insignibus sub testamẽto reliquit. Esse eī Gallias cisalpinā, & transalpinā scriptores testanī. Quarū cisalpinā seu togatā in Italia inter Padū & alpes dixerūt, Transalpinā seu Comatā vero in tres, i. Belgicā Lugdunensem, Celticā, Aquitaniā, Celticæ partẽ facientes diuisere. Alij æque tres cõstituentes, Celticā in Belgica ponunt, & Aquitaniā tertiā per se constituūt. Vnde & tribus his Gallijs tres primates preesse volūt, Belgicę Treuerensem, Aquitanię Biturícensem, tertię Lugdunensem. Quod eī in Belgica cõtineaī Celtica, Orosius velle videtur, qui in diuisione orbis terrarū, eam in Britanniam seu prouinciam Narbonensem, cū iuxta priorẽ diuisionẽ ad fontem Mosæ, seu syluam Argonam a Rheno protendaī, extendit, Gallia inquiens, Belgica habet ab oriẽte limitẽ fluminis Rheni, & Germaniā ab Euro alpes Apẽninas, a meridie ꝓuinciam Narbonensem, a Circio oceanū Britannicū, a Septentrione Britannicā insulam. Item de Lugdunensi Gallia. Lugdunẽsis ducta per longum, & angustū, inflexa, Aquitanicā prouinciā semicingit. Hæc ab oriẽte habet Belgicam, a meridie partẽ prouincię Narbonensis, qua Arelatū ciuitas sita est, & vbi mari Gallico Rhodani flumen accipiī. Porro de Aquitania, non sicut de tertia parte Galliarum, sed eius prouincia loquens sic ait. Aquitania prouincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius ẽ in orbẽ agit. Hæc e Circio oceanū, qui Aquitanicus dicitur sinus, ab occasu Hispanias habet, & a septentrione, & oriente Lugdunensem, ab Euro & meridie Narbonensem prouinciam contingit. Vnde iuxta hanc diuisionem, duæ tantū comatæ Galliæ partes esse videntur, Lugdunensis videlicet, & Belgica, ita vt Aquitania non pars tertia, sed vna earū, vt dictū est, prouincia sit. sicq; Galliæ item trina diuisio cū togata inueniī. Secm priorẽ eī Comatæ sine Togata tres, iuxta alterā cū Togata tres itidẽ inueniunt diuisiones Galliæ. Quæ omnes, vt supra dixi, dū regno Francoꝝ primitus subiacerent, post diuisæ, singulæ singulos reges habere cœpere, illicq; quod Francoꝝ hactenus vocaī, iuxta priorẽ diuisionẽ Celtica, iuxta sequentẽ vero Aquitanica, & pars Belgicæ tantū remansit.

Trina Galliæ diuisio.

Rebellio Odonis in Gallia, expeditioq; imperatoris sup ipm, vbi cogit ad deditionē. Expeditio imperatoris in Italiam, victoriæq; eius. Occisio Odonis a fidelibus imperatoris, captiuitas pontificū, excidiū Parmæ, processus imperatoris in Apuliam, victoriæq; ibi, pestilentia redeuntiū, obitusq; Augusti. CAPVT XXXI.

HGitur dū Rudolfus Galliā Lugdunensem Henrico traderet, Odo Celticæ comes, eo q sororius eius esset, præfatū regnū iure hæreditatis ad se ptinere calūnians, armata manu ingrediť. Hoc eo tpe dū imperator in subiugandis Polonis, q̄d nos p prolepsim supra diximꝰ, moraret, cōtigit. Augustus ergo cōtumacia Odonis audita, in Burgūdiā iturus circa natale dñi militē instaurat. Sed dū ꝓpter nimiū frigus ꝓficisci non posset, ꝓxima æstate rursum Gallias ingressus est, vastataq; p tres cōtinuas hebdomadas ferro, ac flāma Odonis terra, ille supplex venire cōpellit, interpositoq; iureiurando, ne amplius prefatū regnū quo q̄modo lacessat, impator reuertit. Anno sequēti rex denuo Burgundiā ingressus, oēs terrę illius principes cū Lugdunēsi primate in deditionē accepit, ducēsq; secū obsides terræ, in pace repedauit. Nō multo post ad sedandā ignobilis vulgi cōtumaciā, qui pene principibus preualuerāt, Italiā ingrediť, nataleq; dñi celebrans, p Brixiā, ac Cremonā Mediolanū venit, eiusdēq; vrbis epm, eo q cōiurationis erga eū factæ reus diceret, cepit, ac Pupioni Aquileiensiū patriarchæ custodiendū cōmisit, eps vero clam elapsus aufugit. Eapropter impator pascha dñi Rauennæ celebrato, verno tpe p̄fatę ciuitatis territoria vastans, multa castra partim vi capta destruxit, partim in deditionē accepit. Inde Cremonā veniens, Romanū pontificē obuiū habuit, quē cū multo honore susceptū, & habitū dimisit, & ipse declinādo calorē mōtana loca subijt. Dum hæc agunt in Italia, Odo comes sacramēto rupto, denuo impatori in Gallia rebellat. Cūq; ad ignominiā eius castrū quoddā Barrū nomine obsidione cinxisset, a Goşilone Belgarū duce, alijsq; regni fidelibꝰ occidit, ac vexillū eius in signū victoriæ Augusto in Italiā mittit. Ea tēpestate Placētinus, Vercellensis, Cremonensis epi, dubiū vtrū licite an secus, maiestatis rei iudicati, in exiliū deportant. Proximo dehinc impatore natale dñi Parmæ celebrāte, tumultu orto, dapifer regis necat. Qua de re cōmotus princeps, omniū nisu vrbem impugnat. Ciuibus autē fortiter se defendētibus, sed tñ impetū regis diucius ferre nō valentibus, fusis multis, tandē misera ciuitas cremat. Hisdem diebus Romanus pontifex Mediolanensiū archiepm, eo q imperatori suo dño iniuste rebellaret, excōmunicauit. Itaq; Conradus rex subacta ad plenū Italia citeriori, Apēninū transiens, regina Romā orationis gratia eunte, ac post ad ipm reuertente, ipse Apuliā ingressus, ac terræ illius vrbes, Capuā, Beneuentū, aliasq; ꝯplures peruagatus, per Adriatici maris oram domū remeare disposuit. sed cū p lœtifera loca iter ageret, ex corruptione aeris plurimos de exercitu, & de claris principibus pdidit. Mortui sunt ibi inter alios Hermānus dux, reginæ filius, Kunigunda filij regis sponsa, Cono Francoꝝ dux, & alij ꝯplures. Vnde quidā ex nostris hunc rerū humanarū casum deplorās, rhitmū in modū tragœdiæ simplici stilo cōposuit, qui sic incipit. Qui habet vocē serenā, proferat hāc cantilenā. Nō multo post reuerso ab Italia impatore, sanctūq; Pētecosten in inferiori Traiecto Frēsiæ vrbe celebrāte, in ipsa solēnitate infirmatus, xvij. regni, imperij vero, xiiij. an

Conradus imperator moritur.

nō, diē vltimū clausit, sepultisq; ibidē intestinis eius, reliquū corpus in Spirensem vrbem deportatur, ibiq; in ecclesia S. Mariæ humatur.

De imperio Henrici, virtutibusq; eius. De euentu ipsius in Boemia, triūphoq; eius in Pannonia. De nuptijs eius, & de morte Leopaldi Marchionis. De schismate Romanæ ecclesiæ. De depositione Gratiani, ac subrogatione Clementis, & quid Hildebrandus inde senserit. CAP. XXXII.

ANno ab incarnatione dñi. M.xl. Henricus tertius supradictæ Gisilæ filius, qui patre viuente regnare cœperat, ipso mortuo, lxxxix. ab Augusto solus regnauit, in ipsoq; dignitas imperialis, quæ p longū tam tēpus a semine Caroli exulauerat, ad generosum, & antiquum germen Caroli reducta est. Hic per oīa patrē in virtutibus nō solū æquasse, sed & transcendisse perhibeť, regnū moderatissime gubernās. Verū in principio regni sui, dum Boemos resistētes sibi, incaute bello peteret, plurimos de exercitu in abditis syluarū clausttris perdidit. Contra quos cū debitæ indignationis aculeos exerceret, gentēq; præfatā multis malis attereret, tandēq; ducem eius in deditionē accepit. Vngaros quoq; varijs, ac diuersis prælijs premens, Petrū regē eorū ab Quone regno fraudulenter pulsum, intercessione Alberti Marchionis, cuius leuir erat, exulem suscepit, ac cū exercitu Pannonias ingressus, congressu habito, cū paucis incredibilem multitudinē Vngaroꝝ fudit, Petrūq; regno restituit. Vnde rursum est ille rhitmus Hermanni Cōtracti de præfato triumpho, qui sic incipit, Vox hæc melos pangat. Accepit autē nobilissimi Galliarū principis, Pictauiæ ac Aquitaniæ ducis sororē Guilhelmi Agnetē in vxorē. Cumq; ex more regio nuptias Inglinheim celebraret, omne balatronū & histrionū collegium, quod (vt assolet) eo confluxerat, vacuū abire permisit, pauperibusq; ea quæ membris diaboli subtraxerat, large distribuit. In ipsa vero nuptiarū solennitate, tristia lætis admixta sunt. Nam illustrissimus Alberti Marchionis filius Leopaldus adolescēs, immatura morte omniū planctu rapitur, & a patruo suo Popione Treuerorꝝ archiepiscopo, in vrbe Treuerensi sepelitur. Hic est Leopaldus, qui cū patre suo Alberto marchiā orientalem Vngaris eripuit, ac inter cætera virtutis suæ opera, exercitū Quonis innumerabilem, fines suos ex improuiso vastantē, subito correptis armis, quod tñ in omni conflictu etiā fortibus incautū est, pene funditus cū paucis deleuit. Circa idem tempus pudenda confusio ecclesiæ dei in vrbe Roma fuit. Tribus ibi inuasoribus, quoꝝ vnus Benedictus dicebat, sedem illam simul occupantibus, atq; ad maioris miseriæ cumulū diuisis simul cū redditibus patriarchis, vno ad sanctū Petrum, altero ad sanctā Mariam maiorē, tertio. i. Benedicto, in palatio Lateranensi sedēte, flagitiosam, & turpem vitam, vt egomet in vrbe Romanis tradentibus audiui, duxere. Hūc miserrimū statum ecclesię, religiosus quidam presbyter Gratianus noīe vidēs, çeloq; pietatis matri suæ cōpatiendo, animaduertens, prefatos viros adijt, eisq; a sede sancta cedere pecunia persuasit. Benedicto redditibus Angliæ, quia maioris videbat auctoritatis esse, relictis. Ob ea ciues præfatū presbyterū tanq; ecclesiæ dei liberatorē, in summū pontificē elegerunt, eumq; mutato noīe Gregorium septimū vocauerunt. Quod audiens rex, procinctū mouet in Italiā. Porro Gratianus regi apud Sutriū occurrēs, ad leniēdū ipsius aīm, diadema p̄ciosum

obtulisse dicit. Quē rex primo, vt decuit, honorifice suscepit, postmodū aūt collecto epoꝝ cōuentu, a pōtificatu p nota simoniæ cedere persuasit, eicq; Suidegerum Babenbergen. epm, qui & Clemens consensu Romanæ ecclesiæ substituit. Hunc Gratianū alpes transcēdentē, secutū fuisse ttadūt Hildebrandū, qui postmodū sūmus pōtifex factus, ob eius amorē, quia de catalogo pōtificū semotus fuerat, se Gregoriū. vij. vocari voluit, & sic in Lucano habes, Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni. ita & huic Hildebrādo, q semp in ecclesiastico rigore cōstātissimꝰ fuit, causa ista in q̄ sentētia principis & epoꝝ pualuit, sp displicuit. Exhinc Romana ecclesia in electiōe canonica pōtificū, intm infirmata inuenit q̄ istę, q̄ttuorq; secq̄ntes ab impatore ibi positi ī catalogo iueniant. Qualiter aūt idustria & opa p̄fati Hildebrādi sub Leone, iuniore libertatē suā ex pte, sub Alexādro ỳo plene rehabuerit, sicut p̄batoꝝ viroꝝ relatu cognouimꝰ, īfra dicemꝰ.

Henricus Romę a Clemēte coronat, ac p Apuliā transiēs in patriā venit, & qui postmodū ab ipso Romanæ sedi prępositi sint, & qualiter Bruno, qui & Leo, ad episcopatū venerit. De deditione Gotfridi, & Balduuini ducū, & synodo celebrata, expeditione Vngarica. De irruptione Nortmannoꝝ in Apuliā, transituq; Leonis, subrogatione Teutonicoꝝ pontificum, mortecq; imperatoris. CAPVT XXXIII.

ANno ab incarnatiōe dñi. M. xlvij. Henricus rex victoriosissimus, in die natalis dñi, a Clemente coronatus, impatoris & Augusti. xc. ab Augusto nomē suscepit. Inde p Apuliā exercitū ducēs cū honore ad patriā reuertit. Eodē anno Suidegero mortuo, Popio Aquileiensiū patriarcha, in locū eiꝰ subrogat. Nō multo post Petrus Vngaroꝝ rex, a quodā cliente suo Andrea noīe, oculis ac regno priuat. Popione q̄q; qui & Damasus, mortuo, Bruno qui & Leo, Tullensiū epus, Romanā ecclesiā gubernandā suscepit. Hic ex nobili Francoꝝ, p sapia oriundus, auctoritate regalis excellentiæ, ad sedē beati Petri destinatus fuerat. Cūq; assumpta purpura pōtificali, p Gallias iter ageret, cōtigit eum Cluniacū venire, vbi forte tūc præfatus Hildebrandus prioratus, vt dicit, obedientiā administrabat. Is Leonē adiens, æmulatione dei plenus, constanter eū de incepto redarguit, illicitū esse inquiens, per manū laicam summū pontificē, ad gubernationē totius ecclesiæ violenter introire. Verū si suis se credere velit cōsilijs, vtrūq; & q̄ maiestas imperialis in ipso nō exacerbetur, q̄q; libertas ecclesiæ in electione canonica renoueť, se pollicet effecturū. Inclinatus ille ad monitū eius, purpurā deponit, peregrinicq; habitū assumens, ducens secum Hildebrandū iter carpit. Igitur ad vrbem vsq; venientes, consilio Hildebrandi, a clero, & populo Bruno in summū pontificē eligitur. sicq; vtcūq; Romana ecclesia ad faciēdā electionē informatur. Imperator Belgicā ingressus Gotfridū, & Balduuinū duces ad deditionē coegit. Post hoc synodus Moguntię celebrat, in p̄sentia summi pōtificis Leonis, & impatoris. Rex iterū ad cōprimēdā Andreæ, q eiecto Petro Vngaroꝝ regnū inuaserat, cōtumaciā, Pānonias ingredit. sed latitātibꝰ vndicq; incolis terrę, & victui necessarijs vel recōditis, vel cōtaminatis, militē ibi sustētare nō valēs, cūctis tñ vastatis reuertit. Anno seqnti denuo Pānonias hostiliter petēs summū pōtificē Leonē secū duxit. Ea tēpestate Nortmānoꝝ gēs ingetissima, Roberto Giscardo duce, humilis cōditiōis viro, sed strenuissimo, Apuliā irrupit, multisq; malis fraude & vi īcolas terrę afflixit.

Quos dum Leo papa cū militia ad vrbē rediens, ecclesiæ & imperij finibus coercere vult, cōmisso prelio, cæsis multis fugere Beneuentū cōpellitur. Tanta vero strages vtrorūq; ibi facta fuit, q̄ aceruus ex ossibꝰ mortuoꝝ cōpactus, hactenus ab indigenis illo monstrat. Anno dehinc proximo Leo papa moritur, & in ecclesia beati Petri Romæ humatus, miraculis clarus habet. Cui Gebehardus Eistensis, qui & Victor, successit, & illi Stephanus itē natione Teutonicus. Imperator rursum Italiā ingressus, Beatricē Mathildæ matrē, consanguineā suam marito suo Bonifacio marchione defuncto, secum reduxit. Ipse vero non multo post in termino Saxoniæ & Turingiæ, in loco qui dicitur Botfelt, infirmatus, publice culpas suas recognoscēs. xvij. regni sui, imperij ỳo. xi. anno diē vltimū clausit, ac iuxta patrē humatus est. Cæterū tā eius q̄ patris sui actus, & virtutes Hermānus Cōtractus ī libello q̄dā, quē ipsi destinauit, luculēter satis disseruit.

De imperio Henrici, matrisq; eius Agnetis. De liberatione Romanæ ecclesiæ, ac rebellione Saxonū. De morte Alexandri, subrogationeq; Gregorij. vij. & schismate, inter regnū & sacerdotiū orto. De virtutibus eiusdem sacerdotis, institutisq; salubribus. De pugna Saxonum & regis. CAPVT XXXIIII.

ANno ab incarnatione dñi. M. lvij. Henricus quartus Henrici filius admodū puer, patri in regnū succedēs. xci. ab Augusto regnare cœpit. Hic primo sub custodia matris suæ Agnetis imperatricis fuit, ipsaq; per aliquot tēpus prudenter ac strenue imperiū rexit, postmodum cōsilio quorundā, matri alienatus, per se regnauit, quod seminariū maximæ dissensionis fuit. Porro nobilissima impatrix, mutationis rerum intuitu, ad monasteriū Fruteriā religiose viuēs se cōtulit, ac inde Romā veniens, & p aliq̄d tēpus ibidē manēs, vita decessit, & in eccl'ia beatę Petronellę honorifice in tūba marmorea sepulta est. His diebus Alexander primo Lucensis epus, post cōmuni voto & electione in summū pontificē promotus, ecclesiam iam diu ancillatā in pristinā reduxit libertatē, Carolumq; Parmensem episcopū, armata manu, sedē Romanā occupare volentē, constantissime repressit. Vnde de ipso in palatio Lateranēsi scriptū repperi. Regnat Alexāder, Carolus cadit, & superat. Itaq; cum vt sępe dixi, diadema regni a sacerdotali gladio feriēdū foret, in seip̄m diuidit, Saxonibusq; rebellionē machinātibus, cōspiratioēs fiunt, detractiones in principē dictant, multaq; inhonesta de ipso ad aures summi pōtificis referunt. Deinde missis a rege Annone Colonienſi, Hermāno Babenbergensi, p iusticia regni Romā epis, peracta legatione reuertētes, literas summi pōtificis reportant, regē ad satisfactionē p simonia, alijsq; multis, quæ ei obiecta fuerāt, inuitātes. Ea tē pestate Saxones conceptā diu corde malitiā, amplius celare nō valentes, manifeste regi rebellant, castellaq; ac munitiones quas ibidē fecerat, dissipant. Anno sequēti Alexander vita & sacerdotio perfunctus decessit, sedēq; Hiltiprando archidiacono suo, qui Gregorij⁹. vij. dictus est, reliqt. Exhinc schisma grauissimū, eo q̄ absq; cōsensu regis p electionē cōstitutus fuerat, orit. Ipse aūt qui p multū tpis ad libertatē ecclesię obtinendā priuatus laborauerat, iam ad sacerdotalem dignitatē prouectus, a cœpto desistere indignū ducēs, tam ob hoc, q̄; p simonia extirpanda, ac incōtinentia clericoꝝ reprimenda, plurimū desudabat. Denicq; non solum regem pro eiusmodi ad synodalia responsa crebro vocauit, sed & da

tis decretis, clericoꝝ a ſubdiaconatu, & ſupra connubia in toto orbe Romano cohibuit, formaq; gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonſtrauit. ac fortis per omnia atleta, murum ſe pro domo dñi ponere nō timuit. Rex vero ex omnibus regni viſceribꝰ cōtractis copijs, Saxones bello petit, cōmiſſoq; iuxta fluuiū Vnſtrot prælio, cæſiſq; ex vtraq; parte multis, cruenta tandē victoria regi ceſſit. Ceciderunt in hoc cōflictu Gebehardus pater Lotharij, qui poſtmodū rex fuit, Ernuſtus Marchio, Alberti cuius ſupra mentio habita eſt, filius, & alij innumerabiles.

De viſa cometa, & expugnatione Angliæ. De nuptijs regis, ſententiaq; in eum a ſummo pontifice data, depoſitis ſuper eum regibus, & in breui occiſis. CAPVT XXXV.

ANno ab incarnatione dñi. M.lxvi. ſtella quæ cometes dicit viſa, effectu non caruit. Eodem em̄ anno Guilhelmus Nortmanniæ comes, Britanniā maiorē, quæ nunc Anglia dicit, occiſo rege eius Heraldo expugnauit, totaq; in ſeruitutē redacta prouincia, ac Northmannis ibi poſitis, illo tēpore regnauit. Anno ſequēti rex Bertam Ottonis Italici Marchionis filiā vxorē accipiens, nuptias apud Triburias celebrauit. At Romanus pontifex regē ſæpe vocatū, excōmunicauit. eiuſq; vt dicit, conſilio & auctoritate Rudolfus Alemannoꝝ dux, a quibuſdam principibus rex creatur. Quo non multo poſt, in publico bello occiſo, atq; Hermanno Lotharingiæ principe ſibi ſubſtituto, & ipſe nō multo poſt a fidelibus regis occiditur. Lego, & relego Romanoꝝ regum & imperatoꝝ geſta, & nuſq; inuenio quenq; eoꝝ ante hūc a Romano pontifice excōmunicatū, vel regno priuatū. niſi forte quis pro anathemate habendū ducat, q; Philippus ad breue tēpus a Romano eō, inter pœnitētes collocatus, & Theodoſius a beato Ambroſio propter cruentam cædem, a limi-nibus eccleſiæ ſequeſtratus ſit.

Excurſus qualiter intelligi poſſit quod in Daniele legit, lapidē excīſum de monte ſine manibus, ſtatuam in pedibus ex parte ferrei, ex parte fictiles erant percuſſiſſe. Mala tēporis illius, obitusq; Gregorij, & terminus libri. CAPVT XXXVI.

Daniel.2.

HIc quod ſupra diſtuli, ſoluendū puto, q; Romanū imperiū ferro in Daniele cōparatū, pedes ex parte ferreos, ex parte fictiles habuit. donec a lapide præciſo de monte ſine manibus, excīſum ſubruetur. Quid em̄ aliud ſine melioris ſentētiæ præiudicio, lapidē ſine manibus excīſum, q; eccleſiā capitis ſui corpus, ſine carnali cōmixtiōe ex ſpiritu ſancto cōceptū, & virgine natū, ipſam quoq; ſine humana operatione, & ex ſpiritu & aqua regeneratā dixerim? Quæ virgo ſpecioſa, quia ſine macula, in nouū hominē tanq; iuuencula regenerata, ideoq; ſine ruga, ſic quotidie virgo manens, nouū ac ſpecioſum parit populū, ſicut mater capitis eius virgo manens, contra legē naturæ nouū, ac ſpecioſum edidit partū, ſic de virginitate gaudēs, vt tamē ſterilis nō maneat. Hoc nimirū regnū circa finē ſuū, quē pedes ſignificant, ferreum propter Martē, fictile propter conditionē, in ea parte quæ infirmior fuit, percuſſit. dum regē orbis nō tanq; orbis dñm vereri, ſed tanq; de limo per humanam conditionē factū fictilem, gladio anathematis ferire decuit. Ipſa vero quæ

antea parua fuit, & humilis, in quantū montē excreuerit, ab omnibus iā videri poteſt. Quanta aūt mala, q̄t bella, bellorūq; diſcrimina inde ſubſecuta ſint, quoties miſera Roma obſeſſa, capta, vaſtata, q; papa ſuper papā, ſicut rex ſuper regem poſitus fuerit, tedet memorare. Deniq; tot mala, tot ſchiſmata, tot tam animarū, q; corporꝝ pericula, huius tempeſtatis turbo inuoluit, vt ſolus ex perſecutionis immanitate, ac tēporis diuturnitate, ad humanæ miſeriæ infœlicitatem ſufficeret cōprobandā. Vnde a quodā eccleſiaſtico ſcriptore, denſiſſimis Aegypti tenebris cōparat. Prædictus em̄ pōtifex Gregorius, a rege vrbe pellitur, Gibertusq; Rauēnatenſis eps in locū eius ſubtrudit. Porro Gregorius Salerni manens, appropinquante vocationis ſuæ tēpore, dixiſſe fertur. Dilexi iuſticiam, & odiui iniquitatē, ꝓpterea morior in exilio. Quia ergo in principe ſuo regnū ab eccleſia præciſum grauiter percuſſum fuit, eccleſia quoq; tāto paſtore, qui inter omnes ſacerdotes, & Romanos pontifices præcipui ſeli, ac auctoritatis erat, orbata, dolorē nō modicū habuit. Tanta mutatione, tanq; a pfectione ad defectū vergente tēpore, Sexto operi finē imponamus, vt ad ſeptenariū, requiemq; animarū, quæ miſeriā præſentis vitæ ſubſequit, deo ductore properemus. Pſal.44.

PROLOGVS IN SEPTIMVM LIBRVM.

OMnis homo ad hoc rationis capax eſt, vt auctorē ſuū deum cognoſcat, factaq; ſua cæco corde nō tranſeat, ſurdis auribus non audiat. Deniq; ad hoc hominē creatū eſſe, forma quoq; corporis nō in modum cæteroꝝ animantiū accliuis, ſed cœlū reſpiciendo ſublimis, probat. Interior etiā homo ad imaginē creatoris ſui factus, materiā inueſtigādę veritatis nō ſolū in creaturis alijs pulchris & magnis foris accipit, ſed & ī ſeipo eo q; lumen vultus dñi ſuper ſe ſignatū habeat, intus inuenit. Proinde nō iuxta quoſdā deum negligere mundū, ſed potentiſſima maieſtate, quę nō erant, creaſſe, ſapientiſſima prouidentia creata gubernare, benigniſſima gratia gubernata conſeruare, ex hoc liquido datur intelligi, q; quilibet ſapiens, & bonus propria benefacta diligit, & amplectit. Quod ſi homo id mutabilitati ſubiacens, participatione, immo denominatione ſapientiæ ſapiens, participatione immo denominatione bonitatis bonus, facere nouit. quanto magis deus ſolus īmutabilis, ſolus ſua ſapiētia ſapiens, ſolus bonus ſua bonitate, & idcirco ſolus bonus facere credēdus eſt. Vnde eſt illud Auguſtini. Duo ſunt propter quę deus amat creaturā ſuam, vt ſit, & vt maneat. Vt eſſet quod maneret, ſpiritus dñi ferebat ſup aquas. Vt autē maneret, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si ergo deus quæ fecit diligit, nihilq; eorū quæ fiunt, ſine eius nutu fieri poſſunt, ſi poteſtates oēs ordinat, multo magis regna, per quæ alia minora diſponit, eorūq; mutationes fieri permittit. Quod ſine odio, ſine inuidia prouenire, nō ſolū ex hoc q; ab optimo iuxta Platonē, longe inuidia relegatur, ſed & per hoc q; auctor, & creator omniū, nihil eorū quę fecit, odire poteſt, innuitur. Vnde in libro Sapiētiæ pulchre de ipſo dicit. Miſereris omniū dñe, & nihil odiſti eorū quę fecisti. Et rurſum. Tu autē dñe cū tranquillitate iudicas oīa. Q; igit mūdus trāſit, q; tam miſerabiliter variat, cū ſine nutu eius (vt dixi) fieri nō poſſit. nō crudeliter, quia miſeretur omnium. non ex odio, quia nihil eorum odit quæ fecit. non extra, quia cū tranquillitate iudicat. ſed iuſto eius iudicio, cauſaq;, quę & ſi nos

Quidius.1. Metamor.

Pſal.4.

Gen.1.

Ibidem.

Sapię.11.

lateat, vtilissima tamẽ creditur, cõtingit. Nullum eñ malum auctor bonitatis, & fons pietatis, fieri permittere credendus est, præter id quod q̃uis in seipso noceat, vniuersitati prodest. Quod in malo Iudaicæ gentis cõsiderari potest, quia
Ioan.1. illo excęcato populo, vniuersitas gentiũ lumen veritatis accepit. Sic & regnorũ mutationes, & ad vltimũ imminutiones, quis fructus sequat̃, quia non sine graui scandalo dicere possumus, deo, apud quẽ nihil inutiliter effluere potest, relinquamus. Non desunt tamen qui dicant, deũ ad hoc regnũ imminui voluisse, vt
ecclesiã exaltaret. Regni quippe viribus, ac beneficentia regum exaltatã, & dilatatam nemo ambigit ecclesiã, constatq; nõ prius eam in tantũ regnũ humiliare
aPs.cau sato. potuisse, q̃ ipso ob amorẽ sacerdotij euiscerato, ac viribus exhausto, nõ eius tantũ, i. spirituali, sed suo ꝓprio materiali scilicet gladio percussum destruer̃. q̃d iudicare, vel discutere supra nostras vires est. Videntur tamẽ culpandi sacerdotes p omnia, qui regnũ suo gladio, quẽ ipsi ex regũ habent gratia, ferire conanr̃, nisi
1. Regũ. 17 forte Dauid imitari cogitent, qui Philisteũ primo virtute dei strauit, postmodũ proprio gladio iugulauit. Verũ quia regno decrescente, ecclesia (vt dixi) brauiũ æternæ patriæ, ac post vitę præsentis laborẽ, requiẽ adeptura, in præsenti quoq; in magnũ montẽ crescens, in magna auctoritate stare cœpit, ea quæ sequuntur, præsertim cũ ad nostra tẽpora, recentẽq; memoriã ventum sit, tam defectu rerũ temporaliũ, q̃ profectu spiritaliũ, mundi contemptũ prodentia, in hoc opere dicenda restant. Nemo autẽ propter hæc verba nos christianũ imperiũ ab ecclesia separare putet, cũ duæ personę in ecclesia dei, sacerdotalis & regalis esse noscantur. memineritq; nos supra dixisse, a tẽpore Theodosij senioris, vsq; ad tẽpus nostrum, nõ iam de duabus ciuitatibus, ĩmo de vna pene, i. ecclesia, sed permixta, historiã texuisse. Quod temperamentũ propter hæreticos, vel excõmunicatos, ex regibus posuimus. Alios eñ christianã fidem, & si opere quę credunt non sequuntur, in ecclesia scd̃m præsentẽ statũ cõputandos esse, nemo qui sagenã dñi
Matth.13. malos & bonos cõtinere scit, dubitat. Nõ eñ discerni possunt in præsenti, ecclesia tantũ quæ manifesta sunt iudicante, deo solo, qui nouit qui sint eius, cuius vẽtilabrũ in manu eius, merita singulorũ pensante. Porro ecclesiã, ecclesiasticas personas, i. sacerdotes Christi, eorũq; sectatores, tam ex vsu locutionis, q̃ consideratione potioris partis diximus, non ignorantes q̃ & ipsi si reprobam vitam duxerint, ad ciuitatẽ dei in æternum non pertinebunt.

De electione Victoris, consecrationeq; eius, & morte. CAPVT I.

OEfuncto Salerni beatæ memorię summo pontifice Gregorio, ecclesiaq; in summo discrimine posita, eo q̃ Gibertus auctoritate imperatoris Romanã sedem, & vrbem occupasset, abbatẽ Cassinensem, cardinalem Desyderiũ, qui & Victor, inuitum pauci de Romanis ad culmen sacerdotij summi trahunt. corruptisq; pecunia Leoninæ vrbis custodibus, ob metũ schismatis, nocte conse-
crandũ in ecclesiã beati Petri inducũt. Vbi profluuio ventris correptus, moxq; vrbem egressus, rebus humanis in breui excessit, ac Ottoni Hostiensi episcopo qui & Vrbanus, ecclesiæ regimen reliquit.

De expeditione Hierosolymitana sub Vrbano, exitu, progressuq; ipsorũ. De captione Antiochiæ. CAPVT II.

EA tẽpestate, regnante adhuc Henrico quarto Romæ, Cõstantinopoli Alexio, vbiq; terrarũ iuxta euangeliũ, gens contra gentẽ surrexit, Lucæ.21. oriẽtalisq; ecclesia grauẽ a Paganis persecutionẽ passa fuit. Ciuitas etiã sancta a gẽtibus cõculcabat̃, sepulchrũ tantũ dñi ab eis quęstus dumtaxat gratia, in magna veneratione habebat̃. Itaq; christicolę qui miserabiliter illic sub tributo viuebãt, simul cũ Alexio Cõstantinopolitano imperatore, missis ad Vrbanũ papã epistolis, auxiliũ flagitabant. Qui super afflictione populi dei motus, laboriosa via in Galliã profectus est, habitoq; ibi concilio, verbo sanctæ prędicationis circiter centũ. M. hominũ ex diuersis nationibus in militiã Christi coadunauit, præfectis sibi ducibus Gotfrido Lotharingiensi, Roberto Flãdrensi, Regimundo comite de sancto Egidio, Hugone fratre Philippi regis Galliæ, aliisq; nobilibus, & viris bellatoribus, quorũ omniũ curam venerabili Podiensi epo cõmisit. Hæc fama cõmouit diuersos populos, & ignotos. s. ex Aquitania, atq; Northmãnia, Anglia, Scotia, Hybernia, Britannia, Galitia, Gaschonia, Gallia, Flandria, Lotharingia, Burgundia, cæterosq; populos non solũ terrã, sed & insulas maris, ac vltimũ oceanũ inhabitãtes. E quibus tã ignote & lingua, & moribus, & operibus visæ sunt gẽtes, vt alij tantũ pane & aqua, alij pro omnibus vtensilibus argento vti dicerent̃. Hi omnes e diuersis nationibus, & linguis in vnũ corpus adunati, crucẽ in vestibus portãtes, crucis Christi discipulos verbo, & opere se fore prędicabant, ac crucis virtute cõfisi, cõtra inimicos crucis in dño dimicaturi, iter Gotfrido duce, in orientẽ aggrediunt̃. Veri orientales Francos, Saxones, Turingos, Baioarios, & Alemãnos ꝓpter schisma quod eo tẽpore inter regnũ & sacerdotiũ fuit, hæc expeditio minus permouit. Fuere quidã tñ ex eis, qui falsa specie religionis, eandẽ militiã aggrederent̃, inter quos Emicho quidã comes de partibus Rheni, vsurpãs sibi ducatũ fere. xij. miliũ, Iudęos vbicũq; repperit, vel delere, vel ecclesię incorporare satagebat. In Pannonia itaq; incolis transitũ in arctis locis prohibẽtibus, ad ꝓpria redire cogunt̃. At Gotfridus, & cæteri prænominati ducis, deo propitio Bulgaria, q̃uis difficulter permeata, Cõstantinopolim peruenere, vbi multa de dolis Alexij imperatoris perpessi, dũ seditione orta, mortis periculũ euasissent, põte vrbis regię expugnato, suburbia eius destruxerũt. Inde recensitis absq; paruulis, & mulieribus. ccc. M. pugnatorũ, Niceã catholicæ fidei quondã turrẽ, deuenere, eãq; fugato principe paganorũ Solomanno, cepere, captãq; imperatori tradidere. Deinde progredientes, maritima Rutenorũ attingunt, vbi tanta vsi sunt rerũ humanarũ abundantia, vt aries uũmo, bos siclo, teste Roberto comite, venundaret̃. Principes quoq; seu reges Sarracenorũ occurrẽtes sibi, opitulãte deo oppresserũt. His elati successibus, Antiochiã Syriæ metropolim obsidione cingũt. Vbi p. ix. menses morantes, deficiẽte exercitu, ac exhaustis copijs, plurimũ humiliant̃. Dñs eñ do afflictionẽ populi sui aspiciẽs, vrbẽ cũ copijs Turcorũ, in manũ eorũ tradidit.

Legatio Sarracenorũ ad Gotfridum ducem, descriptioq; antiquæ, ac nouæ Babylonis. CAPVT III.

CIrca idem tempus Christianis in obsidione Antiochiæ morantibus cunctis oriẽtalibus populis terrore perculsis, Aegyptiorũ regis, qui vulgo Babyloniorũ putabat̃, legati ad Gotfridũ ducẽ veniunt, eiq; auxiliũ cõtra Turcos, qui tunc Hierosolymã cũ tota Palestina Sar-

racenis ablata tenebant, in dolo promittunt. Est em̃ antiquæ Babylonis, vt a p̃batis transmarinoꝝ viris cognouimus, pars adhuc habitabilis, Baldach dicta.
Hiere.51. pars, vt in p̃phetia habes, deserta, & inuia, per .x. miliaria vsq; ad turrim Babel extensa. Ipsa autẽ quę inhabitat̃, & Baldach vocat̃, maxima est, & populosa. & cũ de imperio debeat esse Persarũ, summo sacerdoti suo, quẽ ipsi Caliph dicũt, a regibus Persarũ concessa, vt & in hoc quædã habitudo, sicut sæpe iam dictũ est, inter Babyloniã & Romã eluceat, quia quod hic a christiano imp̃atore, summo nostro pontifici in vrbe Roma traditũ est, hoc ibi a paganis Persarũ regib⁹, quibus ex longo tẽpore Babylonia subiacuit, eorũ summo sacerdoti indultum
Iudith.1. est. Ipsi vero Persarũ reges, sicut & nostri vrbem regiã, velut Aquisgrani, Egbatani, quã Arphaxat in libro Iudith fundasse legit̃, lingua eoꝝ Hani dicta. c. vel amplius, vt volunt, pugnatoꝝ milia habentẽ, sedẽ regni cõstituerunt, nihil sibi de Babylone, præter nomẽ imperij reseruantes. Porro ea quæ nũc vulgo, vt dixi Babylonia vocat̃, nõ super Eufraten, vt illi putant, sed super Nilum circiter sex dietas ab Alexandria posita est, ip̃aq; est Memphis, a Cambyse filio Cyri olim Babylonia vocata, & ibi rex Aegyptioꝝ, cuius caput regni sui Alexandria sit, propter ortũ balsami morari dicit̃. Quod etiã ex hoc perpendi potest, quia cum in vtraq; christiani, sed sub tributo maneãt vrbe, Memphoꝝ episcopus, Alexãdrinoꝝ patriarchæ iure ecclesiastico subditus est. Quẽ nõ Assyrijs seu Babylonijs, sed Aegyptijs & Africanis ex prima institutione, & Nicei concilij auctoritate prælatum fuisse inuenimus.

Item legatio Gotfridi ad regem Babylonicũ, fraus Sarraceni, afflictioq; populi dei, victoriaq; subsequens, & post fames. expugnatio vrbis Hierusalem. CAPVT IIII.

TAq; præfati regis legatis duci Gotfrido præsentatis, lectissimi proceres Francoꝝ, sic em̃ omnes occidentales populos, ob antiquã gentis illius dignitatẽ, vt puto, & virtutẽ, oriẽtales appellare solent, Babyloniã destinant̃. Barbari ergo fortitudinẽ, proceritatẽ, habitũ, incessum, elegantiã viroꝝ mirantes, eos deos esse, nõ homines affirmabant. Proinde habito concilio, Babylonioꝝ rex ductis secũ Francoꝝ legatis, Hierusalẽ obsedit, præfatosq; heroas in mediũ ,p ducẽs, se cũ eis fœderatũ dicit. & sic eoꝝ potius q̃ suo terrore ciuitate in deditionẽ accepta, Turcis expulsis, Sarracenos ibi collocauit. Inter hæc christiani capta Antiochia, vt diximus, deũ nõ digne glorificãtes, tanta Sarracenoꝝ multitudine cinguntur, vt priorẽ vbertatẽ tam intolerabilis sequeret̃ fames, q; & ab humanis carnibus vix abstinerent. Itaq; cõtritionẽ populi sui misericors dñs clemẽter animaduertẽs, ac intuitu gratiæ suę considerans, lanceã sacrã, qua Christi filij sui latus in passione perforatũ legit̃, vsq; ad id tẽpus incognitã, superna reuelatione fidelibus suis mõstrauit. Cuius fiducia christiani, q̃uis fame attenuati egressi, Sarracenos non sua, sed virtute Christi fuderunt. Inde in Syriã profecti, Barram & Marrã vrbes ceperunt. Vbi morã facientes, tanta rursus famis inopia narrant̃ attriti, vt humana quoq; corpora iam fœtentia comederẽt. Post cõtra ciuitatẽ sanctã iam a Sarracenis inhabitatã, aciem dirigunt. Quã obsidione clausam, cũ capere nõ possent, habito cõsilio, humilitatis magistrũ imitantes, nudis eam pedibus circuire disponũt. Igit̃ octaua. i. ea qua diuisio apostoloꝝ celebratur die, ciuitas capitur, ac hostes qui

ibidem reperti sunt, tanta strage cedunt̃, vt in porticu Salomonis sanguis interfectorũ nostris ad genua vsq; attingeret equoꝝ. Et nota, q̃ pulchre post humiliatum populũ dei, precesq; ad dominũ fusas, octaua die ciuitas sancta a gentib⁹ conculcata, a nostris obtinetur. Sicut em̃ Hiericho sub obseruatione sabbati, a priore populo septimo die, sic & hic a christiano populo, octaua tanq; abolita lege, ac sabbato, resurrectionis die sequente, Hierusalẽ girata expugnatur. Ex hinc Hierusalem, & sepulchrum dñi a nostris possidetur.

Dolus item Babylonici regis, victoria nostroꝝ, reditus primatũ, ducatusq; Gotfridi super eos qui remanserant. CAPVT V

POrro Mempheoꝝ seu Alexandrinoꝝ rex, qui Babylonioꝝ Admiraldus a peregrinis vocat̃, apud Ascalonẽ manẽs, ducens secũ Francorũ legatos Antiochiã, eo quo & vrbem sanctã dolo capturus, iterflectit. Christiani vero relictis in vrbe sarcinis & infirmis, cõtra Sarracenos procinctũ mouent. Cũq; infinitã multitudinẽ hostiũ cõspexissent, fusis ad dñm precibus, audacter eos cũ paucissimis aggrediunt̃. Et mirum dictu, dei qui potest oĩa, virtute, cũ quinq; milibus equitũ, &. xv. milibus peditũ. c. milia equitũ, &. ccc. milia peditũ terga vertere cõpellunt, ac spolia multa diripiũt. Ceciderunt in hoc prælio ex Sarracenis plusq̃. c. M. gladio, duoq;. M. suffocata circa portã vrbis narrant̃, innumeri etiã submersi, seu spinis obruti ferunt̃. Peracta vero victoria, reuersis ad propria primoribus, Gotfridus ducatũ eoꝝ qui remãserant, strenuissime rexit. Hic etiã inter Francos Romanos, & Teutonicos, qui quibusdã amaris & inuidiosis iocis rixari solent, tanq; in termino vtriusq; gentis nutritus, vtriusq; linguæ scius, mediũ se interposuit, ac ad cõmanendũ multis modis iuformauit.

Quomodo Vrbanus electo Giberto, sedem receperit, ipseq; moriens Paschali eam reliquerit. CAPVT VI.

VErum Vrbanus a cõcilio Claremontensi regressus, auxilio eoꝝ q̃s ad Hierosolymitanũ iter accenderat, Gibertum ab vrbe excepto castro Crescẽtij eiecit, sedẽq; ,p priã recepit. Inde p Apuliã & Calabriã Siciliã, quas tũc Nortmãni inhabitabãt, ingressus, pecuniã magnã collegit. sicq; ad vrbẽ regrediẽs, corruptis eis qui castrũ Crescentij seruabãt, muneribus, Giberto tam vrbe q̃ castro expulso, libere tota potit̃ vrbe. Ipse vero nõ multo post rebus excedens humanis, Paschali cathedrã reliquit.

De morte Gotfridi, & regno fratris sui Balduini. De morte Giberti schismatici, Conradiq; imperatoris filij. De secunda transmarina expeditione, exituq; eius, ac martyrio Thiemonis epi. CAP. VII.

ANno ab incarnatione dñi. M. c. cũ ex omnibus mundi partibus ad Hierusalẽ terrestrẽ, cœlestis typũ gerentẽ, fideles orationis causa cõfluerent, multis ex corruptione aeris mortuis, Gotfridus quoq; gloriosissimus dux, infausta morte, post vnũ ducatus sui annũ raptus, in ecclesia iuxta sepulchrũ dñi humatur, eiq; frater eius Balduinus, auctoritate summi pontificis, regio noĩe sublimatus subrogat̃. Signa vero, ac prodigia, cœlo, terraq; circa hæc tẽpora visa, tam schisma regni, q̃ iter Hierosolymitanũ pos-

tendentia,ab alijs posita sufficiant.Eo tẽpore Gibertus moriens, horribili schis
mate tanꝯ densissimis Aegypti tenebris,finẽ imposuit. Anno sequẽti Cõradus
Henrici imperatoris filius christianissimus,cui pater Italiã cõmiserat,ix.exquo
a patre discesserat anno,ĩmatura morte prẽuentus,diem obijt, ac in ciuitate Flo
rentia Tusciæ,honorifice sepultus est. Eodẽ anno Guilhelmus comes Pictauiẽ
sis,& dux Aquitanię,Themo Iuuauiensis archiẽps,Guelfo Noricoꝝ dux,qui
in guerra cũ impatore Frisigensem & Augustensem destruxit vrbes, Itha Mar
chionissa Leopaldi Marchionis orientalis mater,Guilhelmus,Stephanus Ita
lici barones,cũ multis ex Aquitania,Germania,Italia,Hierosolymã,ꝑ Vriga
riam & Grẽciã pergunt, quos Alexius imaptor in arctis locis fraudulẽter expo
sitos,pene oẽs crudeliter extinxit, elegantioribus ex eis captis, & Mempheorũ
regi seu Admiraldo præsentatis.Quã historiã miserabiliter,ac luculenter in mo
dum tragœdiæ quidã ex his,qui se eidẽ expeditioni interfuisse testaꝫ, executus
est.Cõprehẽsus inter alios venerabilis præsul Thiemo,ad idololatriã,vt tradũt
a rege angariaꝫ.Ille inducias petẽs,phanũ ingressus, animi & corpis viribus ro
bustissimus,idola q̃ adorare debuit,nõ deos,sed opera manuũ ostendẽs,in frus
tra cõminuit, Ob ea productus,ac exquisitis supplicijs, & tormẽtoꝝ generib⁹
affectus,glorioso martyrio coronatus est. Quod ob fidẽ Christi passus sit, fide
lissima traditio habet. Quod autem idola cõminuit,ex hoc credere difficile est,
quia constat vniuersitatẽ Sarracenoꝝ vnius dei cultricẽ esse, librosq; legis, nec
nõ & circũcisionẽ recipere,Christũ etiã & apostolos, & apostolicos viros nõ im
probare.In hoc tantũ a salute lõge esse, ꝙ Iesum Christũ humano generi salutẽ
afferentẽ,deũ vel dei filiũ esse negat,Mahometq; seductorẽ, de quo supra dictũ
est,tanꝯ ꝓphetã magnũ summi dei veneraꝫ, & colit.Cuius seductionis,vt ipse
mentiꝫ, prędicatiõis tale apud eos tradiꝫ esse exordiũ.Initiũ euãgelij Mahumet
filij dei,ꝓphetæ altissimi.Lauamini,mũdi estote. Quod præceptũ prædicta gẽs
stolide seruans,secretiores corporis partes quotidie abluere solet.

De occisione Sigehardi,intestinisq; malis inter regem Henricũ,& fi lium eius. CAPVT VIII.

ANno ab incarnatiõe dñi.M.ciij.imperator Henricus natale dñi Mo
guntiæ celebrans, ibiq; Henrico filio suo rege post se designato, se
pulchrũ dñi se visurũ publice denuncians, multos ex diuersis parti
bus regni ab idẽ accendit. Anno dehinc ꝓximo natale dñi Ratispo
næ agens,orta seditione,Sigehardus comes a familia principũ, qui ministeria
les dicunt,eo ꝙ iustitiã eoꝝ infringere diceret,occisus est. Anno dehinc iterum
sequẽte natale dñi Moguntiæ imperatore celebrante,Henricus filius eius rebel
lationẽ cõtra patrẽ in Noricis partibus cõsilio Theobaldi Marchionis,& Berẽ
garij comitis,sub specie religionis,eo ꝙ pater eius a Romanis põtificibus excõ
municatus esset,molitur. ascitisq; sibi quibusdã ex oriẽtali Francia,Alemãnia,
Baioaria principibus, Saxoniã terrã, & gentẽ cõtra regnũ facile animandã in
greditur.Vbi honorifice susceptus,ac Pascha dñi Quintelinburg manens,vni
uersos gentis illius primates ad voluntatẽ suã inclinauit,habitoq; in villa regia
Northusen cẽpoꝝ cõuentu,præsidẽte Ruckardo Moguntino archiẽpo,qui a se
de ꝓpria iam per multũ tpis a rege pulsus fuerat,simoniã,aliaq; Romanæ eccle
siæ cõtraria cõdẽnauit,ac post Pentecosten Martinopoli ferians,Henricũ Mag

deburg electũ,sed a patris sui fidelibus repulsum,consecrari fecit.Inde collecto
milite,Moguntiã archiẽpm restituturus,iter flectit,sed patre cũ multis aduentũ
eius armata manu intra muros præstolante,votũ ad effectũ,ꝓducere nõ potuit.
Dehinc Herbipolim petens,Erlongo electo, Robertũ eidem præfecit ecclesiæ.
Quo pacto, dimissis Saxonibus, cũ Baioarijs castrũ Noricũ obsidione cingit, Castrũ No
ipsoq; per duos vel amplius menses expugnato, Ratisponã Norici ducatus me ricũ ipa est
tropolim adijt.Quem pater euestigio subsequens, Roberto fugato, Erlongum Norberga.
restituit.Inde progressus,Ratisponensiũ auxilio,filio vrbe fugato, ipse põtificẽ
ibi Vlricũ quendã cõstituit,ac Theobaldi marchiam per Boemos vastauit.

Qualiter post multa mala,ambo in ripa fluminis Regini armati cõuene
rint,paterq; ad vltimũ cedere cõpulsus sit. CAPVT IX.

HGitur regno in seipso miseraliter diuiso, ex omnibus eius viribus
coadunato milite,ferro,flãmaq; crudeliter vastata terra, in ripa Re
gini fluminis,vterq;.s.pater & filius consedit.Iam castra disponunt,
tam acies ordinantur, iam ad parricidiale scelus pater in filiũ, filius
in patrem a suis inflammaꝫ. Sed fluminis alueo nepharij conatus impediebant.
Videres lachrymabiles, ac miserabiles apparatus, cerneres mundũ contemptũ
sui,luce clarius effectibus suis prodentẽ, ꝙ videlicet cõtra legẽ naturæ filius
in patrẽ assurgeret,contra normã iusticiæ miles regem, seruus dñm impugnare
pararet,frater contra fratrẽ,consanguineus contra consanguineũ staret, ac pro
prij sanguinis consortis sanguinẽ fundere cogitaret. Nonne tam inauditũ, tam
inhumanũ hoc mundi factũ,ad contemptũ sui solũ nos prouocare posset: Nun
quid nõ ipse mundus,vel potius iuxta Augustinũ immũdus, sic amatores suos
falsis delectationibus pellectos decipit, hmõi cõmercia inhærentibus sibi tri
buit,ac ad vltimũ transeundo,ad interitũ trahit: Hæc sunt iuxta Paulum,tẽpo
ra nouissima,& ideo periculosa,in quibus homines quæ sua,nõ quæ Iesu Chri Philip. 2.
sti quærentes,& ideo seipsos amantes, scelerati sine affectione, parentibus ino
bedientes effecti,ad ausus nepharios,factaq; nephandissima,per diuersa volun
tatũ suarũ flagitia volutati rapiunt. Et nota,ꝙ hæc nostra tẽpora, quæ vtiq; no
uissima credunt,tanꝯ prioribus sceleribus finẽ impositura, ac velut mundi ter
minum ex flagitioꝝ immanitate minantia, & ex oppositio regnũ Christi appro
pinquaturũ prodentia,sicut quosdã dixi sceleratissimos,ac mũdi amatores aui
dissimos, sic alios ẓelo dei feruentissimos, ac cœlesti desyderio plenissimos ha
bent,vt sicut hos nequitiæ spiritus iam modicũ tẽpus habẽs,& ob hoc amplius
inardescens,amplius ad vitia inflammat,sic istos dulcedo regni cœlestis, quasi
iam in ianuis posita,ad amorẽ suũ magis alliciat. Vnde circa hęc tẽpora dum re
gnum Romanoꝝ nõ solũ ciuiliter, sed & parricidialiter libidine dominandi di
uiditur.Alij cõtemptis suis pro Christo, ac militiæ cingulũ se non sine causa ge
stare cõsiderantes,Hierusalẽ tendunt,ibiq; nouũ militiæ genus exorsi, sic arma
contra inimicos crucis Christi gestant, vt crucis Christi mortificationẽ iugiter
in suo corpore portantes,vita & cõuersatione nõ milites,sed monachi videanꝫ.
Rigor etiã tam in monasterio, q̃ in clericali ordine exhinc vsq; in præsentẽ diẽ
amplius cœpit crescere,vt iusto dei iudicio ciuibus mũdi in sordibus magis sor
descentibus,ciues sui ad summã virtutũ ꝓ eius gratiã magis ac magis ꝓficiant.
Sed iam ad historiã reuertamur.Igitur dum in ripa fluminis prædicti vterq; cõ

sediſſet exercitus,ac quibuſdã in ipſo flumine ſibi inuicẽ occurrentibus occiſis, Henricus iunior omnes vires patris in duce Boemiæ Beroe,ac Marchione Leopaldo,cuius sororẽ præfatus dux habuit,fore conſiderans, ipſos multis modis promiſſa sorore ſua, quæ tunc nuper a Friderico Sueuoꝝ duce viduata fuerat, in vxorẽ Marchioni inductos,ambobus vt patrẽ relinquerẽt perſuaſit. Quibus recedentibus,imperator cedere cõpellitur,& exhinc vires eius imminui,iunioriſq; creſcere cœperunt.Rotardus tunc Moguntinus archiepiſcopus, ſedi ſuę p iuniorem Henricũ.viij.exquo pulſus eſt anno reſtituitur.

De curia quæ ad deciſionẽ litis indicta eſt. De victoria Balduini regis, ac perfidia Alexij imperatoris. CAPVT X.

NOn multo poſt filius patrem in opido Rhenibinge alloquens, ad obedientiam Romanæ fidei de anathematis vinculo exhibendam hortatur. Pater vero conuentũ pro hac re principũ coadunari rogat, ſicq; ad petitionẽ ſuam curia Moguntiæ in proximo natali dñi celebranda,cunctis regni primoribus indicitur.Circa idem tempus Balduinus rex Aſcalonẽ obſidione cinctam,tributariã fecit.Cõmiſſo etiã cũ Sarracenis prælio cum paucis,i.quattuor milibus diuina magis,q̃ humana virtute,vno principe eorũ capto, altero occiſo,l. milia fudit. At Alexius imperator perfidiſſimus, iã diu conceptã corde maliciã,celare amplius non valens,cum Turcis,qui iã pene deſperati erant, turpiſſime fœderat.eiſq; Niceam multo noſtroꝝ ſanguine acquiſitã, impijſſime tradidit. Vide tempora periculoſa ,duobus imperatoribus, orientis videlicet & occidentis deo contrarijs.

Qualiter curia celebrata,pater regalia remiſerit, filiuſq; in regnum ſublimatus ſit. CAPVT XI.

ANno ab incarnatione dñi.M.cvi. in natali dñi maximus conuentus principũ Moguntiæ factus eſt, vbi ſuperuenientes apoſtolicæ ſedis legati,anathema a Romanis põtificibus in imperatorẽ factum,manifeſte omnibus qui aderant, promulgabant. Ea propter dũ ipſe in quodam caſtro poſitus,ac cuſtodiæ mancipatus,audientiam peteret,principes ſeditionẽ vulgi timentes,ei apud Inglinheim occurrunt,ibiq; multis modis cõmonitũ,vel iuxta alios circũuentũ,ac coactum inſignia regni reſignare,ac filio mittere.xliij.regni ſui poſt mortẽ patris, imperij.v.anno, ad quod tamẽ potẽter magis q̃ iuſte a Guiberto capta vrbe ſublimatus fuerat,pſuadent. Quæ omnia vtrum licite,an ſecus acta ſint,nos nõ diſcernimus. Sunt tamẽ qui credant ei ad probationẽ,nõ ad damnationẽ hanc tentationẽ circa finem ſuum contigiſſe. affirmantq; ipſum elemoſynis, ac multis miſericordiæ operibus a dño meruiſſe, vt exceſſus eius,laſciuaq; ex faſtigio regni cõuerſatio,hoc modo in præſenti puniretur.Reuerſi ad filium optimates,imperialia deferunt,.eumq; primo a patre electum,per impoſitionẽ manus apoſtolicæ ſedis legatoꝝ,cũctorũq; electione, xcv.ab Auguſto regem creant, Anno vt dixi,dñicæ incarnationis.M.cvi. Huc uſq; tam ex Oroſij, q̃ Euſebij, & eoꝝ qui poſt ipſos vſq; ad nos ſcripſerunt, libris lecta poſuimus.Cæterũ quæ ſequunt,quia recentis memoriæ ſunt,a probabilibis viris tradita,vel a nobis ipſis viſa,& audita ponemus.

Hucuſq; Euſebius.

Qualiter pater adhuc in Belgas tranſiẽs,a quibuſdã receptus, querelas fecit,& poſt pugnã cõmiſſam Leodij mortuus ſit. CA. XII.

RElignatis ab imperatore regalibus,ipſe iam ex rege opulentiſſimo, ac potentiſſimo,miſerabile mortalibus relinquens exemplũ, egens factus,ad inferiores partes Rheni in Belgas ſe cõtulit. ibiq; a Coloniẽſibus nõ vt exul,ſed vt rex regio apparatu ſuſceptus eſt.Hęc ciuitas in Belgica Gallia ſuper Rhenũ poſita,omnibus Galliæ,ac Germaniæ vribus,exquo Treueris labi cœpit,tam diuitijs,q̃ ædificijs,magnitudine ac decore ſui præferenda cognoſcitur.Inde Leodiũ digreſſus,ab eiſq; faſtigio regali ſuſceptus,omnibus ſe fraude circũuentũ,ſe ad reddenda regalia vi coactũ,quibus potuit in regno ſuo, ſeu alijs regnis poſitis declamauit. Extat de hoc inter cæteras eius epiſtolas, ad regem Celticæ,qui Francoꝝ dicit̃,ſeu Aquitaniæ ducem epiſtola miſſa, quæ miſeriarũ eius tragœdiã cõtinens, faxeas quoq; mẽtes ad mutabiliũ rerũ erumnas cõtemplandas,ac deplorandas emollire poſſet,quę ſic incipit.Princeps chariſſime,& omniũ in quibus poſt deũ ſperamus,amicoꝝ noſtroꝝ fidiſſime, primũ & præcipuũ inter vos omnes excepi, cui conqueri,& deplorare calamitates, & omnes miſerias meas neceſſariũ duxi, & etiã genubꝰ veſtris aduoluí,ſi liceret ſalua maieſtate imperij.Filiꝰitaq; iã rex factus collecto milite patrẽ ſubſeq̃ns, circa Moſam cõſedit.vbi ab Henrico duce Belgarũ,alijsq; patris ſui fidelibus,ſuper pontẽ Moſæ, in loco qui Guegeſar dicit̃,bello tentatus,cedere cõpellitur. Non multo poſt,ipſo ad ſuperiores Rheni partes redeunte,ac rurſum militem reſtaurãte,pater Leodij moritur,ſicq; inteſtino hoc malo terminato,pacis negocia tractantur.

Coloniæ laus.

De obſidione Coloniæ,reſtitutione epiſcoporꝝ, ac expeditione contra Vngaros. CAPVT XIII.

HEnricus quintus patre mortuo, libere regnans, Coloniã Agrippinã obſidione cingit,eamq; tandẽ multæ pecuniæ pactione accepta, ad deditionẽ coegit. omnibusq; in Gallia,ſeu Germania rite cõpoſitis epiſcopos etiã qui in ſchiſmate propꝛijs ſedibus pulſi fuerant, reſtituit.Inter quos venerabilis Iuuanienſis eccleſiæ archiepiſcopus Conradus,qui hactenus in eccleſia dei florere fructuoſo labore noſcit̃,ad ſedem, quã poſt mortem fœlicis memoriæ matris Themonis Berchtoldus quidã cõceſſione ſenioris inuaſerat,miſſus eſt.Eo tẽpore Colomannus Vngaroꝝ rex, fratrẽ ſuũ Almũ de conſortio regni ſuſpectũ habens,perſequit̃. Qui profugus ad regem Henricum veniens,iniuriãq; ſuã deplorans,auxilium eius impetrat. Itaq; condicta rex expeditione,Vngaros bello petit,ſed caſtro quod Poſoniũ dicit̃, inconſulte ſe occupans,parum proficere potuit,ſicq; infecto negocio,ad propria redijt.

alʒ Bertalfus.

De Colomãno Vngaroꝝ rege alʒ Boſan.

De magna expeditione Italica, captione ſummi pontificis, ac cæde Romanorum. CAPVT XIIII.

ANno abhinc.iij.ex omnibus regni viſceribus infinito cõtracto exercitu,Romã iturus,p̃ montẽ Iouis Pyreneũ tranſit, ac in plano Italię reſidẽs,iuxta Padũ militẽ recẽſuit, in comitatu eius.xxx.M.equitũ electoꝝ,exceptis his qui ex Italia ad eũ cõfluxerãt.tantũq; caſtroꝝ ambitũ,qui adhuc ſuperſtites ſunt,fuiſſe tradũt,vt viſu vix penetrari potuiſſet.

In plano ergo Italię castrametantes, vnusquisq; militũ ante papilionẽ suũ lumẽ noctu accendit. Quod ad humanæ ostentationẽ gloriæ factum, quantũ spectaculũ indigenis in tam amplo ambitu præbuerit, dicere non oportet. Inde castra mouens, Apenninũ transcendit, opidũq; quod Pons tremulus vocaf, natura locorũ, ac altissimis turribus munitissimũ transitũ prohibẽs, expugnauit & cepit. Post hoc per Tusciã iter agens, Ariciã in robore mœniũ, ac altitudine turriũ cõfidentẽ, eo q; ciues eius vrbis, ecclesiã S. Donati extra muros, ne sedes episcopalis ibi haberef, destruxissent, ad solũ vsq; prostrauit. Verũ Nouariã Liguriæ ciuitatẽ, dum per Lõgobardiã pergeret, ceperat, ac igne cremauerat. Multis ergo tam in vlteriore, q; in citeriore Italia, quæ modo Longobardia & Tuscia vocaf fortiter gestis, ad vrbẽ pgredif. Ibi a Paschali papa, cum clero & populo Romano in vrbe Leonina, ante fores beati Petri, cũ crucibus & thuribulis, aliisq; ecclesiasticis seu forensibus ornamẽtis stante, & aduentũ eius præstolante, cũ maximo tripudio suscipif. Ipse autẽ prefatũ põtificẽ consilio quorundã sceleratorũ magna tamẽ reuerentia captiuauit, ac Vlrico Aquileiensiũ patriarchę custodiendũ cõmisit, sicq; tumultu orto, ac omnibus preciosis rebus ad decorẽ, & regale fastigiũ expositis, immaniter distractis, in luctũ versum est gaudiũ. Occasio autẽ sceleris huius hæc fuit, q; rege Romã tendente, inter ipsum & papã conuentio facta, ab obsidibus firmata narraf, vt scilicet rex inuestituras episcoporũ remitteret, & papa ipsis regalia eorũ resignaret. Itaq; dũ Romã venisset, ac a põtifice promissa sibi persolui exegisset, papa eo q; reclamantibus epis, ea quæ petebanf adimplere nõ posset, tanq; innocens, cũ per oĩa esset innocens, custodiæ mancipatur. Videns hoc venerabilis Iuuaniensis ecclesiæ archiepus Conradus, qui cũ rege venerat, zelo æquitatis vicem dei dolens, factũ hoc improbauit. Cui dum quidã ex ministris regis Henricus cognomento Caput, euaginato gladio mortẽ interminaref, tanq; pro iusticia mori optans, iugulum præbuit, malens si minas ille ad effectũ perducere voluisset, tẽporalẽ vitã finire, q; tanti piaculi sceIus dissimulare. Populus etiã Romanus cũ infinita erumpens multitudine, Tyberim transeunt, ac regẽ pene ex improuiso, multis de exercitu in vrbe, siue in agro manentibus, ante gradus ecclesiæ S. Petri inuadũt. Rex ergo vt erat armis experientissimus, cũ paucis quos ibi habebat, in hostẽ ruit, diutissimeq; ac acerrime suis iam aduentantibus pugnans, occisis multis, cæteros in fugam vertit. Romani fuga in ponte iuxta castrũ Crescentij coartati, Tyberi se cõmittũt, pluresq; aquis, q; gladijs perisse narranf. Rex tã crudeli facto perpetrato, angustias portarũ suspectas habens, muros vrbis rupit, egressusq; papã captiuũ secũ duxit. Huius maximi sceleris auctor fuisse dicif Albertus, natione Lotharingus, qui postmodũ factus est Moguntiæ archiepiscopus, tũc vero regis cancellarius & primus inter primos eius præcordialis cõsiliarius. Quẽ tñ post reditũ rex captiuatũ, & in carcere positũ, diuersis tormentis, & incredibili famis inedia afflixit, ipsumq; de amicissimo inimicissimũ, ac regni sui pestiferũ hostem, diuino iudicio vsq; ad vitę terminũ sensit. Sed hæc hactenus. Igitur per aliquot tẽporis sacrilego ausu tento summo pontifice, cõuentione facta, rex a ciuibus reuocaf, & per conditionẽ dimisso summo pontifice, ac extorto ab eo per vim de inuestitura eorũ priuilegio, in vrbem ingredif. Tunc quasi pœnitentia ductus, ciues, ac põtificẽ muneribus cõciliat, ab eoq; coronatus, fauore omniũ imperatoris & Augusti nomẽ sortif. Anno ab incarnatiõe dñi. M.cxi. anno vero regni eius post resi-

gnata a patre eius imperialia, v. hoc priuilegiũ, q̃d a Romano põtifice minis extortũ sit, postmodũ synodo cõgregata eorũ, auctoritas tanq; prauilegiũ reprobauit.

De captione Reginaldi, nuptijs imperatoris, schismate regni, anathemate cõtra imperatorẽ dato. De Burdino, & terremotu, egressione Vngarorũ, vltioneq; nostrorũ. CAPVT XV.

Imperator ab vrbe regrediens, ad transalpina reuertif. ergo nõ tantũ finitimis locis, sed & cæteris gentibus ob eius metũ trepidantibus, cunctis ad imperiũ & volũtatẽ suã inclinatis, Belgas ingressus, Reginaldũ comitẽ hostẽ iudicans, bello petijt. Quẽ in castro Barra, in termino regni sito, obsidione clausum, ad vltimũ cũ expugnato castro in deditionẽ accepit, & captiuũ abduxit. Post hoc Moguntiæ regio apparatu coniuncta sibi filia Henrici regis Anglorũ Mathilda, magnifice nuptias celebrauit. In ipa nuptiarũ solẽnitate Lotharius dux Saxonũ, nudis pedibus sago indutus, corã omnibus ad pedes eius venit, seq; sibi tradidit. Tantus emẽ vsq; ad id tẽporis timor principes inuaserat, vt nullus rebellare auderet, vel rebellans cũ maximo damno sui, vel etiã vitæ detrimento, in gratiã eius nõ rediret. Verũ in hac curia, quia pene omnes principes regni confluxerant, conspirationes fiunt, ac exhinc nõ solum occulta consilia, sed & publica cõtra eum machinamenta disponunf. Hinc iterũ miserũ imperiũ, quod per paucos vix quieuerat annos, scindif, actã in transalpinis q; in cisalpinis regionibus intra se colliditur. Hinc etiã publica bella cũ magna sanguinis effusione, tam presente imperatore, q; in Italiam migrante, rerũq; summã sororijs suis Conrado & Friderico cõmittente, peragunf. Sentẽtia q̃q; excõmunicatiõis a Calixto, qui Paschali, & Gelasio successit, suadente Alberto Moguntino, Friderico Colonien si, Conrado Iuuaniensi, in eum datur, iterũq; schismate renouato, totũ imperiũ perturbaf. Ipse autẽ pcinctũ contra vrbẽ mouens, Burdinũ Hispanũ epm Romano sedi violenter imposuit, qui nõ multo post apud Sutriũ recedente imperatore, a Romanis captus, apud Cluam custodiæ mancipaf. Circa idẽ tẽpus terremotus horribilis, opida, templa, villas, mõtesq; plurimos, sicut vsq; hodie in valle Tridẽtina apparet, subuertit. Ea q̃q; tẽpestate Stephanus Vngarorũ rex, Colomãni filius, cũ magna multitudine fines regni clanculo inuasit, ac vastatis terminis, manubias abduxit. Quẽ illustris vir Leopaldus Marchio adiuncto sibi duce Boemorũ, subsecutus, vsq; ad claustra terræ progredif. captoq; ac succẽso castro, quod ferreũ vocaf, & cuncta in circuitu ferro, igneq; vastata terra, sine damno ad propria reuertitur.

De pace reformata sub Calixto, & victoria imperatoris. De Vangionibus. De tributo indicto, morteq; imperatoris. CAPVT XVI.

Igitur Romano imperio multis modis in se attrito, impator propter anathema deficere a se regnũ videns, patrisq; metuẽs exemplũ, congregato iuxta Vormatiã maximo principũ cõuentu, inuestituraã episcoporũ apostolicæ sedis Lamperto, qui postmodũ summus põtifex factus, Honorius est dictus, resignauit, per eumq; ab anathematis vinculo absolutus est. Priuilegiũ ergo de hoc ecclesie scribif, ac ipsi rursum vt electi tam cisalpini, q; trãsalpini nõ prius ordinenf episcopi, q; regalia de manu eius p sceptrũ suscipiant, scripto confirmaf. Hoc pro bono pacis sibi soli, & non successoribus

De exaltatiõe eccl'iæ sub Henrico quinto.

NOTA

datum dicunt Romani. Exhinc ecclesia libertati ad plenum restituta, paceq; ad integrũ reformata, in magnũ montẽ creuisse sub Calixto papa secũdo inuenit. Vnde de ipso Romæ scriptũ est. Ecce Calixtus honor patriæ, decus imperiale, Burdinũ nequã damnat, pacẽq; reformat. Post imperator in Celticã cũ exercitu profecturus, Metis vsq; progredit, ibi dum Vangiones a se defecisse, ac palatiũ suũ extra muros positũ, cõperit destruxisse, iter reflexit, vrbemq; obsidione cinxit. Dum autẽ ciues quadã die incaute erumperent, & cũ Augusto pugnare cogitarent, a muris callide prouocati, plurimis occisis, ac p fuga paucis elapsis, cẽteri capiunt. Qui ad refrenandã alioꝝ insolentiã, alĩ narib⁹ mutilati, alĩ luminibus orbati dimittunt. & sic demũ infinitæ pactione pecunię in gratiã imperatoris redierũt. Omnibus itaq; bene cõpositis, consilio generi sui regis Angloꝝ, totũ regnũ vectigale facere volens, multũ in se optimatũ odiũ cõtraxit. Hui⁹ rei gratia, dũ inferiores Rheni partes circuire parat, in Traiecto Fresię vrbe morbo correptus. xix. regni anno, imperĩ vero. xiiĩ. diem vltimum clausit, ac per Coloniam Agrippinã deportatus, in ciuitate Galliæ Spira, iuxta patrẽ, auum, proauum imperatores cultu regio sepelitur.

De imperio regis Lotharĩ, rebellioneq; ducũ Friderici, & Cõradi, qualiter Cõradus a Mediolanẽsibus susceptus, in regẽ sit vnctus. CAP. XVII.

ANno ab incarnatione dñi. M. cxxv. defuncto absq; hærede Henrico quinto, principes Moguntiæ cõueniunt, ibiq; habito de successore consilio, quattuor regni optimates, Lotharius dux Saxonũ, Fridericus dux Sueuoꝝ, Leopaldus Marchio oriẽtalis, Carolus comes Flãdriæ, ad regnũ designant. Tandẽ Lotharius natiõe Saxo, patre Gebehardo, voto omniũ, renitens valde, ac reclamans, ad regnũ tractus, sub psentia sedis apostolicæ legati, xciĩ. ab Augusto regnauit. Hic p oĩa progeniẽ imperatoris Henrici humiliauit, vt plane dei iudicio iusto, sicut in libro Regũ habes, ex peccatis, ac puaricatione patrũ, semen ipsoꝝ affligi videret. Vnde grauis dissensio regni in multos annos ptracta, plurimos in anima & corpore periclitari fecit. Prædicti em̃ Fridericus & Cõradus iuuenes, sororĩ Henrici imperatoris, dũ se videret oppressi, inquantũ poterãt, reniti conabant. Ob quã causam a summo põtifice Honorio, qui Calixto successerat, excõmunicant. Porro Cõradus a fratre, ac quibusdam alĩs rex creatus, Pireneũ per iugum septimi mõtis, qua Rhenus & Aenus flnuĩ oriunt, transcendit. vbi a Mediolanensibus, qui tũc Cumanũ bellũ per. x. annos pro afflictione populi vtriusq; ciuitatis miserrime protractũ, capta ac deleta vrbe, prospere cõsumarũt, honorifice suscipit, ac ab eoꝝ archiepo Anselmo Modoyci sede, Italici regni in regem vngitur. Pro his alĩsq; præfatus epũs a summo pontifice deponitur, & alter in locum eius subrogatur.

De schismate Romanæ ecclesiæ, q̃liter Innocẽtius Gallias ingressus, cõcilĩs celebratis, regẽ ad defensionẽ Romanæ ecclesię inuitauerit. De expeditione eius in Italiã, ac sublimatione eius imperatoria. CAP. XVIII.

NOn multo post Honorio mortuo, grauissimũ schisma in ecclesia dei oritur, Innocentio canonice lecto, sed Petro Petrileonis filio, violentia amicoꝝ suorũ, qui fortissimi in vrbe erant, fauente sibi Rogerio Siculo intruso. Cui dum Innocẽtius resistere nõ valeret, vrbe cedit,

transcensisq; alpibus Galliàs ingreditur. vbi in regno Gallici regis in ciuitate, apud clarũ montẽ concilĩ celebrans, nũcios Lotharĩj, Conradũ Iuuauiensem Eribertũ Monasteriensem episcopos, obuios habuit. Indeq; profectus apud Leodium Belgicę vrbem, synodũ episcoporꝝ cõuocans, regem Lotharĩũ ad defensionẽ sanctę Romanę ecclesię inuitauit. Qui nil cunctatus, expositio tamẽ prius modeste, inquantũ regnum amore ecclesiarũ attenuatũ, inuestiturã eorũ quãto sibi dispendio remiserit, auxiliũ Romanę ecclesiæ promittit. Reuersoq; in Italiã summo pontifice, sequenti anno militẽ instaurat. exercitũq;, sed propter discordiam regni paruũ, per vallẽ Tridentinã in Italiam duxit, in multis locis tã amore Cõradi, cẽ respectu paucitatis suę, ab incolis terræ subsannatus, & despectus. Verum paulo ante Conradus, qui a Mediolanensibus rex cõstitutus fuerat, pene omnibus suis amissis, periculose ad patriã repedauerat. Rex autẽ plus mente cẽ milite confidentiam gerens, ad vrbem vsq; progreditur, ibiq; qualibus potuit, cum paucis strenue peractis, in ecclesia. S. Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, a summo pontifice Innocentio coronatus, imperatoris & Augusti adeptus est nomen. Nempe ecclesiam beatri Petri, vbi mos coronari erat imperatoribus, Petrus eo tempore occupauerat.

Qualiter duo fratres in gratiam regis venerint. De duce Polonorũ, rege Datiæ. De secunda expeditione imperatoris, gestisq; fortibus. CAPVT XIX.

IMperator ab vrbe rediens, Germaniã ingreditur. nõ multo post generalem curiam Babenberg circa mediã quadragesimã celebrans, Conradum & Fridericũ duces, interuentu Clareuallensis abbatis Bernardi, in gratiã recepit. ac ita renouata pace, omnibusq; in Gallia & Germania compositis, expeditionẽ rursum in Italiam edixit. Inde in Saxoniam diuertẽs, Polonoꝝ ducẽ cũ multis muneribus obuiũ habuit. quẽ tamẽ nõ ante dignatus est suo conspectui pręsentari, cẽ tributũ. xĩ. annoꝝ. hoc est. D. libras ad singulos annos persoluere, & de Pomeranis & Rugis homagiũ sibi faceret, subiectionẽq; perpetuã sacramento confirmaret. Regemq; Daciæ in signum subiectionis, ad decorẽ imperialis reuerentiæ, gladiũ sibi sub corona deferre fecit, ac ab Vngaroꝝ rege terrore perculso, multa & magnifica munera suscepit. Post hoc exercitũ non vt prius paruũ, sed copiosum & electum, per vallẽ Tridentinã secundo in Italiam duxit, habens secũ Conradũ, qui vt supra dixi, a quibusdã rex creatus, postmodũ resipuerat. captisq; in arctis locis fortissimis castellis, cũ quodã capitaneo, qui ei aditum viæ claudere molìebatur, in plano Italiæ iuxta Gardam castra posuit. Quo in deditionẽ accepto, ad Padum vsq; progrediẽs, Garistallĩũ cepit. Ibi Mediolanenses, & Cremonenses diuturnum inter se bellum habentes, obuios habuit, discussaq; vtriusq; vrbis causa, Cremonenses a principibus Italiæ hostes iudicantur, proscriptiq; discedunt. Quos imperator subsecutus, territoria eorum, ac villas, seu castella destruxit. indeq; Papiam veniens, ciues illos pactione pecuniæ in gratiã suscepit. Bononienses q̃q; ac Emilienses, qui cũ priori eum expeditione despexerant, supplices, ac multũ seruitiũ offerẽtes, vltro occurrũt. Post vsq; ad Thaurinũ pgrediens, totã citeriorẽ Italiã perlustrans, in prouinciã redegit. Inde Apenninũ transiẽs, ac interiorẽ

Pomerani et Rugi

Italiam perlustrans, Anconã, Spoletũ, cũ alijs vrbibus, seu castellis, in deditionẽ accepit. Dehinc cõtra Rogeriũ aciem dirigẽs, Campaniã & Apuliã peragrauit. Porro Henricus Noricorũ dux, gener regis, per Tusciã exercitũ ducẽs, summo pontifici vsq; ad imperatorẽ cõductũ præbuit. Augustus vero tam fortia in Apulia ac Cãpania gessit, vt nullus ex Francorũ regibus a Carolo magno, vsq; ad id tẽporis, tanta ibi fecisse inueniat̃. Deniq; nõ solũ ciuitates, vtpote Capuã, Troiam, Salernũ, Barletũ, Barram cepit, verũetiã munitissima castra, & arces inaccessibiles expugnauit. At Henricus dux cũ militia Baioariorũ Beneuentũ cepit, ac papæ restituit. Nam apud Albam suburbia ciuitatis sibi resistere nitentis, ante expugnauerat, ac destruxerat.

De fuga Rogerij, & substitutione Reginaldi. De lite Romani pontificis & imperatoris, morteq; Lotharij. CAPVT XX.

MOrante in Apulia imperatore, Rogerius cũ eum auri, & argẽti multo pondere attentatũ flectere nõ potuisset, exercitũ longe copiosiorẽ congregat, secq; publico bello conflicturũ cũ eo denunciat. Imperator vero vt erat armis strenuissimus, & imperterritus, militẽ instaurat, aciem ordinat, eoscq; respectu genuinæ fortitudinis, ac innatæ hostiũ ignauiæ, nulla inimicorũ multitudine frangendos denuncians, præsertim cũ in extera, remotaq; regione positi, ad patriã fugere nequeant, ac cõtra tyrannum nõ solum regni, sed & ecclesię hostem, & excõmunicatũ iuste arma sumpserit, ad bellum confortat. Cumq; in occursum eius procederet, fractus animo Rogerius fugit, ac ad montana se cõtulit. Imperator vero occurrente sibi summo põtifice Innocẽtio, Barram vsq; progredit̃, ibiq; a ciuibus cũ magno gaudio susceptus, castrum quoddã ibi positũ vbi præsidia Rogerij erant, artificiose valde expugnauit, milites q; ibi repertos, & præcipue Sarracenos patibulo suspendit. Itaq; Augustus electo de Campania & Apulia Rogerio, dum eã in Calabria quoq;, seu Silicia persequi intẽtat, a suis qui iam longo tẽpore extra patriã morati, vxores liberos, & amicos visere cogitabãt, reuocat̃. Rogerio ergo hoste iudicato, Reginaldo viro forti, ac nobili, ducatus Apuliæ relicta sibi parte militũ, tradit̃, & sic princeps victor, de reditu disponit. Verũ silẽtio præterire nolumus, q; in dando ducatu inter ipsum, & Romanũ pontificẽ pene controuersia orta fuit, vtriq; ducatũ Apuliæ sui fore iuris affirmante, quæ lis consilio tandẽ hoc modo decisa dicitur, vt in dando duci vexillo vtriq; manum adhiberet. Igitur Lotharius ex Italia rediens, apud Tridentum morbo correptus, in ipsis mõtibus in vilissima casa imperator potentissimus, miseram humanæ conditionis relinquens memoriam. xiij. regni sui, imperij vero. vij. anno plenus dierum obijt. Futurus nisi morte præuentus foret, cuius virtute, & industria corona imperij ad pristinã dignitatem reduceretur. Regalia dux Henricus gener eius, in cuius finibus obierat, accepit, & ipse per Augustam, ac orientalem Franciam, in Saxoniã ad monasterium Luter, quod construxerat deportatus, honorifice sepelitur. actusq; eius vt nulla possent aboleri obliuione, in plumbeis laminis descripti, iuxta eum recõduntur.

De morte Lotharij.

De claris viris, qui illo tẽpore obierunt, & plurimis malis, quæ diuersis in regnis tunc pullularunt. CAPVT XXI.

CIrca illa tẽpora, multi ex claris optimatibus mortẽ sui principis præcesserunt, & secuti sunt. Bruno Colonien sis archiepũs venerabilis, & apprime eruditus, in Apulia decedens, in ecclesia. S. Nicolai Barræ honorifice est humatus, eiusq; successor Hugo infra duos menses vita, & sacerdotio functus est. Itẽ in Apulia apud Melpham quieuit. Ex his vero qui remanserant, Albertus Moguntinus vir ad sæculũ prudens, & potens, locupletissimusq;, Henricus Frisingensis epũs, abbas Fuldensis, Leopaldus orientalis Marchio, vir christianissimus, ac clericorũ & pauperũ pater, cũ alijs plurimis nobilibus & illustribus viris viuendi finẽ fecerũt. Rex etiã Francorũ Ludouicus & Anglorũ Henricus, & Remorũ archiepus Reginaldus, comesq; Pictauiensis Gaufridus, eodẽ tẽpore obierunt, & exhinc Anglia terra hactenus abundantissima, tantis malis subiacere cœpit, q; multi ibidẽ fame, & egestate attriti, vitã etiã miserabiliter finisse tradant̃. Præfato em̃ rege mortuo, Stephanũ principes sororis suæ filiũ, ex Gallia inuitauerũt ad regnũ. Porro vxor comitis Andegauensis Mathildis, quondã imperatoris Henrici quinti cõiunx, illius vero Henrici regis filia, hæreditario iure paternũ regnũ reposcens, vsq; in præsens illud affligere nõ desistit, intantũ q; in manus eiusdẽ fœminę prædictus rex ante paucos annos incidens, captus sit. Francia quoq; occidentalis rege suo amisso, sub illius filio Ludouico, qui adhuc superstes est, ob ipsius ac Theobaldi Blesensis comitis guerrã, tot prędijs, & incendijs perpessa est discrimina, q; nisi religiosorũ, qui ibi morabanẽ, meritis, orationibus & consilio nup pacata fuisset, vsq; ad internitionem deleta putaret̃. At Pannonia non longe ante hoc tempus, mortuo suo rege Stephano Colomanni filio, qui & ipse dum viueret, cũ imperatore Græcorũ, diutinã dissensionẽ habuerat, multis itidẽ incõmodis oppssa est. Substituto quippe in regno Bela Almi filio, a Colomanno quondã pariter cũ patre Almo luminibus orbato Boritius, qui & ipse Colomanni, sed ex alia q; Stephanus matre, Rutenorũ seu Chios regis filia, natus dicebat̃, regnũ paternũ requirit. Proinde in Græciã transiens, consanguineã sibi imperatoris Caloioannis copulauit, ac post Poloniã ingrediẽs, ducẽ terræ illius ad voluntatẽ suam inclinauit. sicq; cũ exercitu adiutorio illius ex vocatione quorundã Vngarorũ comitũ, syluã quæ Polonos & Vngaros seiungit, trãsiens, Pannoniã ingredit̃. Verũ Bela rex, mox ascito sibi Alberto Leopaldi Marchionis filio, qui eius sororẽ habuerat, a quibusdam de regno nostro nobilibus Boritio occurrit. Ille vero audito strepitu, ac adhortantiũ voce, ex linguæ idiomate multitudinẽ Teutonicorũ in acie fore cognoscens, illorũ potius q; Vngarorũ terrore perculsus, vna cum Polonorũ duce amissis in fuga multis, terga vertit. At in ipso primo Vngarorũ, & Polonorũ cõgressu, anteq; Teutonici superuenirent, ex vtraq; parte cæsis plurimis, quidam ex illis qui ex parte Belæ aderant, sed hostibus suos perfide tradiderãt, iusto iudicio fraudis suæ pœnas soluentes occubuerunt. Hæc mala nostris diebus in vicinis regnis pullulare cognoscimus. Quãta vero ex remotis, & transmarinis regnis indies audiamus, pro fastidio vitãdo ad præsens supprimimus. Tanta em̃ sunt, q; nisi sanctorũ, quorũ per dei gratiã magna nũc copia est, meritis & suffragijs staret mundus, in breui omnino eum periturũ timere cogeremur.

De sublimatione Conradi regis, cõtradictioneq; Saxonũ, & Henrici ducis. De fuga Rogerij, & morte Petrileonis. CAP. XXII.

ANno ab incarnatione dñi.M.cxxxviij,defuncto in autumno ſine filíjs imperatore Lothario,cõuentus generalis principũ Moguntię in proximo Pentecoſte indicitur. Quidã autẽ ex principibus timentes ne forte in generali curia Henricus dux,qui tũc præcipui & noïs, & dignitatis in regno fuit,per potentiã præualeret,circa mediã quadrageſimã cõſilio habito,in opido Galliæ Confluentia cõuentũ celebrant, ibiq; Conradum imperatoris Henrici ſororiũ, de quo ſupra diximus, præſente Theoduino ẽpo cardinali,ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ legato,ſummi põtificis, ac totius Romani populi,vrbiũq; Italiæ aſſenſu promittente.xciiij.ab Auguſto regẽ creãt. Qui mox ad palatiũ Aquis veniens, a prædicto cardinale, nam Colonienſis qui id facere iure debuerat, nouiter intronizatus pallio carebat, cooperantibus Colonienſi, Treuerenſi archiepiſcopis,cũ cæteris ẽpis,in regem vngitur,proximum dehinc paſcha Coloniæ celebrans, Moguntiã,quæ tunc forte paſtore carebat, adijt,ibiq; Albertũ prioris Alberti fratruelem,per electionẽ cleri,ac populi, archiepm cõſtituit. At Saxones, & dux Henricus, alíjq; qui electioni nõ interfuerant,regẽ nõ legitime, ſed ꝓſurreptionẽ electũ calumniabant, quibus oĩbus in ꝓximo Pentecoſte generalis curia Babẽberg indicit. Porro poſt egreſſum imperatoris Lotharij Rogerius, Apuliã recipere geſtiẽs, cõgreſſu cũ Reginaldo duce habito,in fugã vertit. Petrus q̃q; Leonis moriens, peſſimũ ſchiſma terminauit,

Qualiter Saxones in pacẽ vocati ſint, & Henricus dux proſcriptus,& eiectus. De tyrannide Rogerij, & ducatu Leopaldi, ſynodoq; Romæ celebrata. CAPVT XXIII.

HAtq; Conradus rex Pentecoſten,& curiã in ꝑfata ciuitate,vt cõdictũ erat,cũ maximo regni faſtigio,& maximo cõuentu principũ habuit,vbi oẽs Saxones ſimul cũ viduata imperatrice Richinza veniẽtes,vltro ſe ſuæ ditioni ſubdidere. Solus ex principibus dux Henricus regalia ſeruans,aberat,ad quę reddenda in feſtiuitate apl̃orũ Petri & Pauli dies ei præfigit Ratiſponæ. Quo veniens,regalia quidẽ multis illectus,ꝑmiſſis reddidit,ſed tñ ea minime conſecutus,infecto pacis negocio,ſine gratia eius receſſit. Cũq; multis modis homo p̃potens & animoſus,ſed nutu dei humiliatus, miſericordiã peteret,nec impetraret,tandẽ iudicio quorũdã principũ apud Herbipolim proſcribit,ac proxima natiuitate dñi in palatio Goſlarienſi ducatus ei abiudicat. Et mirũ dictu,princeps ante potẽtiſſimus,& cuius auctoritas, vt ipe gloriabat, a mari vſq; ad mare.i.a Dania vſq; in Sicilią extendebat, in tantã in breui humilitatẽ venit,vt pene omnibus fidelib⁹ & amicis ſuis in Baioaria a ſe deficientibus,clam inde egreſſus, quattuor tantũ comitatus ſocijs, in Saxoniã veniret. Ea tempeſtate Reginaldo mortuo, Rogerius Apuliam rectore ſuo deſtitutã ingreditur,expulſiſq; cum multis nobilibus Reginaldi fratre,ac principe Capuano, tam ipſam, q̃ Campaniã recepit,ac multis malis incolas eius afflixit,& vſq; hodie premit. Beati etiã Benedicti monaſterium in monte Caſſino poſitũ, totiq; orbi venerabile, multis eccleſiaſticis ornamentis immaniter ſpoliauit. Tradunt eum in prima irruptione,ac Barrenſis vrbis expugnatione, crudele, & inhumanum piaculum perpetraſſe. Capta quippe vrbe, non ſolum viuos diuerſis tormentorũ generibus affecit,ſed etiã in mortuos ſeuiens,Reginaldum ducem,ac Brunonẽ archiepm effoſſos,per plateas trahi iuſſit. Hæc & alia

crudelitatis opera,ad antiquor̃ Siculor̃ formã tyrannor̃,quę indeſinenter de ipſo audiunt,quia pene cunctis nota ſunt,obmittimus. Sunt tñ qui dicant eum hæc potius intuitu iuſticiæ, q̃ tyrannidis exercere, aiuntq; ip̃m præ omnibus principibus pacẽ diligere, pro qua cõſeruanda volunt eũ tanta ſeueritate rebelles cohibere. Alij vero amore pecuniæ, qua etiã oẽs occidentales reges exceſſit, plus q̃ iuſticiæ pacem eũ ſectari dicunt. Conradus rex Baioariã ingreſſus,ducatũ Leopaldo iuniori, Leopaldi Marchionis filio,fratri ſuo ex patre matris, tradidit,& exhinc prouincia noſtra multis malis ſubiacere cœpit. Proxima media quadrageſima ſynodus maxima circiter mille epiſcopor̃,p̃ſidente Romæ ſummo pontifice Innocentio celebratur, ibiq; poſt multa ſalutifera decreta promulgata,ſchiſmatici qui parti Petrileonis fauerant, damnantur.

Excurſus de fortuna regis Conradi,de rebellione Saxonum, CAPVT XXIIII.

COnſiderare hoc loco dei conſilia ſuper filios hominũ terribilia,mũdiq; volubilitatẽ libet. Ecce em̃ Henrico impatore mortuo, conſanguinei eius,qui tũc in regno præcipui noïs, & quaſi regij culminis per hoc ſecuri erãt,nõ ſolũ ad regnũ nõ eligunt,ſed & appoſito ſup ſe rege,plurimũ affligunt,& cõculcant. His ergo in ſumma tenuitate poſitis,cũ dux Henricus auctoritate ſoceri ſui imperatoris,proprijſq; viribus intantũ excreuiſſet,vt omnes deſpiciens,nulli pro regno ſupplicare dignaret,dñs qui humilia reſpicit,& alta a longe cognoſcit,deponit potentes,& exaltat humiles, illum humiliatũ,& pene deſperatũ ad faſtigiũ regni prouexit, hũc de alto in gloria,& potẽtia ſua gloriantẽ deiecit. Quid hic aliud dicere poſſumus, niſi q̃ prior Conradũ magnũ in oculis ſuis humiliauit,humiliatũ reſpectu pietatis ſuę exaltauit. Quæ varietas humanarũ rerũ,ex vbertate gratię dei deſcendens,ad vitandam ſuperbiã,ac humilitatẽ appetendã,nos incitare debet. Et quid aliud tã miſera mortaliũ cõditio,nunc de inopia ad regnũ,nunc ad inopiã de regno trahẽs & crucians hominẽ,q̃ contemptũ præſentiũ parit, & ad æternor̃ ſtabilitatem, quæ nec mutant̃,nec tranſeunt,nos mittit. Quanta vero mala toti regno, & præcipue miſerę Baioariæ ex hoc euenerint, nos quotidie experimur. Saxones exhinc regi rebellantes,plus manſuetudine ipſius,q̃ armis inclinant̃. At Rogerius Innocentiũ papam in Apuliam cũ militia Romanor̃ venire volentẽ,flagitioſe in Chriſtũ deũ manũ mittens,ex inſidijs cepit, & regij nominis in Sicilia ab eo auctoritatẽ,& abſolutionẽ anathematis extorſit,cũ ducatu Apuliæ,Calabriæ, ac principatu Capuæ.

De pugna Guelfonis, & itẽ illius cũ rege. Seditione Ratiſponenſiũ, expeditione ducis cõtra Guelfonẽ,morteq; ipſius. CA. XXV.

CVm hæc agunt̃ in Italia, Leopaldus marchio ſuſcepto a rege ducatu Norico,omnibus pene Baronibus ad eũ pertinentibus, amoreq; ſeu terrore vltro ad eum confluentibus, primo metropolim, ac ſedẽ ducatus Ratiſponã ditioni ſuæ ſubdidit,poſt collecto milite copioſo,totam Baioariã pertranſiens,in ipſo eius termino iuxta Licũ fluuiũ,cõtra vrbem Auguſtenſem negocia terræ per triduũ tractans,ſtrenui iudicis officiũ exercuit. Ea tẽpeſtate Henricus dux dum in Saxonia Albertũ marchionẽ ſibi re-

bellantē, intantū humiliasset, vt castris eius dirutis, terris circūquaq; vastatis, ad regē auxilij gratia, ire cōpulisset, omnibusq; suis ibidē rite dispositis, iam in Baioariā ire proposuisset, morbo correptus, diē clausit extremū, ac in monasterio Luter, iuxta socerū humatur. Quo mortuo, Saxones amore filij sui paruuli, quē eis adhuc viuens cōmendauerat, regi denuo rebellant. Leopaldus vero ducatū exhinc Noricū potenter se habere cōfidens, dum in obsidione castri Phaleia duoꝝ fratrū, qui soli ex Noricis baronibus in parte ducis Henrici steterāt, incaute moraret, Guelfo ducis Henrici frater, ex improuiso collecto milite superueniens, fortissime pugnando, cæsis ex vtraq; parte pluribus, multis captiuatis ducem cedere coegit. His elatus successibus, dum regē quoq; non multo post in obsidione castri Vuinsperg morantē, pugna aggredi attētat, amissis multis, cū paucis fugit e prælio. Nō multo post, duce Leopaldo in vrbe Ratispona ciuilia iura disponente, ex Palatini comitis Ottonis importunitate, seditio oritur. Dux cum suis, populo circūquaq; concurrente, arma arripuit. succensisq; aliquibus vrbis vicis, ciuibus tam armoꝝ, cꝫ incendij metu discurrentibus, periculū euadens, vrbe recessit, ac vastatis in circuitu agris, ad tempus inde diuertens, collecto milite, nō longe a ciuitate castra posuit. tandemq; terrore perculsos, pecunię pactione in deditionē accepit. Dehinc dedecus a Guelfone sibi apud Phaleia illatum vlcisci statuens, armata manu ad Licū vsq; progreditur. ibiq; destructis quorundā inimicoꝝ suorū munitionibus, cunctisq; circūquaq; vastatis, per fines nostros cum multo ecclesiæ nostræ detrimento reuertit. Ipse vero nō multo post Ratisponæ infirmatus, in territorio Patauiensi diem obijt, & in monasterio sanctæ crucis, quod a patre suo fundatū ipse plurimū ditauerat, humat. eiq; in Marchia successit frater suus Henricus.

De factione Boemoꝝ, expeditioneq; regis illo. De ducatu dato Henrico fratri Leopaldi, malisq; plurimis ob hoc a Guelfone, & p̄dicto Henrico prouinciæ Baioariæ irrogatis. CAP. XXVI.

EO tēpore Conradus Morauiensis comes, cōspiratione facta cū Boemis, ducatū terræ illius affectans, de Morauia in Boemiā exercitū ducit. Cui cū dux Ladislaus cū copijs occurrere parat, a suis proditꝰ fugæ præsidio vix periculū mortis euasit, sicq; profugus ad regē veniens, casum suū deplorat. Quē rex misericordia motus, cū exercitu in Boemiā reduxit, ac Pentecoste in vrbe Praga prouinciæ illius metropoli celebrato, Cōrado fugato, in ducatū restituit. Nō multo post Saxoniā ingressus, data in vxorem vidua ducis Henrici Lotharij imperatoris filia, fratri suo Henrico Marchioni, pacem cū Saxonibus fecit, eidēq; Marchioni Noricū ducatū, quē consilio matris ducis Henrici filius iam abdicauerat, concessit. Quæ res in terra nostra maximæ discordiæ seminariū fuit. Guelfo em̄ princeps, præfatū ducatū se iure hæreditario cōtigisse calumnians, armata manu in præsentia ducis Baioariā ingreditur, parteq; prouinciæ vastata, regredit. Ob ea dux inflāmatus, immenso coadunato milite, fines nostros ingreditur, multisq; ecclesiarū redditibus direptis, tandem etiā ipsius nostrę ciuitatis munitiones, propter quosdā ex ipsa, qui fautores Guelfonis dicebant, destruxit. Cui dum Guelfo cū copijs occurreret, audito q̄ rex superuēturus esset, cessit. Porro dux simul cū rege castrum comitis Conradi, qui ex parte Guelfonis erat, obsidione clausit, vastatisq; in circuitu

vniuersis, adiutorio regis in deditionem coegit, ac igne succendit.

De expugnatione Tiburtinoꝝ, seditioneq; Romani populi, & instauratione senatoꝝ, ac morte Innocentij papæ. Item de victoria Veronensium. De Paduanis. CAPVT XXVII.

GVm hæc agunt̄ in Gallia, & Germania, Romanus pontifex Innocentius, qui iam per multū tēporis Tyburtinos excōmunicauerat, ac alijs modis presserat, coangustatos ad deditionē acceptis obsidibus, ac iureiurando interposito coegit. Populus vero Romanus volens vt eos per obsides, & sacramentū ad durissima præcepta, i. vt muris ruptis omnes prouincia cederent, cogeret, dū nobilissimus, ac liberalissimus sacerdos tam irrationabili, & inhumanæ petitioni annuere nollet, seditionē mouēt, ac in ipso impetu in capitolio cōuenientes, antiquā vrbis dignitatē renouare cupientes, ordinē senatoꝝ, qui iam per multa curricula tēporꝝ deperierat, constituunt, & rursum cū Tyburtinis bellum innouant. Causa vero tantę immanitatis fuit, q̄ in priori anno dū cū pontifice suo in obsidione prefatæ ciuitatis morarent̄, ciuibus egressis, & cū ipsis manū conferentibus, multis amissis spolijs, turpiter in fugam cōuersi sunt, idcirco nulla nisi quam diximus cōuentione, vsq; hodie se posse placari asserunt. Verū sapientissimus antistes prævidens, ne forte ecclesia dei, quæ per multos annos sæcularē vrbis honorē a Constantino sibi traditum potentissime habuit, hac occasione quādoq; perderet, multis modis tam minis, cꝫ muneribus, ne ad effectū res procedat, impedire conat̄. Sed inualescente populo, dū proficere nō posset, lecto cubans iuxta quosdā, de futuris visione sibi monstrata, in pace quieuit, eiq; Celestinus vir religione, & literaꝝ scientia præditus, cū magna vnanimitate electus successit. Circa idē tēpus Veronenses, qui longo tēpore cum Paduanis dissensionē habuerant, amnemq; qui ciuitatē eoꝝ præterfluit, a balneo deriuauerant, congressu cum eis habito, plurimis captis, cruentissima potiuntur victoria.

Quem finem Ioannes Constantinopolitanus post expeditionem Syriæ habuerit, & qualiter, vel quare filius eius Manuel fœdus cū rege nostro inierit. CAPVT XXVIII.

ANno ab incarnatione dñi. M.cxliij. Caloioannes Cōstantinopolitanus imperator, qui filio suo Mauuel sororē reginæ Gertrudis despōsando, cū Romano rege Conrado amicitiæ fœdus inerat, ab Antiocheno principe Raimundo, qui ei prouinciā illam, p pecunia cū ipsa vrbe iurauerat, Syriā cū maximo ingressus exercitu, p̄misso frustrat̄. Cui venerabilis epūs Gabulensis. N. in faciē viriliter restitit, eumq; ex parte Romani pontificis, & imperatoris, eo q̄ prefata ciuitas a Latinis possideat̄, vt ab eius impugnatiōe desistat, intrepide cōmonuit. Ille autē eo q̄ a principe delusus esset, ciuitati quidē pepercit, sed totam ferro, flammaq; deposcēs prouinciā, eremitas q̄q; quoꝝ grandis ibi copia est, de cellulis suis eductos, non kalo, i. boni Ioannis officiū agens, crudelissime tractauit. Ipse vero nō multo post sagittis toxicatis, venationi inseruiens, ab vna earū ex improuiso vulneratus, miserrime rex opulentissimus in ipso procinctu diē obijt, ac Manuel filio suo regnū reliquit. Per idē tempus Folco Hierosolymoꝝ rex, moriens filio suo Folconi adulescentulo, re-

gni gubernacula dimisit. At Manuel ad regnū sublimatus, nuncios ad regē Cō radū cū preciosis muneribus, sicut prius pater eius fecerat, dirigēs, fœdus renouauit. Et sicut frequēter inter hos duos impatores, a translato ad Francos impe rio, p diuersis opportunitatibus mos iste seruatus est, sic & nūc inter Ioannē pa trem huius, & Conradū contra Rogeriū, vtriusq; imperij inuasorem, hæc facta est confœderatio.

De diuersis bellis vrbium Italiæ, varijsq; euentibus. CAP. XXIX.

His diebus propter absentiā regis Italiæ, vrbibus in insolentiā decedentibus, Veneti cū Rauennatensibus, Veronenses & Vincētini cū Paduanis & Taruisiensibus, Pisani Florentini cum Lucensibus, & Senensibus, atrociter debellantes, totā pene Italiā cruore, prędis, & incendijs permiscuere. Propter eā quæ supra diximus, Paduanis priori anno il lata incōmoda, Veronenses & Vincentini sequēti anno castella, vicos, & agros Taruisiensiū ferro, flammaq; vastauere. Veneti etiā ac Rauennatenses plurima mala terra, mariq; alterutrū intulere. at Pisani & Lucenses, ppter nimiā viciniæ opportunitatē, indefesso furore bellantes, ruinæ suæ omnes Tusciæ vires impli cuere. Nam & Florentini vna cū Marchione terræ Vlrico, vsq; ad ipsas portas Senensiū procedentes, suburbia eius cremauerunt. Senenses vero in numero, & viribus impares se cognoscentes Florentinis, Lucensiū auxiliū flagitant. Lucen ses tam pro ipsis, q̄ pro comite Guidone Guerra, qui & ipse cū Florētinis atrox bellū gerens, eos adierat, Florentinos hostes pronūciant. Illi autē Pisanis adiun cti, nō solum Lucenses bello attentant, sed & castella, opida, agros prefati comi tis incēdio & rapina deuastant. Senenses etiā qui ad vastandos agros eoꝝ egref si fuerant, insidijs a tergo positis, vix paucis fuga elapsis, captiuant. Porro ex Pi sanis & Lucensibus nō tantū plurimi ferro cæsi cōpendio mortis miseriā misē rabiliter terminauere, sed & innumerabiles vtrobiq; comprehensi, ac longa, vt ipse vidi, carceris inedia, & squalore macerati, omnibus prætereuntibus lachry mabile humani casus in se spectaculum præbent.

al's. miserā vitam.

Qualiter Edissa capta sit, ecclesiæq; profanatæ. CAP. XXX.

ANno dñicæ incarnationis. M.cxlv. incipiente, in ipso sacrosanctę na tiuitatis Christi solennitate, lugubre & miserabile ex peccato chri stiani populi accidit in oriente piaculū. Sanguinus em̄ quidā Hala pensis Syrię ac Mesopotamię, excepto Antiochia & Damasco, prin ceps. Persarū vero & Medoꝝ regis, seu Soldani subditus, Edissam quæ nūc Ro has dicit, vnicū Hierosolymitanæ ecclesiæ p magnitudine, ac abūdantia sui re fugiū, cū infinita Sarracenoꝝ multitudine circūdedit, ac in ipsa (vt dixi) natiui tate dñi irrupit, cūctis ibidē cū ēpo vrbis christianis in ore gladij occisis, vel mi serabili captiuitate in seruitutē redactis, ecclesias Christi, & pręcipue beatę Ma riæ semp virginis basilicā, & eā in qua reliquiæ. S. Thomæ apli recōditę sunt, ad Saluatoris nostri ignominiā introferens, ea quæ nō licebat, fœde polluit, no strisq; penitus exterminatis, vel tributo subactis, Sarracenos ibi ad habitandū locauit. Ob hoc nota est expeditio maxima cōtra Paganos, & regem Persarū a Conrado rege Romanoꝝ, & Ludouico rege Francoꝝ, cū summis & pluribus

vtrius regni principibus, & innumerabili multitudine populi, qui absq; omni effectu reuersi sunt.

De persecutione Lucij papæ, legationeq; ipsius ad regē, qualiter Roma nus populus senatoribus Patritiū adiecerint, & ob hoc quidam ex eis ab Eugenio Lucij successore, anathematis gladio per cussi sunt. CAPVT XXXI.

PEr idem tēpus Lucius papa, vir pro mansuetudine & humilitate sui officio sacerdotali dignus, Celestini qui nō plene sex mensibus sede rat, successor, grauē a ciuibus persecutionē passus, humiles ad regē Conradū, tam suā oppressionē cōtinentes, q̄ de incolumitate, & p speritate eius deo gratias agentes, ipsumq; ad patrociniū Romanæ ecclesiæ in uitantes, literas mittit, in hunc modū. Lucius episcopus, seruus seruoꝝ dei, cha rissimo filio Cōrado, Romanoꝝ regi illustri, salutē & apostolicā benedictionē. Omne datū optimū &c̄. Populus em̄ Romanus nullas insaniæ suæ metas pone re volens, senatoribus quos ante instituerant, Patriciū adijciūt, atq; ad hanc di gnitatē Iordanē Petrileonis filiū eligentes, omnes ei tanq; principi subijciunt. Deinde pontificē suū adeunt, ac omnia regalia eius tam in vrbe, q̄ extra posita ad ius Patricij sui reposcūt, eumq; more antiquoꝝ sacerdotū, de decimis tantū, & oblationibus sustentari oportere dicentes. De die in diem animā iusti affligē re nō timuerunt. Ipse autē quotidianis cruciatibus, ac tedio vitæ affectus, infra anni spaciū pontificatus sui diem obijt, ac Eugeniū virū religione, ac sanctitate perspicuū, cōmuni voto cleri & populi electū, successorē reliquit. Hic in princi pio dignitatis susceptæ, eo q̄ totus populus ad tradenda vrbi regalia, sicut ante cessores suos ipsum sollicitare vellet, cū episcopis & cardinalibus vrbe cedit, ac proxima dñica in monasterio Pharfensi, cōsecratione pontificali ob persecutio nis immanitatē, morē mutans sublimat. Ad hunc papā Eugenium venerabilis Bernardus abbas Clareuallensis, libru de cōsideratione sui, quattuor distinctio onibus ordinatū conscripsit. In quo perfectæ vitæ, ac subtilissimi ingenij perspi cuitatē euidentissime demonstrauit. Nam idē Apostolicus prius Bernardus di ctus, & primū Vicedominus Pisanus, ac demū in Claraualle, omnibus mundā nis pro Christo spretis, eiusdē venerabilis Bernardi abbatis discipulus effectus ac ab eo postmodū monasterio beati Anastasij Cistertiensis ordinis, in vrbe Ro ma abbas prælatus, summus pōtifex, vt prælibauimus, constituit. Inde post cō secrationē furorē populi Romani declinans, ad munita loca se transtulit, postq; Viterbiū veniens, ibi per aliquot tēpus morā fecit. At Romanus populus cum Patricio suo Iordane in furorē versus, præfecturæ dignitatē abolentes, oēs prin cipes, ac nobiles ex ciuibus ad subiectionē Patricij cōpellunt, & non solū quo rundā illustriū laicoꝝ turres, sed & cardinaliū, ac clericoꝝ domus subruentes, prędā immensam diripiunt. Ecclesiā etiā beati Petri omniū ecclesiarū caput, in castellare sacrilege, ac pphanissime nō metuunt, peregrinos causa orationis ad uenientes, ad oblationē, quæstus gratia, plagis & verberibus cogūt, ac quosdā ex ipsis offerre nolentes, in ipsa porticu, & vestibulo templi nephario ausu occi dere nō verentur. Quos venerabilis pontifex, percusso prius cū quibusdā fauto ribus suis anathematis gladio Iordane, adiuncta Tyburtinis Romanoꝝ anti quis hostibus, militia coercuit, tandēq; pacem petere coegit.

al's. Paruē si.

De nuncio Armeniorꝝ, cauſaq; itineris ipſius, ac miraculis, quæ in Romana curia vidit. CAPVT XXXII.

EA tempeſtate Armeniorꝝ epiſcoporꝝ, eorũq; metropolitani, quẽ ipſi catholicon, i. vniuerſalẽ, propter infinitũ, i. amplius q̃ mille epiſcoporũ ſub ſe habentẽ numerũ, vocant, legati ab vltimo pene oriente ſummũ pontificẽ Viterbij, laborioſum iter per annũ, & ſex menſes complentes, adeunt, eiq; ex parte illius eccleſiæ ſubiectionẽ omnimodã, eũ con ſalutando offerentes, cauſas viæ nobis cũ alijs multis præſentibus, apud veterẽ aulam aperiunt, quæ tales erant. Inter ipſos & Græcos quædã de ritu ſacrificij habitudo eſt in quibuſdã, in alijs vero diſcrepantia. Ponunt eñ fermentatũ panem, ſicut illi, aquã autẽ vino nõ admiſcent, ſicut nos, & illi. Præterea natiuitatem dñi, Epiphaniæ cõtinuantes, duas illas feſtiuitates vnam faciunt. Pro his, & alijs dum inter ſe diſſentirent, Romanã eccleſiã iudicẽ eligentes, conſultũ veniunt, formãq; ſacrificij iuxta conſuetudinẽ eius ſibi tradi depoſcũt. Quos Romanus Antiſtes gratanter ſuſcipiẽs, miſſarũ ſolennijs, ac ſacrificij ſecretis adhibuit, diligenterq; ea quæ fiebant ibidẽ, eos animaduertere monuit. Quod dum facerent, intentiq; ſacro altari aſtarẽt, vnus ex eis pontificali dignitate p̃ditus, ſicut poſtmodũ in plena curia retulit, in beati Martini octaua, quãdo dedicatio eccleſiæ beati Petri celebrari ſolet, ſummo põtifice diuina myſteria agente, ſplẽdido fulgore radiũ ſolis ſuper caput eius coruſcare, & in ipſo duas colũbas aſcẽdentes, & deſcendẽtes vidit. Cũq; diligẽtius hac, illacq; oculos circũferret, nullumq; aditũ per quẽ lux illa tranſſunderet, inueniret, deificũ hoc eſſe cognoſcẽs ac ad obedientiã Romanæ ſedis amplius accenſus, cũctis quæ viderat aperuit. At venerabilis pater non ſuis hoc meritis attribuens, ipſius potius fide cœlitus hoc ſibi monſtratũ affirmabat, vt videlicet eccleſia, a qua ipſe miſſus fuerat, ſacramẽtorꝝ virtutẽ veritatis luce perfuſã, cognoſceret, ac deinceps quali ea reuerentia, & forma tractare deberet, addiſceret. Retulit etiã præfatus eps, q̃ in confinio Armeniæ quædã gentes eſſent, quæ fœtus ſuos fœtentes generarẽt, eosq; ſtatim ad aquas Armeniorꝝ lauandos tranſmitterent. Quos cum illi baptiſmatis vnda tingentes, innatum eis fœtorẽ propellerent, mox tamen remiſſi ad paganiſmi ritum, & ſpurcitiam redibãt. Quod vtrũ faciendum eſſet, item Romanam eccleſiam conſuluerunt.

al's. inde reuerſi.

De epiſcopo Gabulenſi, ac rumoribus, quos de tranſmarinis regionibus retulit. CAPVT XXXIII.

VIdimus etiã ibi tunc prætaxatum de Syria Gabulenſem ep̃m, cuius præcipue opera ad plenũ Antiochia Romanæ ſedi ſubeſſe cœpit, tã de patriarcha ſuo Antiocheno, & de principis matre Baldbini Hieroſolymitani quondã regis filia, querimoniã facientẽ, q̃ de ſpolijs Sarracenis ablatis, iure antiquitatis exemplo Abraæ decimas, qui eas deo recognoſcens, victoriã de ſuis ſpolijs Melchiſedech dedit exigentẽ, ac ſup hoc apoſtolicæ ſedis auctoritatẽ requirentẽ. Audiuimus eũ periculũ tranſmarinæ eccleſiæ poſt captã Ediſſam lachrymabiliter conquerentẽ, & ob hoc Alpes tranſcendere ad regẽ Romanorꝝ, & Francorꝝ pro flagitando auxilio volentẽ. Narrabat etiã, q̃ ante nõ multos annos Ioannes quidã, qui vltra Perſidẽ & Armeniã, in

De Ioanne Indię p̃ſbytero et rege

extremo oriente habitãs, rex & ſacerdos cũ gente ſua chriſtianus eſt, ſed Neſtorianꝰ. Perſarũ & Medorꝝ reges fratres Samiardos dictos, bello petierit, atq; Ecbactani, cuius ſupra mentio iacta eſt, ſedem regni eorꝝ expugnauerit. Cui dum p̃fati reges cũ Perſarũ, Medorꝝ, & Aſſyriorꝝ copijs occurrerẽt, triduo vtriſq; mori magis q̃ fugere volentibus, dimicatũ eſt, preſbyter Ioannes, ſic eñ eũ noũare ſolent, tandẽ verſis in fugã Perſis, cruentiſſima cæde victor extitit. Poſt hanc victoriã dicebat prædictũ Ioannẽ ad auxiliũ Hieroſolymitanæ eccleſiæ p̃cinctũ mouiſſe, ſed dũ ad Tygrim veniſſet, ibiq; nullo vehiculo traducere exercitũ potuiſſet, ad ſeptentrionalẽ plagam, vbi eandẽ amnẽ hyemali glacie congelari dicerat, iter flexiſſe. Ibi dum per aliquot annos moratus, gelu expectaret, ſed minime hoc impediente aeris tẽperie, obtineret, multos ex inſueto cœlo de exercitu amittens, ad propria redire cõpulſus eſt. Fertur eñ iſte de antiqua progenie illorꝝ, quorꝝ in euangelio mentio fit, eſſe magorꝝ, eiſdemq; quibus & iſti gentibus imperans, tanta gloria & abundantia frui, vt non niſi ſceptro ſmaragdino vti dicat. Patrũ itaq; ſuorꝝ, qui in cunabulis Chriſtũ adorare venerũt, accenſus exemplo, Hieroſolymã ire propoſuerat, ſed prætaxata cauſa impeditum fuiſſe aſſerunt. Sed hæc hactenus.

De pace Romani pontificis cũ Romano populo, & item perturbatione. De Boritio, & varijs per orbem cõmotionibus, terminusq; hiſtoriæ. CAPVT XXXIIII.

ATT Eugenius cũ Romanis hoc tẽpore pacẽ fecit, vt patritiatus dignitatẽ exfeſtucarent, & prefectũ in priſtinã dignitatẽ reciperent, Senatores vero ex eius auctoritate tenerent. ſicq; in vrbẽ rediens, natiuitatem dñi ibidem celebrauit, incipiente anno dñicæ incarnationis M.cxlvi. vbi rurſum a populo Romano p excidio Tyburtinorꝝ intantũ de die in diẽ ſollicitat, vt a Lateranenſi palatio improbitatẽ eorꝝ nõ ſuſtinens, ad tranſ tyberinã regionẽ migrans, animã ſuã vitæ ſuæ tedere confiteat. Rex q̃q; eadem natiuitate in palatio Aquis celebrata, Baioariã ingredit. Ibi eum Boemorꝝ dux Labezlaus, ſupranominatũ Boritiũ ſecũ ducẽs, adijt. Is flebili, ac miſerabili voce querimoniã ſuam depraua tione paterni regni depromens, quatenus auctoritate imperiali, ad quam totius orbis ſpectat patrociniũ, ei ſubueniat, depoſcit. eiuſq; ſuper hoc promiſſum interuentu prædicti Boemorꝝ ducis, eiuſq; conſortis Gertrudis, regis ſororis, honeſto intercedente placito impetrauit. Exhinc nõ ſolum inpræſentiarũ perturbationes ſentimus, ſed & maiores ſuperuenturas ex his, alijſq; argumentis formidando conicimus. Ecce eñ inter noſtrũ, & Vngarorũ regnũ, nõ ſolum iſto militẽ inſtaurãte, ſed & illo multos ex noſtris pecunia corrumpente, valida expectat cõmotio. In Polonia etiã inter tres fratres terræ principes, miſerabilis audit tumultuatio, in Belgica Gallia virorꝝ potentũ inde feſſa conflictatio. Apud nos vero tam tetra iam videt confuſio, vt nõ ſolũ reliq; anni circulo præda, ſed & incendio cuncta permiſceant, ſed & in ipſo Quadrageſimali & pœnitentiali tẽpore, cõtra diuinas & humanas leges deſæuire non pertimeſcant. Tanta poſtremo præteritorꝝ memoria, præſentiũ incurſum, futurorũ metu diſcriminũ vrgemur, vt reſponſum mortis in nobis accipientes, etiã tedeat nos viuere, preſertim cũ tam ex peccatorꝝ noſtrorꝝ multitudine, q̃ tumultuoſiſſimi imperatoris fœtulenta improbitate, haud diu ſtare poſſe mundũ pu-

al's. tẽporis

taremus,nisi sanctorꝝ meritis veræ ciuitatis pei ciuiũ,quorꝝ in toto orbe copiosa varie,& pulchre distincta florent collegia,sustentareť. Sed quia mutabiliũ rerum ab Adam vsqꝫ in presentẽ annũ,qui ab incarnatione dñi.M.cxlvi. ab vrbe condita.M.Dcccc.xviij.Conradi nonagesimiq̃rti ab Augusto, nonus, Eugenij tertij,summi pontificis secundus est,seriẽ qualitercũqꝫ percensui, multiplicesqꝫ mortaliũ miserias inuolui.diuersos religiosorꝝ ordines, quorꝝ vt dixi,sanctitate a misericordissimo iudice,malignitas mundi supportať,silentio prætereire incongruũ arbitramur,vt tantorꝝ malorꝝ turbulentiæ,clarorꝝ virorum gesta insignia,metam & articulum ponamus.

Descriptio diuersorũ ordinum religiosorũ, terminusqꝫ libri Septimi, Catalogus Regum,& Pontificũ. CAP. XXXV.

IGitť exceptis his,qui sobrie,pie, & iuste ex clericis & laicis,sua tanquã nõ sua possidẽtes,fratrũ necessitatibus misericorditer deseruiũt, diuersa sunt sanctorꝝ agmina, qui propriis desyderijs, facultatibus, parentibus,iuxta mandatũ euangelicũ,abrenũciantes, crucẽqꝫ mortificationis in carne iugiter portantes,cœlesti desyderio pleni,Christũ sequunť. Quorꝝ alij in vrbibus,castellis, & vicis, & agris cõmorantes, proximis normã recte viuendi verbo & exemplo tribuũt.Alij quidẽ cõmanentiã hominũ aspernantes,& quieti suæ amplius prouidentes,frequentiã fugiũt,solicꝫ deo vacantes,ad syluarũ,abditorũqꝫ locorꝝ latibula se conferunt.Illi lucẽ suam lucere coram hominibus ad gloriã dei nõ abnuunt. Isti mortuos se mundo cognoscẽtes, vitam suã cũ Christo in deo in præsenti abscondũt,gloriãqꝫ suã donec Christus vita eorũ gloriosus appareat,enitescere nõ cupiunt.Aeque tamẽ omnes vitę,& conscientiæ puritate,ac sanctimonia cœlesti etiã angelica in terris vita degunt. Cõmanent autẽ cor vnũ,& animã vnã habentes,in vnũ in cœnobijs, vel ecclesijs.somnũ simul capiunt,vnanimiter ad orationẽ surgunt, in vna domo reficiuntur. pariter orationi,& lectioni, operiqꝫ die noctuqꝫ ita indefessa incumbunt vigilantia,vt excepto illo quo lassa quieti membra vilibus,& vimineis stramẽtis,seu sago tradunt momẽto, aliquod horarũ spacium sine diuina occupatione nephas arbitrenť effluere,intantũ vt in ipsa naturali refectione diuinæ scripturæ iugiter intenti, spiritũ malint saginare q̃ corpus. Abstinent vero omnes cõmuniter a carnibus.Alij autẽ ab omnibus delicatioribꝰ cibis,vinoqꝫ se cohibentes,legumine interdũ,interdũ cũ pane vtunť & aqua. Quid de cœlibatu ipsorũ dicamť cũ ita cõmunẽ & indultã humano generi nuptiarũ legẽ transcenderint, vt quidã ex eis nõ solũ interna,sed & externa claustra tãta cũ diligẽtia obseruẽt q̃ nulli vnq̃ qualibet de causa,sed nec orationis obtentu introeundi aditus pateat fœminarũ. Omnibus emẽ diuersorꝝ opificũ officinis,id est pistorꝝ, fabrorũ, textorꝝ, aliorũqꝫ, ne foras vllus eorũ euagandi occasionẽ habeat, intro positis, hisqꝫ studiosissime septis,porta in exteriori atrio posita est. Vbi religiosus,& timoratus frater iugiter manens,omnes superueniẽtes hospites,peregrinos,pauperes alacriter,& benigne tanq̃ ipsum Christũ suscipiẽs,primo ad oratoriũ ductis,in cellã hospitalẽ,lotis ante eorꝝ pedibus,ac deinde oĩbus humanitatis officijs deuote exhibitis,collocat. At fœmina si exhortatiõis,seu alterius officij causa supuenerit extra dimittiť,eã monasterij pater,vel aliquis ex fratribꝰ,nõ in domo,nec solus,sed sub diuali & patẽti loco,solũ & rarũ tectũ propter pluuias habenti alloquitur.Alij vero & si eas orationis gratia ab oratorio nõ secludant,ad interiora tamẽ fratrũ receptacula introire nõ permittunt.Porro seipsos tanta solicitudine custodiunt,vt non solum maiora delicta abhorreãt, sed & a minimis ac leuissimis,& quę nobis ex ipso vsu viluerunt,ita sensus suos cohibeant,vt rarissime nisi soli deo,patriq̃ congregationis colloquentes, nutibus magis, ac signis,q̃ lingua,ea quæ necessaria sunt,abinuicẽ requirant. Si vero in aliquibus vel minutissimis ex humana infirmitate,negligẽtia,vel surreptiõe quis eorũ offenderit,ad locum ad hoc deputatũ, circa primã, vel tertiam horam cõcurrunt. ibiq̃ diuino prius adiutorio inuocato, culpas suas humiliter recognoscunt, ac cũ charitate mutuo se cotrigunt. Ibi sedens senior, mansueta seueritate, sine ira, & disceptatione eos dijudicat. frequenterq̃ diuinarũ scripturarũ sereno vultu, mellifluo ore informans eloquijs,ita defecatos, & ad vnguẽ purificatos, ad cœlestis militiæ contubernium dignos tyrones in præsentis vitæ stadio præparat. Sed quia in ipso vestibulo specioſa domus agnoscitur, qualiter interior eorꝝ homo coram discretore cordiũ deo intus fulgeat, habitus exterior apud homines foris declarat.Sicut emẽ intus varijs rutilant virtutũ fulgoribus,ita foris diuersorum vtuntur colorꝝ vestibus, iuxta illud Psalmographi. Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circũamicta varietate. Alij quippe apostolicam vitam ducentes,in ipsoq̃ habitu innocentiæ puritatẽ prætendentes, munda & linea toga vtunť.Alij eiusdẽ ordinis viri,ob mortificationẽ carnis, tunica lanea asperius vestiuntur.Alij omnibus exterioribus occupationibus liberi,angelicã vitam in veste prætendentes,eius suauitatẽ forma potius ipsa, q̃ sui mollitie typice figurant. Ponũt emẽ ad carnẽ tunicas asperrimas, superq̃ eas alias cũ caputijs latiores,ex senis partibus tanquã totidem alis ad instar Seraphin cõstantes. E quibus duabus.i. caputio caput tegentes,duabus.i. manicis omnẽ actionem suam velut manus ad deum dirigendo,ad superna volantes. duabus reliquum corpus ante & retro velantes, diuina se gratia præueniente,& subsequente,contra omnia sæua tentatoris iacula se munitos ostendunt.Differunt autẽ in hoc,q̃ alij ob contemptũ mundi exprimendũ, eandem vestem nigrã tantũ gerunt. alij vero de colore,vel grossitudine nihil causantes, albam,vel griseam, aliãue abiectam tantum,& asperam ferre consueuerunt. Taliter intus,& foris instructi,ac per totũ terrarũ ambitũ fertili, copiosaq̃ propagine, merito, & numero in immensum in breui multiplicati signis radiant, virtutibus coruscant, diuina reuelatione sæpius subleuantur, angelica & dominica visione in exitu vitæ crebro consolantur.Infirmos curant,dæmones fugant,cœlestisq̃ patriæ dulcedinem, quantũ in præsenti licet,per contemplationem interdũ præguſtant. atq̃ ob hoc q̃uis laboribus attriti,vigilijs exinaniti,ieiunijs attenuati sint,more cycadarũ, quæ famelicæ plus grillire solent,totam pene noctem in psalmis,& hymnis,& canticis spiritalibus peruigilem ducunt. Manent autem,sicut olim in Aegypto sic & nunc in Galliæ,Germaniæq̃ partibus abundantius, vt in hoc haud mireris potentiæ,seu sapientiæ ab oriente ad occideutẽ translationẽ, cũ de religione itidem factũ eniteat. Est præterea diuersis in locis ad singulare certamen specialiter instructũ anachoretarũ,& solitariorꝝ in genere optimo pugnę sanctũ collegiũ, in numero quidẽ rarius,vitæ vero austeritate superioribus vel æquale, vel eminẽtius.Quorꝝ alij sub priore degẽtes,in remotis & abditis locis singuli sin-

Psal.43.

gulas cellas velut ſepulchra inhabitãt. Operibus manuũ ſuſtentant, modico cõtenti pabulo, annonã totius hebdomadæ ſabbato accipiunt, ac omnimodæ humanæ cõſolationis expertes, a colloquijs tantũ diuinis, & oratione nõ recedũt. Dñicis ſolum diebus ad oratoriũ, quod in cõmuni poſitũ eſt, cõcurrũt, ac verbo ſanctæ cohortationis a ſeniore irrigati, deificis ſalubriter refecti myſterijs, cum omni alacritate reuertunt. Alij vitæ ſuæ ſolum deũ teſtem habere cupientes, antris, ſpeluncis, parietibus ſe includũt, tantoq; ardentius cœlo ſuſpenſi ſabbatiçare credunt, quanto amplius omnis humanæ ſocietatis extorres inueniuntur. Sunt etiã qui ſqualores ſolitudinũ requirant, beſtiale ferarũ conſortiũ nõ pertimeſcant, herba paſcunt, pelle carnis pro operimento vtentes, algore noctis, & calore ſolis in modũ Aethiopũ denigrati, velut tympanũ obrigeſcant, atq; terreno habitaculo in terra poſiti, includi dedignãtes, tectoq; cœli tantũ vtentes, nõ ſe tam homines, q̃ cœleſtis curiæ cõtubernales eſſe demonſtrant. Omnes hi ab omni miſero mundi rotatu, de quo ſupra diſputatũ eſt, ſecluſi, poſt ſenarij laboris perfectionẽ, in veri ſabbati pace æternam quietẽ præguſtando poſiti, noſtrę enormitatis benigni & idonei interceſſores, huius Septimi operis terminus exiſtant. nosq; ad ea quæ ſequuntur, quis ſcilicet finis ciuitati dei maneat, quæ perditio reprobam mundi ciuitatem expectet dicenda, precibus ſuis aptos efficiant. A M E N.

F I N I S.

Latinoꝝ reges ante vrbem conditam.

Italus.	Ianus.	Saturnus.	Pius.
Faunus.	Latinus.	Hi regnauerunt ſimul circiter annos. 150.	
Aeneas Syluius.	Latinus Syluius.	Alba Syluius.	Aegyptus Syluius.
Capis Syluius.	Carpentus Syluius.	Tyberius Syluius.	Agrippa Syluius.
Aremulus Syluius	Auẽtinus Syluius.	Procas Syluius.	Amulius Syluius.

Romanorum reges.

Romulus.	Numa Põpilius.	Tullus Hoſtilius.	Ancus Marcus.
Targnius Priſcus.	Seruius Tullius.	Tarquinius Superbus.	

Romæ poſt reges exactos, conſules quotannis bini creati (& in maxima vrbis calamitate quandoq; etiã creabatur Dictator) vſq; ad imperatores.
Primus autẽ conſulum fuit Brutus.

	Octauianus Auguſtus.
	Tyberius.
	Caius Caligula.
Petrus.	Claudius.
	M. Nero. ¶ Prima perſecutio.
Linus.	Galba, Otto, Vitellius.
	Veſpaſianus.
Cletus.	Titus.
Clemens. I.	Domitianus. ¶ Secũda perſecutio
	Nerua.
Anacletus.	Traianus. ¶ Tertia perſecutio.
Euariſtus.	Adrianus. ¶ Quarta perſecutio.
Alexander. I.	
Sixtus. I.	
Theleſphorus.	Antoninus Pius cũ filijs.
Iginus.	
Pius. I.	M. Antoninus Verus, cum fratre Lucio
Anicetus.	Aurelio Cõmodo.
Sother.	
Eleutherius.	Cõmodus poſt Antoninum.
	Aelius Pertinax.
Victor. I.	Seuerus. ¶ Quinta perſecutio.
Zepherinus.	Antoninus Caracalla.
Calixtus. I.	Macrinus.
	M. Antoninus.
Vrbanus. I.	Alexander.
Pontianus.	
Antheros.	Maximianus. ¶ Sexta perſecutio.
Fabianus.	Gordianus.
Cornelius.	Philippus primus chriſtianus, cum Philippo filio.
Lucius. I.	Decius. ¶ Septima perſecutio.
Stephanus. I.	Gallus cũ Voluſiano. ¶ Octaua pſecutio.
Sixtus. II.	Valerianus cũ filio ſuo Galieno.
Dionyſius. I.	
Fœlix. I.	
Eutichianus.	Claudius.
Gaius.	Aurelianus. ¶ Noua perſecutio.
	Tacitus.
	Probus.
Marcellinus. I.	Carus cũ Carino & Numeriano filijs.
Marcellus. I.	Diocletianus, & ¶ Decima pſecutio.
Euſebius.	Maximianus Cæſares.
	Conſtantius & Galerius, & Licinius.
Melciades.	
	¶ GRAECI.
Syluester. I.	Conſtantinus.

Nota Fœlicẽ qui in catalogo positus est ab hæreticis, viuente Liberio, subrogatum.

Marcus.
Iulius.I.
Liberius.
Fœlix.II.
Liberius ab exilio reuersus.
Damasus.
Siricius.

Anastasius.I.
Innocentius.I.

Zosimus.
Bonifacius.I.
Celestinus.I.
Sixtus. III.
Leo.I.
Hilarius.I.
Simplicius.
Fœlix.III.
Gelasius.
Anastasius.II.
Simachus.
Hormisda.
Ioannes.I.
Fœlix.IIII.
Bonifacius.II.
Ioannes Mercurius.II.
Agapitus.I.
Siluerius.
Vigilius.
Pelagius.I.
Ioannes.III.
Benedictus.I.
Pelagius.II.
Gregorius.I.
Sabinianus.
Bonifacius.III.
Bonifacius.IIII.
Deusdedit.
Bonifacius.V.
Honorius.I.
Seuerinus.
Ioannes. IIII.
Theodorus.I.
Martinus.I.
Eugenius.I.

Constantinus cũ Constantio & Constante fratribus.
Iulianus.

Iouinianus.
Valentinianus.
Valens.
Gratianus cũ fratre Valentiniano.
Theodosius cum vtrisq;, & post vtroq;.

Archadius, & Honorius.
Theodosius cũ Valentiniano.

Valentinianus cum Martiano.

Martianus post Valentinianũ.
Leo.
Zeno.

Anastasius.

Iustinus.

Iustinianus.

Iustinus.

Tyberius.
Mauritius.

Focas.

Heraclius cum Constantino filio.

Constantinus.

Constans.

Vitalianus.
Adeodatus.
Domnus.
Agatho.
Leo.II.
Benedictus.II.
Ioannes.V.
Ghonon, al's Zeno.
Sergius.I.

Ioannes.VI.
Ioannes.VII.fœmina.
Sisinnius.
Constantinus.I.

Gregorius.II.

Gregorius.III.
Zacharias.
Stephanus.II.
Paulus.I.
Constantinus.II.
Stephanus.III.
Adrianus.I.

Leo.III.

Stephanus.IIII.
Pascalis.I.
Eugenius.II.
Valentinus.
Gregorius.IIII.
Sergius.II.
Leo.IIII.
Benedictus.III.
Nicolaus.I.
Adrianus.II.
Ioannes.VIII.
Martinus.II.
Adrianus.III.
Stephanus.V.
Formosus.
Bonifacius.VI.
Stephanus.VI.
Romanus.I.
Theodorus.II.

Constantinus.

Iustinianus.
Leo.
Tyberius.

Iustinianus idem qui supra.
Philippus.
Anastasius.
Theodosius.
Leo cũ Constantino filio suo.
Item Constantinus cũ Leone filio, Pipino Frãcorũ rege, iã Patritio Romanorũ.

Leo post mortem patris, Carolo rege Francorũ, & Romanorũ patritio.

Constantinus cum matre.
Hirene post filium.

FRANCI.

Carolus accepit imperium.
Ludouicus cũ Lothario filio.

Lotharius post patrem.

Item Lotharius cũ Ludouico filio.

Ludouicus post patrem.

Carolus.
Carolus.

Arnolfus, iuxta quosdam.

Hi duo tñ a catalogo regũ, ppter insuasionẽ regni quã viuẽte Iustiniano, Leo primus, post Tyberius Leonem expellendo fecerãt, remoti sunt.

Ioannes.IX.
Benedictus.IIII.
Leo.V.
Christophorus.I.
Sergius.III.
Anastasius.III.
Lando.
Ioannes.X.
Leo.VI.
Stephanus.VII.
Ioannes.XI.
Leo.VII.
Stephanus.VIII.Germanus.
Martinus.III.
Agapitus.II.
Ioannes.XII.
Benedictus.V.
Leo.VIII.
Ioannes.XIII.
Benedictus.VI.
Domnus.II.
Bonifacius.VII.
Benedictus.VII.
Ioannes.XIIII.
Ioannes.XV.
Ioannes.XVI.
Gregorius Teutonicus.V.
Ioannes.XVII.
Syluester.II.
Ioannes.XVIII.
Ioannes.XIX.
Sergius Os porci.IIII.
Benedictus.VIII.
Ibannes.XX.
Benedictus.IX.
Syluester.III.
Gregorius.VI.
Clemens Teutonicus.II.
Damasus Teutonicus.II.
Leo Teutonicus.IX.
Victor Teutonicus.II.
Stephanus Teutonicus.IX.
Benedictus.X.
Nicolaus.II.
Alexander.II.
Gregorius.VII.
Victor.III.

LONGOBARDI.

Ludouicus.iuxta Romanos.
Berengarius.
Berengarius.

Vgo.

Berengarius.
Lotharius.
Berengarius cum Alberto filio.

TEVTONICI.

Otto cum Ottone filio.

Otto post patrem.

Otto.

Henricus.
Conradus.

Henricus imperator.

Henricus.

Vrbanus.II.
Paschalis.II.
Gelasius.II.
Calixtus.II.
Honorius.II.
Innocentius.II.
Celestinus.II.
Lucius.II.
Eugenius.III.
Anastasius.IIII.
Adrianus.IIII.
Alexander.III.
Lucius.III.
Vrbanus.III.
Gregorius.VIII.
Clemen.III.
Celestinus.III.
Innocentius.III.
Honorius.III.
Gregorius.IX.
Celestinus.IIII.
Innocentius.IIII.
Alexander.IIII.
Vrbanus.IIII.
Clemens.IIII.
Gregorius.X.

Henricus.

Lotharius.

Conradus.

Fridericus.

Henricus.

Philippus,itē Otto,itē Fridericus.
Henricus.

Henricus,item Vuilhelmus.

Rudolfus.

INNOCENTIVS. V.

Adrianus.V.
Ioannes.XXI.
Nicolaus.III.
Martinus.IIII.
Honorius.IIII.
Nicolaus.IIII.
Celestinus.V.
Bonifacius.VIII.
Benedictus.XI.
Clemens.V.
Ioannes.XXII.
Benedictus.XII.
Clemens.VI.
Innocentius.VI.
Vrbanus.V.
Gregorius.XI.
Vrbanus.VI.
Bonifacius.IX.
Innocentius.VII.

Albertus Adolfus.

Henricus.
Ludouicus,Fridericus.

Carolus.

Vuentzeslaus.

Rupertus.

Gregorius.XII.
Alexander. V.
Ioannes.XXIII.
Martinus.V. — Sigismundus.
Eugenius.IIII.
Fœlix.V. — Albertus.
Nicolaus.V. — Fridericus.
Calixtus.III.
Pius.II.
Paulus.II.
Sixtus.IIII. — MAXIMILIANVS.
Innocentius.VIII.
Alexander.VI.
Pius.III.
Iulius.II.
LEO. X.

De diuo Cæsare nostro Maxæmiliano. S.A. Carmen fratris Benedicti Chelidonij.

Nostro nunc æuo Maxæmilianus auitis,
Insignis titulis, inclyta sceptra tenet.
Maximus ille quidem, superum bonitate Quirini
Mittitur in magnum cœlitus imperium.
Patris & Aeoi, Lusitanæ pignora matris,
Gadibus auroram iungit, vtrinq; satus.
Ingenio, formaq; deis par, natus ad aulam,
Et maiestatis culmina summa sacræ.
Doctas a puero Musas, ludosq; Gradiui,
Et studium coluit, quale Diana colit.
Mox iuuenis Regum trabea decoratur, & alti
Fit solij consors Cæsaris atq; patris.
Supponitq; humeros nunc orbi, Cæsar & ipse,
Alter & Alcides noxia monstra premit.
Sepe illi fortuna minax congressa, palestram
Viribus instaurans, est superata tamen.
Susceptam regni molem, pondusq; malignum
Artibus ingenue sustinet ille tribus.
Pacis amat morem, subiectis parcere nouit,
Iusticia atq; armis corda superba domat.
Vltrices aquilas potis Hadria sanguine spumans,
Olim iam tumidus prosperitate, tremit.
Cæsaris aerias Athesina trophea per Alpes
Clara, triumphatis hostibus, astra canunt.
Est rigor ille quidem, sed munificentia maior.
Quæ duo præcipue Regia corda decent.

Viue decus mundi longissima tempora Cæsar,
Quo saluo, Petri salua carina manet.
Principe te pereant inimici pacis, & anni
Saturni redeant sæcula prima, Vale.

De morte Cõradi imperatoris, in cuius locũ Fridericus dux Sueuoꝝ rex electus, & quõ maximũ schisma in ecclesia oriri cœpit, tandẽ Alexãder confirmat, qui Romæ concilium celebrauit. Itẽ quõ impator bis Longobardiam intrauerit, Mediolanũq; ceperit. Tandẽ quo pacto Henricũ filiũ regia dignitate sublimauerit, data ei prius vxore nobili, & qualiter idẽ Henricus Bresacũ ædificauerit. CAPVT VLTIMVM.

ANno ab incarnatione dñi. M.cliij. Conradus dux de Zeringẽ obijt, post quẽ etiã Conradus rex eodẽ anno defunctus est, in cuius locũ Fridericus dux Sueuoꝝ, filius fratris eius Friderici.xcv. ab Augusto rex electus est apud Franconefurt, vnanimi principũ, totiusq; regni cõsensu. Huius.viij. principatus anno, Adrianus venerabilis papa obijt. & inter duos alios, Alexandrũ videlicet & Octauianũ, qui alio nomie Victor appellatus est, maximũ schisma ecclesię oriri cœpit. quod.xix. annis miserabiliter durauit, Friderico rege cõtra Alexandrũ pertinaciter resistente, & in idipm plures episcoporꝝ regia potestate compellẽte. Quod demũ multo labore dei gratia sanatũ est, & Alexander vniuersalis totius ecclesiæ pater canonice cõfirmatus est, qui secũdo cõfirmationis sue anno, maximũ Romæ concilium cõgregauit, in quo plures episcopos schismaticos, & plures diuersoꝝ ordinũ per ipsos ordinatos degradauit, & damnauit. Eo etiã tẽpore prędictus imperator Fridericus expeditionẽ maximã cõtra Longobardos mouit, & Mediolanũ cepit, atq; ædificiorũ ciuitatis eiusdem plurimã partẽ subuertit. Transactis aũt paucis post hęc annis, iterũ cũ exercitu, multoq; comitatu episcoporꝝ, ducũ, & comitũ, diuersorũq; principũ Teutonici regni, secũdo Longobardiã ingrediẽ, & ibidem regali potentia grandia multa perficere molitur. Sed circa finẽ Augusti mensis, facta est immanis mortalitas in eodẽ exercitu principũ Teutonici regni, episcopi scilicet Colonienſis, Friderici de Vuinſberg, Velfonis Iunioris de Rauenesburg, cũ multis alijs. His etiã diebus prædictus imperator Fridericus Henricũ filium suũ regia dignitate sublimauit, eiq; puellam nobili genere procreatã, Rongeri scilicet & Vuilhelmi Apulienſiũ principũ filiã copulauit, nuptiasq; ipsius Mediolani regali gloria, multaq; potentia perpetrauit. Postea vero idẽ rex Henricus castrum quoddam in Brisagaugia Bresacũ dictũ, in refugiũ pauperũ velut misericordiæ asylum, cœpit ædificare, cunctosq; confugientes illuc a totius iniusticiæ violentia, regali potentia studuit defensare.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

PROLOGVS IN LIBRVM OCTAVVM.

HOc opus nostrum, quod de duabus ciuitatibus intitulauimus, tri farie distinctum inuenitur. Cum em̃ ciuitas Christi seu regnũ eius, scd'm præsentẽ statũ vel futurũ eccl'ia dicatur, aliter se modo q̃ diu bonos & malos in vno gremio fouere cernit̃, habet, aliter tũc cũ solos bonos in superni sinus gloria seruabit, habitura erit aliter anteq̃ plenitudo gentiũ introierit, sub principibus gentiũ viuẽs se habuit. Denicq; q̃ ecclesia non solũ cũ Christo regnãs, sed & in p̃senti horreo granũ & paleam cõtinens, regnũ Christi vocet̃, in euãgelio manifestissime habes. vbi de regno suo scandala, quę nulla, pfecto in cœlesti patria trãquilissima, & fœlicissima fore poterũt, auferen da p̃dicunt̃. Ea ergo locutione, qua Christus ppter sacramẽtorũ cõmunionẽ ma los & bonos, fidẽ istos p charitatẽ operantẽ, illos sine operibus mortuã habẽtes regnũ suũ noĩat, ea etiã nos ciuitatẽ eius hũc præsentẽ statũ vocamus. Neq; em̃ cramẽtis cõmunicẽt, an exterius tantũ ea accipiãt, solerter inquirũt. vel si itẽ ma li, ecclesia q̃ corpus Christi dici ppter tẽporalẽ cõmixtionẽ, ac sacramentorũ cõ ci oculo intendendo, oẽs in ecclesia fidẽ tenẽtes catholicã, ciuitatẽ Christi voca mus, deo qui solus nouit qui sint eius, iudiciũ, discussionẽve singulorũ relinq̃n tes. Ciuitatis puersę triplex ęque status inuenit̃, q̃rũ primus ante gratiã, secũdus tpe gratię fuit, & est, tertius post p̃sentẽ vitã erit. Primus miser, secũdus miserior tertius miserrimus. Ecõtra vero alterius partis primus abiectus, secũdus p̃sper, tertius beatus, vel primus humilis, secũdus mediocris, tertius pfectus. Ac de du plici vtriusq; partis statu, quõ. s. vnus primo humilis cũ latuit, post datis sibi nõ solũ internis bonis, sed & exteriori p̃speritate, nõ vt prius abiectus, nec adhuc vt in futuro erit, gloriose beatus & p̃fectus, medius seu mediocris. alter vero tã infinitarũ mutationũ motib⁹, q̃ veræ religiõis ignorãtia primo miseris, secũdo post reuelatã lucẽ tanto miserior, q̃nto post manifestatã veritatẽ inexcusabilior fuit, in p̃cedẽtib⁹ satis dictũ est. De tertio vero, quõ videlicet hęc ad summã bea titudinẽ p̃fectura, illa ad vltimã miseriã defectura & casura sit, iudicãte ac exa mĩnãte in vltimo iudicio iustissimo iudice vtriusq; vrbis causam, in hoc octauo
Prouer. 16. opere dicendũ restat. Verũ quia vt ait Salomon, ante ruinã exaltari cor, & ante gloriã frequẽter solet humiliari, quæ hanc gloriã ciuitatis suæ humiliatio, quæ hanc ruinã ciuitatis puersæ momẽtanea sub Antichristo p̃cedat elatio, q̃ntũ ex autenticis libris colligi daf̃, p̃mittere aptũ reor. Sic em̃ post densissimas p̃secuti onũ tenebras, gratior æternus æternæ pacis dies, & post tẽporalẽ arrisionẽ mo lestissimus pœnarũ turbo, æternaq; nox grauior apparebit. quatinus & istius spes p̃sentes labores breues efficiat, & illi⁹ timor ab hac tẽporali, siqua est, quia transitoria est, voluptate deterreat. Nũc eis respõdendũ videt̃, qui forte hũc no strũ laborẽ tanq̃ inutilẽ euacuare conabunt̃, q̃si tot alternantiũ maloꝝ histori cis narrationibus, tã ardua & arcana scripturarũ documẽta nõ digne cõmisceа mus. Et primo quidẽ, q̃uis de hoc exẽplo beati patris Augustini, quẽ imitari p posuimus, idẽ in libro de ciuitate dei facientis, excusemur, tñ rationũ & auctori tatũ spiculis, eis obuiãdũ erit. Nunqd nõ gratior est dies sequẽs noctẽ, dulcior quies post laborẽ, somn⁹ post lassitudinẽ, cibus post esuriẽ? Quid de heptatico

regnorũ libro Paralipomenon dicam. Deficiet me tẽpus enarrantẽ, si vniuersas sacræ scriptutæ paginas, vtpote Ruth, Iudith, Hsdræ, Hester, Machabeorũ per currere velim. qui dũ mystico sensu, & deifica sapiẽtia sint grauidi, diuersas tñ mortaliũ erũnas, & bellorũ tẽpestates cõtinẽt. Taceo pphetas, qui inter crebras mutabiliũ miserias, secreta sanctiſpiritus nõnunq̃ vaticinia posuere. Obmitto apl'os, qui pfundissimis diuinorũ mysteriorũ arcanis, nephãdissima huius mũ di facta freq̃nter interseruere. Sic Daniel ab historica narratione ordinẽs, pfun dissima visione opus suũ terminauit. Ht egregius ille p̃dicator, scd'm datã sibi præ cęteris apostolis sapientiã, de secretissimis dei magnalibus excellẽter dispu tans, ad correctionẽ nostrã quædã turpia tenebrarũ opa in capite epl'arũ obiur gando, cõmemorare nõ erubuit. Sed & dilectus ille Christo discipulus, euãgeli cæ narrationẽ veritatis, alto illo inchoatã principio cõcludens, cũ dixisset. Mul Ioan. 20.
ta quidẽ & alia signa fe. Ie. in cõ. dis. suorũ, q̃ nõ sunt scri. in li. hoc. Hæc aũt scri pta sunt &c. exẽplũ dñicũ, statũ futuræ vitæ in captura piscium, & rætis solidita te, necnõ & cibi suauitate p̃sagies, subtexuit. Manifestauit inquies, se Iesus ad Ioan. 21.
mare Tyberiadis. Sicq; huius tam eximiæ rei prærogatiuã in calce libri ponẽs, omnẽ retroactæ narrationis seriẽ, eius tanq̃ procœmiũ fecit. Dñs quoq; in prin Gen. 1.
cipio fecit cœlum & terrã, inuisibilem primo & incompositămateriã edidit, ac postmodũ in ordinẽ eam, & lucẽ redegit. Non ergo delinquere nos arbitramur si enumeratis præsentis vitæ miserijs, de æterna sanctorũ quiete, tanq̃ de luce post tenebras, quantũ deus permiserit, tractare conabimur.

De quadrifaria ecclesiæ persecutione. Ex qua tribu Christus nasci turus sit. CAPVT I.

SIcut ex scriptura sacra docemur, ciuitas Christi primo violentã a ciuitate mundi sub tyrannis, infidelibusq; regibus, secũdo frau dulentã hæreticorũ, tertio fictã hypocritarũ tẽpore, persecutionẽ passa, vltimã tam violentã, q̃ fraudulentã, fictãq;, ac omniũ gra uissimã sub Antichristo passura erit. Qui ex hoc q̃ Christũ se mẽ tiens, Christo p oĩa vita, & doctrina oppositus erit, Antichristus tanq̃ cõtrari⁹ Chr̃o vocat̃, gręci em̃ anti cõtra dicũt. Porro de tribu Iuda, seruili. s. cõditõe, ex illa q̃ dicit̃ auctoritate, Fiat Dan coluber ĩ via, cerastes ĩ semita, nascitur⁹ credit̃. Gen. 49.

De discessione quæ eius aduentũ præcedet. CAPVT II.

QVæ vero aduentũ eius indicia p̃cedant, Apl's insinuat, qui Thessa lonicẽsibus scribẽs ait. Et nũc quid detineat scitis, vt reueleť in suo 2. Thessa. 2
tẽpore. Nã mysteriũ iã operať iniquitatis tantũ, vt qui tenet nunc te neat, donec de medio fiat. Et rursum. Nisi venerit discessio primũ, Ibidem.
& reuelatus fuerit homo peccati, filius p̃ditionis &c̃. Quod quidã ad Neronẽ, cuius tẽpore Paulus scripsit, interp̃tanť, sicut supra dixisse me memini. Alij vo de diabolo, cuius mẽbra oẽs ad reprobã ciuitatẽ p̃tinẽtes sunt, dictũ æstimant. Aiũtq; Paulũ intellexisse Zabulũ, qui p mẽbra sua sanctos p̃sequẽdo, mysteriũ iniquitatis tũc operabať, tẽpore suo. i. in fine mũdi, ad manifestã impietatẽ reue landũ fore, ac collectas vires p Antichristũ effusurũ. Vnde ĩ Apocalypsi habes Apoca. 20.
q̃ post mille annos, qui quidẽ numerus plenitudinẽ significat tẽporis, Sathan qui modo in reprobor̃ mẽtibus malitiã intra se cohibẽtibus, tanq̃ in abysso li

gatus noſcit, ſoluẽdus, i. ad manifeſtã nequitiã, prupturus, totas vires effuſurus ſit. Et nota q̃ Paulus omnẽ p̃ſentis diei malitiã, nõ iniquitatẽ, ſed myſteriũ iniquitatis noĩauit, vt p̃ hoc oĩs, quẽ eccleſia a primo tẽpore vſq; ad Antichriſtũ patitur, labor reſpectu illi⁹ quẽ tũc paſſura erit, nõ iniquitas, ſed tanq̃ myſteriũ, i. ſpecies iniquitatis appareat. Vel myſteriũ vocat tanq̃ occultũ, res em̃ ſecretas myſticas dicere ſolemus. & eſt ſenſus, In illo tp̃e tã manifeſta, tam periculoſa, & cruẽta erit tribulatio, vt oẽm quã nũc patit̃, vel paſſa fuit eccleſia, cõparatiõe illius quaſi occultã reputet. Quod vero ſubſequit̃, & ait, Qui tenet nũc teneat, donec de me fiat, p̃dicto ſenſui accõmodatũ cernit̃, velut qui nũc ſub honeſto pudore vitia reuelata tenet, teneat donec, p̃ceſſu tẽporis inuerecũda frõte cõmiſſa, ad mediũ, i. ad publicũ veniãt. Hoc etiã videt̃ innuere cum p̃miſit, Quid detineat ſcitis, vt reueleť in ſuo tẽpore. Tanq̃ diceret, nõ ante reuelabit̃, q̃; cõpleta malicia Amorreoꝝ, tẽpus quo manifeſtari debet, aduenĩat. Vnde & hanc ipſius reuelationẽ, diſceſſionẽ p̃ceſſurã narrat. Tunc em̃ vere caput erroris apparebit, cũ relicta veritate, a veritatis auctore totus pene mũdus diſcedet. Quidã diſceſſionẽ, & hoc q̃d dicit̃, qui tenet ten.do. de me, fiat, ad regnũ interp̃tant̃, vt. ſ. oĩbus amore ſcelerũ iuſtitię renitẽtibus, ac p̃ hoc a iuſtitia regni diſcedẽtib⁹, ad tantã qui regnũ tenet, deiectionẽ veniat, vt ſine reuerentia de medio, i. de cõmuni q̃ſi quilibet de plebe fiat. Vnde & aiũt Apl'm hęc ſub tegumẽto, verborũq; inuolucris poſuiſſe, ne videlicet Romano imperio, q̃d ab ipſis ęternũ putabat̃, calũniã intuliſſe videret̃. Qua de re & hoc dictũ putãt, quid detineat ſcitis. ac ſi diceret. Hoc q̃d vos ſcitis, alienigenas manifeſta demõſtratiõe ſcire volo. Alij v̊o eadẽ verba, eodẽ q̃ de regno diximꝰ ſenſu, de ſacerdotio, & Romana ſede iterp̃tant̃.

De ipſo eius aduẽtu, ac p̃ſecutione quæ ſub ipſo fiet. CAPVT III.

OStenſo quæ eũ indicia præcedãt, nũc de ipſo eius aduẽtu, ac ea quæ tunc fiet p̃ſecutiõe, p̃ſequamur. Dñs Iudęis p̃dicans, ac nõ auditus, Ioan.5. inter alia dixit. Ego veni in noĩe patris mei, & nõ recepiſtis me, ſi alius venerit in noĩe ſuo, hũc recipietis. Et Paulus. Ho q̃ charitatẽ veri 2.Theſſa.2 tatis nõ receperũt, vt ſalui fierẽt, ideo mittet illis deus operationẽ erroris, vt credant mendacio. Nec timuit Paulus dicere, q̃ dñs mittat eũ. Mali em̃ & ſi ciuitatẽ dei nõ iuſticiæ, ſed iniquitatis ẓelo affligant, nihil tñ niſi quod & quantũ per 1.Regũ.16. mittunt̃, facere poſſunt. Vnde ſpiritus dñi malus irruiſſe dicitur in Saul. Malus quippe p̃pter nequiſſimã voluntatẽ. & idẽ dñi, propter acceptã ab eo iuſtiſſimã poteſtatẽ. Quod ſi dñs oẽs reprobos regnare permittit, quanto magis omniũ reproboꝝ caput tẽporalis p̃ſperitatis, ac ſęuiendi in ſuos poteſtatẽ eius ſine nutu nõ accipit. Mittet ergo eũ dñs, quia malitiã corde conceptã, nõ amplius q̃; ipſe permittet, exercere valebit. Sed quærendũ eſt, quare dñs ciuitatẽ ſuã tã imaniter tribulari p̃mittat, cur eius hoſti tantã malefaciendi efficaciã tribuat. At non eſt mirũ, ſi dñs eccleſiã ſuã de nihilo ſuſcitatã, & ad ſummã in terra faſtigiũ, vt ſupra diximus, exaltatã ante vltimæ tribulationis brauium, ne longo diſſoluta ocio, in amore ſui cõditoris torpeat, excitatã grauiſſima prius exerceat paleſtra. Erit aũt hæc p̃ſecutio, vt ſup̃ dictũ eſt, violẽta & fraudulẽta, & violẽta nõ q̃dẽp Pſal.9. ſe ſed p̃ potentẽ p̃ſonã, vt mihi videt̃, exercebit̃. Vnde Pſal. Sedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis, vt interfi. in no. id eſt occultis machinamẽtis potẽtes mundi, ad hoc vt manifeſta ſanctis irrogent ſupplicia, incitabit. Et hanc puto beſtiã

in Apocalypſi vocatã. Nam ipſum Antichriſtũ eadem ſcriptura pſeudoprophẽtam nominat, diabolũ vero inſtigantẽ draconẽ. Ex hoc conijci poteſt, ipſum p̃ omnia in hypocriſi venientẽ, nõ tormenta exteriora per ſe ſanctis inferẽdo, ſed ſignis mendacij, & ſpecie religionis, ac imagine rationis fraudulenter mundũ decepturũ, tormẽta vero per potentem adhuc ſibi aſcitũ ſanctis intentaturũ. Si qui vero vnũ eum potentẽ, vtpote Romanoꝝ imperatorẽ ad hoc aſcire contendunt, & hunc beſtiam dictum, non calumnior.

De vita, & doctrina eius. CAPVT IIII.

QVoniã vero ſupra vitã, & doctrinã ei⁹ Chriſto cõtrariã teſtati ſum⁹, q̃liter id fiat, deo adiuuãte dicamus. De vita quidẽ cõſtat, qa Chr̃s de ſolio patris ac ſuperis deſcẽdẽs, ſe ad redimendũ genus humanũ humiliauit, ille de inferis aſcendere nitens, ac ſupra omne q̃d dicit̃, aut q̃d colit̃ deus ſe extollens, ad decipiẽdos hoĩes ſubleuabit. Ille vitutẽ & excellentiã deitatis occultãs, aſſumptã carnẽ ſputis & flagris expoſuit, iſte fragilitatẽ ſuã nõ cõſiderãs, ac ſe ſup hoĩem deũ iactans, de hoc q̃d nõ eſt, gloriã & honorẽ ab hoĩbus expectabit. Doctrina vero eius, inquãtũ ab illius diſſideat, luce clarius eſt, cũ dñs humilitatis, Diſcite inquiẽs, a me, quia mitis ſum, & humilis Matth.11. corde, iſte ſuꝑbiæ, Mea ſunt dicẽs, ſtumĩa, & ego feci illa, magiſter appareat. Et Eſech.29. nota, q̃ in fide noſtra in duob⁹ p̃cipue calũniãdi materiã inuenit, qua videlicet alia humanæ rationi, alia carnis voluptati cõtraria p̃dicat. Humanæ rationi cõtraria, vt partũ virginis, ſacramẽtũ altaris adorare, crucifixũ hoĩem credere deũ &c̃. hmõi. Voluptati cõtraria, vt hoc eſt. Qui vult venire poſt me &c̃. & Niſi qs Matth.16. renũciauerit oĩbus q̃ poſſidet, nõ põt meus eſſe diſcipulus. & Vę vobis diuites. Lucæ.14. & Beati pauperes, & hmõi. Sapiẽtes ergo argumẽtis, ac ratiõe inducẽs, ſtultos Lucæ.6. rerũ tẽporaliũ delicijs allicięs, vtroſq; falſis p̃miſſionibus ſeducet. Quapropter Matth.5. dñs in euãgelio ait, q̃ tantũ erit illius tẽporis periculũ, vt in errorẽ ducant̃, ſi fieri poſſet, etiã electi. Et in Iob habes, q̃ eſca ei⁹ ſit electa. Illi quippe qui humanã rationẽ ſequẽtes, de rerũ cauſis philoſophant̃, facilius rationibus, & argumẽtis ad hoc vt fidẽ negẽt, inducunt̃, q̃; ad hoc faciendũ minis deterreant̃, delectationibus ſæculi allicĩant̃. Hæc de vita, & doctrina eius dicta ſufficiant.

De Enoch, & Helia. CAPVT V.

RẹDicante aũt ipſo, humanũq; genus, & p̃cipue Iudaicũ populũ ſeducẽte, Enoch & Helias, qui adhuc ſupſtites ſunt, venturi credunt̃, vt eoꝝ, q̃ꝝ vnus ante legẽ, alius ſub lege fuerũt, auctoritate mũdus errore deceptus, ad agnitionẽ veritatis redeat. Et de Helia q̃dẽ dñm in p̃pheta dicentẽ habes. Ecce ego mittã vobis Heliã Teſbitẽ, qui cõuertat cor Malach.4. patrũ ad fi. &. ca. fi. ad pa. e. anteq̃ veniet dies dñi ma. & hor. De vtriſq; vero in Apocalypſi ſcriptum inuenies, vbi rurſum, q̃ ab Antichriſto interficiẽdi, ac q̃ ipſe poſt hoc ſpiritu oris dñi, tam ipſoꝝ, q̃; aliorũ ſanctoꝝ ſanguine ad deũ clamante, percuſſus, finem perſecutionis ſit impoſiturus, legitur.

De tempore tyrannidis eius. CAPVT VI.

TEmpus q̃q; tẽtatiõis tribus annis & dimidio, totidẽ. ſ. q̃d & dñs p̃ Danie.7. dicauit, ex hoc q̃ ibidẽ dicit̃. Vſq; ad tẽpus & tpa, & dimidiũ tpis protẽdi latenter innuitur. Euidentius aũt ex illa auctoritate Apoca

Apoca.11. lypſis, Ciuitatem ſanctam calcabant menſibus .xlij. declaratur. Quam breuita
tem tēporis ex immanitate pſecutionis, ppter electos a miſericordiſſimo iudice
Marci.13. prouiſam eſſe dñs inſinuat, cū ait. Niſi abbreuiati eſſent dies illi, nō fieret ſalua
omnis caro, ſed propter electos abbreuiabuntur dies illi.

Quæ percuſſo eo aduentū dñi ſigna præcedant. CAPVT VII.

Oſee.1. PErcuſſo impiæ ciuitatis capite, infidelis Iudęorū populus iā ſe delu
ſum cernēs, ad cōuerſionē venire credit, iuxta illud pphetę. Si fuerit
numerus filiorū Iſrael ſicut arena maris, reliquię ſaluæ fiēt. Poſt hoc
locus pœnitētiæ manet, cuius ſpaciū oēs mortales latet. Igit oībus
Lucæ.21. quę pdicta ſunt cōſummatis, ſignisq; vniuerſis in ſole & luna, & ſtellis, mariq;
tranſactis, cūctis p timore, & expectatione q̄ ſupueniet vniuerſo orbi, areſcenti
bus, reprobę ciuitatibus interitus, & ciuitatis Chriſti puectus, diesq; dñi iuxta
veritatis vocē, q̄ ſuos blande cōſolans, Cū videritis inq̄t, hæc fieri, ſcitote quia
Matth.24. prope eſt regnū dei. qui tanq; fur in nocte, i. nō puiſus edentibus, & bibētibus,
nubētibus, nuptui tradētibus, iuxta dñi rurſus vocē, venire nō dubitaſ. Quod
nō crudeliter, ſed magna cōditoris puidētia ſapiēter fieri credendū eſt, vt ſemp
de aduētu iudicis pauidi, ſemp ad rationē reddendā parati inueniamur. Longo
me iā ocio torpentē, & diuerſas ob occupationes q̄ſi dormitantē, vltimo de tpe
2.Theſſa.4 locuturū, tuba ſalutaris excitet. Quis em̄ hac audita, ſomno pigritiæ depreſſus
nō euigilet, p quā etiā exurgūt mortui? Fateor qa ad plurima ſenſu iā diu diſtra
cto, minorē me, imo nullū, ad tā ardua tractanda iudicans, digitū ori ſuppoſui,
malens dies malos ſilentio tranſigere, q̄ magnis de rebus in pturbatione teme
Pſal.45. rarie diſputare. Scio em̄ qui dixit. Vacate, & videte. Noui etiā pturbatione con
ſilij ſemp eſſe neſciā, amicā ocij, negocioſa officia renuere ſapientiā. Quibus dū
nunq̄ ad plenum carere mereor, q̄nq; tū minus importune ingruentibus, q̄uis
tenuiter alleuiari videor. Proinde hoc reſurrectiōis tpe nō noſtris, ſed illius qui
Roma.4. ppter delicta nr̄a mortuꝰ eſt, & reſurrexit ppter iuſtificatiōes noſtras, viribꝰ, &
ope fulti, de reſurrectiōe mortuorū, fineq; tēporū dicere ordiamur, ipm obnixe
inuocātes, vt a morte anīæ ſuſcitatos, digne tanta nos eloqui myſteria cōcedat.

De exterminatione ſæculi per ignē. CAPVT VIII.

1.Theſſa.5. CVm iuxta Apl'm, pax & ſecuritas dixerint, repētinus interitus ſup
ueniet, terribiliq; ignis virtute cūcta cremabunt. Quā ſæculi p ignē
exterminationē non ſolū noſtri, pphetico ſpū veridice pdixerūt, ſed
& quidā ex gētibus humana ſubnixi ratiōe, phyſicis opinionibus
ſomniauerūt. Vnde p̄cipuus philoſophorū Plato, mūdū abditis naturę rationi
bus, aqua prius, poſt igne purgandū, in Tymeo ſuo aſſerit, & quidā poetarū de
ea dē re ſic ait. Reminiſcere tēpꝰ Affore q̄ mare, q̄ tellus, ī mēſaq; regia cœli Ar
deat, & mūdi moles immenſa laboret. Sed & Sibylla in pphetia de Chriſto ha
bita, vltimi huius incēdij, extremiq; iudicij manifeſte meminit. Refert etiā Ioſe
phus, primū hoīem qui rerū cauſas tanto ſubtilius, & ſublimius rimari potuit,
quāto primordialē eorū creationē recētius vidit, rerū oīm exterminationē, vnā
ignis virtute, alterā aquarū multitudine p̄dixiſſe. Cui cōcordās ex nr̄is Petrus,
2.Petri.3. Cœli inq̄t, erāt prius & terra de aq̄ & p aquā cōſiſtēs verbo dei, p q̄ ille tūc mū
dus aqua inūdatus periit. Cœli aūt qui nūc ſunt & terra, eodē verbo repoſiti ſūt

igni reſeruati in diē iudicij, & pditionis impiorū hoīm. Et infra. Aduenīet autē
dies dñi magnus, in quo cœli magno impetu trāſibūt. Quibus verbis nōnulli
volunt Petrū ſenſiſſe, tantū flammā ignis debere aſcēdere, quantū prius aquas
diluuij cōſtat aſcendiſſe. Ait em̄, cœlū & terrā, cœlum nimirū aeriū intelligens.
Vnde & aues cœli dicimus prius aquarū inundatione periiſſe, eos vero qui nūc
ſunt, eodē verbo repoſitos, & igni reſeruatos, i. eodem modo & qualitate ignis,
quo prius aquæ, exterminandos, vel in melius mutandos.

Qualiter intelligendū ſit, Cœlū & terra tranſibunt. CAPVT IX.

Hic nō incongrue quæri poteſt, quō iuxta hanc auctoritatē, ipſiusq;
veritatis atteſtationē, cœlū & terra tranſeat, vel potius pereat, Pſal
miſta dicēte, Ipſi peribūt, tu aūt pmanebis. Quō em̄ principales cre Pſal.101.
aturæ in principio factæ peribunt, cū nulla ſubſtantia perire credaſ?
& ſcriptura ſacra oībus fluxis & tranſitoriis prius enumeratis, dicat, Terra em̄ Eccs.1.
in æternū ſtat. Nunquid terra ſtante, cœlū q̄d dignius eſt & ſuperius, peribit?
Qui ſcrupulus facilius ſoluiſ, ſi q̄d ſcd'm quid dicaſ, diligētius intueamur. Di Trāſire va
cimus em̄ tranſire diuerſis modis. Eſt nāq; trāſitus de nō eſſe ad eſſe, vel de eſſe rie dicit.
ad nō eſſe, vel de eſſe ad aliter eſſe, i. tranſitus, vt ficto noīe dicā, aliationis, a faci
endo aliud, vel alterationis, a faciēdo alteratū. Qui trāſitus alterationis in diui
na pagina diuerſis modis fieri dicit, i. vel de bono ī malū, vel de malo ad bonū,
vel de bono in melius, vel de malo in deterius. De bono in malū tranſiuit Luci Eſaię.14.
fer, factus de angelo diabolus, de vita ad mortē vergens. De malo in bonū Pau Actuū.9.
lus, ex perſecutore factus Apl's, de morte ad vitā tranſiens. De malo in deterius Actuū.12.
Herodes, de cruciatibus corporis ad ſæuiſſima gehennæ tranſmeās tormenta.
De bono in melius quilibet fidelis, de bona huius vitæ cōuerſatione ad brauiū
tranſiēs retributionis æternæ. Et em̄ de Chriſto dicit, quia trāſiuit de hoc mūdo Ioan.13.
ad patrē. Sic ergo cœlū & terra dū trāſire dicunt, nequaq; de eſſe ad nō eſſe ver
gere, velut abolenda, q̄ eſſent trāſire ad aliud, ſed de hoc ſtatu ad aliter eſſe, i. ad
aliū pulchriorē, longeq; excellentiorē cōmutanda, & tranſfiguranda aſſerunt.
Vnde Paulus. Præterit figura huiꝰ mūdi, figura inq̄t, nō natura. Pſalmiſta q̄q; 1.Corin.7.
ne q̄d dixerat, ipſi peribūt, aſperius interp̄taremur, ſubiūxit. Sicut veſtimentū Pſal.101.
veteraſcēt, & ſicut opertoriū mu. eos, & mu. Ac ſi diceret. Tabeſcētia, & quaſi ſe
neſcentia ex lōga, & multimoda corruptione. Hæc elemēta meliori ſtatu, velut
decētiori amictu decorata innouabis. Quāuis ſi recte inſpiciamus, quid & cui
dixerit, haud miremur cœlū & terrā perire dixiſſe. Ait em̄ & deo. Tu autē pma
nes. & rurſum. Sicut veſtimentū veteraſcēt, & ſicut opertoriū mu. eos, & mu. tu
aūt idē ipſe es, & anni tui nō defi. & nō mutabe. Rem ſtabiliſſimā, ſed creaturā
ad creatiōis ſui incōmutabilitatis & idēptitatis cōparationē perire, veteraſcere
cōmutari debere. Puritatis intuitu, res mūdiſſimæ, nō mūdæ iudicant, ſicut di
citur. Aſtra nō ſunt mūda in cōſpectu eiꝰ. Erit igit nō abolita ſubſtātia, ſed mu Iob.25.
tata figura, cœlū nouū, & terra noua nouo vſui, nouo decore, nouis corporibus
decēter p̄parata, oīq; inęqualitate, ac ſqualore deterſo, ad inſtar paradiſi dei pu
rificata. Sunt qui dicant, duo elemēta aerē & aquā, tanq; poſt reſurrectionē nō
neceſſaria, vno in terra, altero in æthere cōmutato nō ſupereſſe. Vnde in Apo
calypſi. Et mare iam nō eſt. Non em̄ vt ſupra, cœlū & terrā tranſire mare, ſed nō
eſſe dixit. Alij ea nō deperire vt nō ſint, ſed in melius ſicut & terrā imutari opi

Apoca.15. nantur, sicut rursum Ioannes in Apocalypsi mare vitreũ se vidisse testat, q̃d tñ mysterialiter potius q̃ ad literã intelligẽdũ videt. Hoc de aqua. Aer autẽ siue in subtilitatẽ ętheris transeat, siue in ꝓpria substãtia manẽs, liquatus, & defecatus existat, nequaq̃ in ipso fallit, q̃d dictũ est, cœlũ & terra transibit. Quod si quis acutius discutiens, ipsumm quoq̃ ætherẽ huius purificationis participẽ esse futurũ, & in ampliorem claritatẽ transiturũ autumat, de ipsoq̃ dictum q̃ cœlum transeat, non calumniamur.

De bifaria resurrectione mortuorũ. CAPVT X.

Dañ.12. His transactis, vera octaua resurrectioq̃ mortuorũ restat. Resurgẽt ergo omnes, sed nõ pari modo oẽs, alijs iuxta Danielẽ, in vitã ęternã alijs in opprobriũ, vt videant semp, de terræ puluere vigilantibus. Hic, ꝓfecto notandũ est, duas resurrectiones esse, animæ videlicet,
1.Corin.15. & corpis. quarũ iuxta duas naturas Christus filiꝰ dei primogenitus ex mortuis auctor existit. Est em̃ vita corporis anĩa, vita anĩæ deus. Scd̃m hoc ergo q̃ deus est, aĩas peccato mortuas suscitat verbũ dei, filius scd̃m q̃ homo est, suscitat cor
Ioan.5. pora, homo hoĩs filiꝰ. q̃d ipse in euãgelio loquẽs insinuat his verbis. Amẽ amẽ dico vobis, quia venit hora, & nũc est, qñ mortui audiẽt vocẽ filij dei, & qui audierint viuẽt. Hoc de prima resurrectiõe dictũ, ex hoc q̃ dicit, nũc est, nemo am
Ibidem. bigere ꝑmittit. Subsequẽter aũt de alia loquens ait. Sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio vitã habere ĩ semetipso. Habet quippe deus solus vitã in semetipso, qui ex se, a se, in se viuẽs, aliunde vitã nõ accipit, cui est viuere q̃d
Ioan.15. esse, nec aliud esse q̃ viuere. quia ipse est vita, & sic vita, q̃ ab eo oĩs vita. In ipso em̃ viuimus, mouemur, & sumus. sine ipso nec viuimus, nec mouemur, nec su-
Ioan.1. mus. quia q̃d factũ est, nõ in se, sed ĩ ipso vita est. Dedit ergo & filio vitã habere in semetipso, dũ homini in deũ assumpto dedit habere ex gratia, q̃d deus dei filius habuit ex natura. Vnde subsequẽtia pcedẽti sensui p cõiunctionẽ cõtinuãs Potestatẽ inquit, dedit ei & iudiciũ facere, quia filius homĩs est. Ac si dicat, qui dedit vitã habere in semetipso, dedit potestatẽ & iudiciũ facere, nõ quia filius
Ioan.5.totũ dei, sed quia filius hoĩs est. Nõ em̃ ex hoc q̃ filus dei est, aliquid dedit ei pater,
q̃d sequit. vel aliquã potestatẽ accepit a patre, cui sicut cõsubstãtialis & coęternus, ita coõipotẽs ab ętерno genitus est, nisi forte dedit dicamus q̃d genuit. Quid aũt amplius de secũda agat resurrectione, cõsequẽter audiamus. Nolite ait, hoc mirari quia venit hora. Hora, ꝓfecto nouissima, nõ q̃ nũc est, sed qñ qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ eius, & ꝓcedẽt. Superius dixit. Venit hora, & nũc est, qñ mortui audiẽt vocẽ filij dei, & qui audierint viuẽt. primã resurrectionẽ ex se, in hoc q̃ deus dei filius est, fieri declarãs. Secũdo cũ dixisset, q̃ potestatẽ dedit ei pater & iudiciũ facere, quia filius hoĩs est. subiunxit. Nolite mirari, qa venit hora, qñ qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ eius, & ꝓcedẽt. Ac si diceret. Ne miremini, si potestatẽ accepit filius hoĩs iudiciũ facere, cũ & potestatẽ acceperim corpa in cinerẽ redacta ex monumẽtis ad vitã reuocare. Qui ergo in prima resurrectiõe a morte anĩę suscitatus fuerit, in secũda de corruptione ad incorruptionẽ imuta
Apoca.20. tus transibit. Vnde est illud. Beatus & sanctus qui partẽ habet in resurrectione prima, in his secunda mors potestatẽ nõ habet. Sequit ex opposito, eum qui in peccatis suis moriens, primæ resurrectionis particeps non fuerit, maledictũ, secundæq̃ morti æternaliter addicendum.

Qualiter auctoritate, & ratione probari possit resurrectio mortuorũ. CA. XI.

Quod autẽ resurgant mortui, nõ solũ euangelia, & apostoli, nouæq̃ legis doctores affirmant, sed & antiqui patres ꝓphetico spiritu prędixerunt. quale est illud legislatoris testimoniũ, quod dñs ad cõfutandos Saduceos ꝓduxit, dicens. Ego sum deus Abraã, deus Isaac Marci.11.
deus Iacob, cũ nõ sit mortuorũ, sed viuorũ deus. Et in Iob. Putas ne mortuus homo Iob.14.
rursum viuat. Cũctis diebus quibus nunc milito, expe. donec ve. ĩmu. mea. Iob.19.
Credo q̃ redẽ. meus vi. & in no. die de ter. sur. sum. Et illud Ezechielis. Ossa ari Ezech.37.
da, audite verbũ dñi. Hæc dicit dñs. Ecce ego intromittam in vos spiritũ, & viuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciã super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritũ, & viuetis. Et infra. Et accesserũt ossa ad ossa, vnũquodq̃ ad iuncturã suã. Item. Ecce ego aperiã tumulos vestros Ibidem.
& educã vos de sepulchris vestris populę meus. Quid rogo planius, quid euidentius de re tam secreta, tam profunda, tam abdita dici potuit? Ossibus em̃ & aridis quasi iam sementẽ in se amisso physice virore nõ habentibus, neruos succrescere, carne vestiri, cute superextendi, spiritu reanimari, postremo talibus de tumulis suis ꝓduci diuina virtute ꝑdicit. Quanq̃ & illa ratione, cuius & Paulus meminit, vbi ait. Tu quod seminas, non viuificat, nisi prius moriat. ad cre- 1.Corin.15.
dendã resurrectionẽ inducamur, qui singulis annis mundũ æstiuali feruore decoqui, autumnali siccitate decoctũ arefieri, hyemali algore arefactũ emori, veris benigna humiditate rediuiuo virore, tanq̃ de morte suscitari conspicimus. Qualiter vero quædã ex causis naturæ inditis naturaliter, alia ex causis sibi reseruatis potentialiter creator omniũ operet, alibi dicta, ꝑsentẽ locũ nõ flagitãt.

Qua ætate, sexu, vel forma resurgant mortui. CAPVT XII.

His dictis, videndũ est quõ, qua ætate, quo sexu, qua forma mortui resurgãt. Vbi primo sciendũ est, omnia humana corpora, siue aquis absorpta, siue flãmis consumpta, siue in visceribus terræ in cinerem redacta, siue a bestijs deuorata & incorporata, siue ꝓ diuersa terrarũ spacia distracta & seperata fuerint, iuxta Apostolũ, iussu dñi in voce archange 1.Corin.15.
li, & tuba dei ad pristinã vitę substantiã indubitanter redire. Resurgent aũt oẽs vt ait Augustinus, tã magni corpore, q̃ vel erãt, vel futuri erant ętate iuuenili, q̃uis nihil oberit, etiã si erit infantilis, vel senilis corporis forma, vbi nec mẽtis nec ipsius corporis forma, vlla remanebit infirmitas. Vnde etiã si quis in eo cor Certe Hieporis modo in quo mortuus est, resurrecturũ vnũquẽq̃ hominẽ cõtendit, nõ est ronymus
cũ illo laboriosa cõtradictione pugnandũ. Nõnulli hæretici ꝓpter hoc q̃ dictũ repugnat.
est, Donec occurramus oẽs in virũ ꝓfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Chri Ad Eph.4.
sti, & conformes imaginis filij dei. nec in sexu fœmineo resurrecturas fœminas credũt, sed in virili omnes. qm̃ deus solũ hominẽ fecit ex limo, fœminã ex viro. Sed mihi melius sapere videnť, qui vtrũq̃ sexum resurrecturũ esse nõ dubitant Non em̃ libido erit ibi, quæ cõfusionis est causa. Corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura seruabitur. Non est autẽ vitium fœmineus sexus, sed natura. Erunt em̃ membra fœminea nõ accõmodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non illiciant inspicientis cõcupiscentiã, quæ nulla erit, sed dei laudetur clementia, & sapientia, quæ quod nõ erat fecit, & liberauit a corruptione quod fecit. Et post pauca. Creatura dei est fœmina sicut vir, sed vt de viro fieret vnitas cõmen

datur. Quia ergo vtrūq; sexū instituit, vtrūq; restituet. Hęc Augustinus. Superest vt de forma eorū disputemus. Nō em̄ gigantes in tam magnæ staturę quātitate gnanos in ram exigua prauitatis extremitate cōtractos, vel debiles tam imbecilli inæqualitate, Aethiopes in tam tetra coloris deformitate, pingues vel macilentos in sua superfluitate vel tenuitate ad vitā, quæ omni macula & labe carere debet, credēdū est reuocari. Vnde itē Augustinus. Omnis pulchritudo corporis est partiū cōgruentia cū quadā coloris suauitate. vbi autē nō est partium cōgruentia, aut ideo offendit quia prauū est, aut ideo quia parū, aut ideo quia nimiū. Proinde nulla erit deformitas quā facit incōgruentia partiū. vbi, & quę praua sunt corrigunt̄. & quod minus est q̄ decet, vnde creator nouit, inde supplebit̄. & quod plus est q̄ decet, materiæ seruata integritate, detrahet̄. Coloris porro suauitas quanta erit, vbi iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorū. Quę claritas in Christi corpore cū resurrexit, ab oculis discipulorū potius abscōdita fuisse, q̄ defuisse credenda est. Hæc de iustis, reproborū em̄ qualitatem inuestigare superfluum est. Sapiæ. 3.

An monstruosi, & abortiui resurgent. CAPVT XIII.

DE monstruosis vero & abortiuis id sentiēdum reor, q̄ omne cui hæc diffinitio, animal rationale & mortale, congruit, vel ad vitā, vel ad mortē resurrecturū esse credamus. Si ergo sunt aliquæ gentes monstruosę, quę rationales sint & mortales, vel abortiui, qui iam animā habere cœperūt, de quibus Moyses in Deuteronomio loquēs, Si quis ait, p̄cussérit mulierē, & illa abortiuū fecerit, si formatū fuerit, reddat animam, p̄ anima, huic legi subiacent. Cætera vero ratione carentia, quantūcunq; similitudini humanæ accedant, vt simiæ, vel quocūq; modo humano generi antiquus hostis p̄ hoc illudat, vt Fauni, & siqua sunt hmōi, ab hac resurrectione aliena noscunt̄. Cæterū de Hermophroditis bicipitibus, quos naturæ error vel male cōiunxit, vel male diuisit, laboriose disputare necesse nō est, præsertim cū in alijs scripturæ locis, copiose satis a patribus hæc enodata sit quæstio. Deute. 19. Exodi. 21.

Vtrū qui viui reperiantur, in illo statu obuiam Christo rapiant̄, vel moriantur vt denuo resurgant. CAPVT XIIII.

NVnc inquirendū est de his qui viui reperiunt̄, vtrum in illo statu ad iudiciū rapiant̄, vel potius sicut & alij moriant̄, & iterū resurgant. Nemo em̄ resurgere potest qui prius nō moritur. Non desunt quippe qui putent hoc quod dicit̄, iudicare viuos & mortuos, sic accipiendum, vt viuos eos qui in carne residui inueniant̄, dicant, eos vero qui dormierunt, & de puluere terræ euigilabunt, mortuos intelligant. Quibus accōmodatum videt̄ quod in Paulo legit̄. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nō contristemini, sicut & cæteri qui spem nō habent. Si em̄ credimus, q̄ Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierūt, p̄ Iesum adducet cū eo. Hoc em̄ vobis dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu dñi, nō præueniemus eos qui dormierūt. qm̄ ipse dñs in iussu & voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera, & sic semp̄ cū dño erimus. Quę verba sonare 1. Thessa. 4

videnr̄, dño ad iudiciū descendenti sanctos qui adhuc viuunt, siue qui a morte resurgunt, simul in aere occurrere. Velocitatē em̄ resurgēdi significās, mortuos a viuis ait nō præueniri, sed istos simul eadē hora, eodē momento cū illis obuiā Christo in aera rapi. Sed iuxta hunc sensum, si qui viui reperti fuerint, nō morientur, quō generalis erit resurrectio? Quō stabit quod dicit Paulus, Omnes quidē resurgemus? Nunquid sibi ipsi cōtrarius æstimabit̄? Absit. Iuxta maiorū igit̄ nostrorū diffinitionē, & verū est, q̄ viui cum his qui resurgūt, simul rapiant̄ in aera. & verū est, q̄ iuxta quod in Psalmo canit̄. Quis est homo qui viuit, & nō videbit mortē a debito vniuersæ carnis? quod & dñs qui nil rapuerat, exoluere voluit, immunes nō erūt. Potest quippe omnipotēs, qui cuncta creauit ex nihilo, mira eos celeritate in ipso raptu morte dissoluere, statimq; ad vitā reuocare, q̄uis viui & mortui typice boni & mali accipi non incongrue possint. Si quis vero dicat, eos in illo generali incendio cremandos, & sic ad vitā cum alijs reuocandos, nō est cum eo decertandū. tantū videat quomodo verba Apostoli quibus obuiam Christo in aera rapi dicuntur, intelligat. 1. Corin. 15.

De nouissima tuba. CAPVT XV.

VIus in verbis nec hoc transeunter legendū est, quid vocē Archangeli, quid tubā dei intelligat. Nā & alibi de eodē loquēs mysterio, Omnes ait resurgemus, sed non oēs immutabimur, in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet em̄ tuba, & mor. resur. incor. & nos imu. Nouissimā tubam ponēs, alias prius increpuisse declarat. Habes p̄fecto in Apocalypsi. Et septē angeli qui habebant septē tubas, parauerūt se, vt tuba canerent. & primus angelus tuba cecinit, & secūdus, & tertius, ita vsq; ad septimū. Quā tubam nouissimā Paulū vocasse nō incōuenienter intelligi potest. Sunt qui sex tubas ante nouissimā, sanctos prædicatores, qui per sex mūdi ætates verbo sacræ exhortationis torpentia corda, nunc quasi cōcisius in sonando præmiorū p̄missis allexerint, nunc velut asperius increpando minis, & terrore pœnarū perculerint, intelligāt. qualis in prima Enoch, in secūda Noe, in tertia Abraam & patriarchæ, in quarta Moyses, in quinta Dauid & p̄phetæ, in sexta Christus & apostoli, eorūq; sequaces fuere. At septimā, quā & nouissimā vocē, ad excitationē dormientiū emissam, tanto terribilius cōcrepantē, quanto p̄sentius, & quasi realius ea quæ ante prędicta fuerūt, ipso effectu prodentē vocant. Qui sonus quia per mysteriū angelorū fieri creditur, vox propter rem, tuba propter significatū nō incōueniēter appellatur. Si em̄ dño tranquillo, & sereno ad cœlos ascendente, vox angelica, Sic veniet quēadmodū vidistis eum ascendentem in cœlum. leniter insonans voci tubæ, iuxta illud Psalmi. Ascendit deus in iubilatione, & dñs in voce tubæ, cōparat̄. quantomagis ipso in maiestate metuendo & seuero descendente ad iudiciū, vox angelica viuos & mortuos ad iudiciū terribiliter exuscitans, tuba vocatur. Si prædicantiū futurū iudiciū vox tuba fuit, quantomagis realiter & præsentialiter illud idem edicentiū sonus tuba erit. Nōnulli septē tubas, septem donis spiritussancti exquisitius cōparant, singulaq; singulis ætatibus descendendo tribuentes, nouissimā tubam spiritum timoris appellant. Apoca. 8. Actuū. 1. Psal. 46.

De vltimo iudicio, & terrore seu forma iudicantis. CAP. XVI.

His cōsummatis, ad iudiciū, & vtriusq; ciuitatis vltimā discussionē dominū venire nō dubiū est. Veniet autē in ea forma iudicaturus, in qua prius venerat iudicandus. vt æqua lance mundus eum seue
Zacha. 12. rū discretorē inueniat, quē in carne humiliter venientē elata prius
Ioan. 5. mente contemserat. Vnde est illud ꝓpheticū. Videbunt in quē transfixerunt. Pater em̄ in ꝑsona sua nō iudicans, omne iudiciū filio dedit, vt quē diuersis op probrijs, crucijq; innocentē exposuerat, hunc cœlestium, terrestriū, & infernoꝝ dñm cōstituens, iudicē viuoꝝ & mortuoꝝ faciat. Quę tñ humana forma cū mi tis appareat, iustis tanto erit clarior, & formidabilior impijs, quāto eis antea vi sa fuit obscurior, & despicabilior. Aspectus em̄ eius, & fortitudo, quæ in priori aduentu nō perdita fuscabant̄, non visa abscondebant̄, tanto in eo erunt mani festius, quanto ad vindictā aduersarioꝝ exercebunt̄ vehementius. Vnde est il
Malach. 3. lud Malachiæ. Quis poterit cogitare diem aduētus eius? Aut quis stabit ad vi dendū eum? Ipse em̄ quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū, & sedebit cō flans & emundans argentū, & purgabit filios Leui. Quod est dicere, Non solū eos qui quasi stipula ab igne furoris eius consumunt̄, cōdemnabit, sed & illos qui sortē hæreditatis nō habentes, in terra Leui filij vcant̄. Vel eos qui argento cōparati, digni quo in cœlesti theca reponant̄, inuenti fuerint, virtutis suę sup
Matth. 24. excellētī maiestate terrebit, territosq; iuxta beatū Iob purgabit. Nā & virtu tes cœlorū mouebunt̄. Et hanc districtionē, fulgorēq; iudicātis arbitror intellexis
Danie. 7. se Danielē, cū diceret. Thronus eius flāmæ ignis, rotæ eius ignis accensus, flu uius igneus, rapidusq; egrediebat̄ a facie eius. Cum quanta em̄ & superinæsti mabili gloria, cœlestisq; curiæ perlucida frequentia, gloriosus & admirabilis appareat, idem propheta subiungit. Milia milium ministrabāt ei, & decies mi
Ibidem. lies centena milia assistebant ei.

De facilitate iudicandi. CAPVT XVII.

Tacq; ambabus his ciuitatibus corā throno maiestatis suæ ꝓsenta tis, vna ad dexterā, i. partē potiorē, altera ad sinistram posita, causa vtriusq; iustissimo iudicio terminabit̄. Porro nulla erit in iudicādo difficultas, vbi cognoscendarū conscientiarū seinuicē accusantium seu defendētiū, tanta erit iudicis viuax facilitas. Vnde Daniel in libro visionis
Dañ. 7. suæ, Iudiciū inquit, sedit, & libri aperti sunt. Manifestius autē Ioannes in Apo
Apoca. 2. calypsi sua. Vidi ait, thronū magnū candidū, & sedentē super eū, a cuius cōspe ctu fugit cœlū & terra, & locus nō est inuentus ab eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in cōspectu throni, & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libro, scd̄m opera ipsoꝝ. Qui sunt libri isti quos Daniel, simul & Ioannes posuit? Vel quis est ille alius liber quē Ioannes adiecit, quē etiā vitę nominauit? Nunquid deus humano more facta singuloꝝ, ne memoriæ ipsius elabant̄, conscripsit, & scd̄m hoc vnūquēq; iudicabit? An non magis vniuscuiusq; cōscientiā nouit, vt crea tor nō obliuiscit̄, vt incōmutabilis iudicabit, vt verus & subtilis ab æterno dis scretor? Sunt ergo libri conscientiæ singuloꝝ, semetipsas ad mortē, vel ad vitā iudicantes. Liber vero alius qui vitæ dicit̄, præscientia cōditoris, qui & ab ęter no iuste damnandos præuidit, & misericorditer vocandos, & iustificandos pre destinauit. De hoc libro impios deleri imprecatur Psalmista, cum ait. Deleant̄

de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

De quadripertito ordine iudicantiū, & iudicandoꝝ. CAP. XVIII.

Vid vero sibi vult q dicit̄, iudiciū sedit, cū ad iudicium, vel in iudi cio sedere, nō iudiciū sedere dicere soleamus. Ait siquidē & Psalmi sta, Quia illic sederunt sedes in iudicio. Sedent ne sedes? Quæ sunt Psal. 121.
istæ sedes? Quod iudiciū? Quæramus, petamus, pulsemus, vt inue Psal. 68.
niamus, vt accipiamus, vt intromitti mereamur. Non possunt sedere nisi viuæ sedes, nō possunt sedere nisi iudicium viuū. Sunt ergo aliquæ sedes & viuæ, in quibus deus sedeat? Est iudiciū & viuum, in quo iudicia sua discernat? Qui tro pus frequēter in diuina scriptura inuenit̄, vt sic in humana pagina Parthenope us pictus pro Parma Parthenopei picta, ratiōe cōsortij dicit̄, ita eadē ratione se des ꝑ sedente, iudiciū pro iudicante, sedere pro iudicare affirmet̄, q̄uis & alia ra tione iudiciū, vel sedes hic vocari possint nō solū q̄ iudicēt, sed ex eo q̄ deus in
eis iudicet, nō solū ex eo q̄ sedeant, sed & q̄ deus in eis sedeat, i. maneat. Sedisti Psal. 9.
inquit, ꝓpheta, sup thronū qui iudicas ęquitates. An de angelis hoc tantū dictū putamus? an nō etiā de sanctis, qui cū eo sedebunt, in quibus ipse sedebit, & iu dicabit? Sedent quippe cū eo sancti iudicantes, sicut eis in euangelio ipse ꝓmit tit. Sed & ipse in sanctis iudicans, mentes eoꝝ ne vlla perturbatione vacillare valeant, inhabitando regens. ne vlla prauitate a rectitudinis norma exorbitēt, viuificando implens, sicut dicit̄. Anima iusti sedes est sapientiæ. Sedet ergo ad iudiciū, sedent & sedes, quia sancti apostoli sacer ille senatus, eorūq; imitatores quos deus inhabitat, ad iudiciū venientes, nō iudicandoꝝ, sed iudicantiū offi cio fungent̄. Erunt em̄ ibi quattuor ordines, duo bonoꝝ, & duo maloꝝ. ex bo nis vnus iudicans, alter iudicandus. ex malis item vnus iudicandus, alter iudi catus. Iudicans perfectoꝝ, qui propriis voluntatibus, & facultatibus abrenun ciantes Christū secuti sunt. quibus dictū est. Sedebitis & vos sup sedes duode Matth. 19.
cim, iudicantes duodecim tribus Israel. duodenis thronis perfectionē illius or dinis declarātibus. Iudicandus nō tā perfectoꝝ, & tñ iustoꝝ, qui sua licite pos sidentes, operibus misericordiæ obtinere meruerunt, vt ad dexterā collocati, iu dicati prius & examinati, benigne audiant. Esuriui, & dedistis mihi manduca re, & Venite benedicti patris mei, possi. reg. quod vo. pa. est ab ori. mun. Maloꝝ Matth. 25.
iudicandus & damnandus, qui bona transitoria ad cōmunē vsum humano ge neri a creatore indulta, malo auariciæ sibi vsurpātes, indigentiæ pauperū visce ra clauserūt, quibus item dicit̄. Esuriui, & nō dedistis mihi manducare, & Discе Ibidem.
dite a me maledicti in ignē æternū &c. Maloꝝ iudicatus & damnandus, qui in obstinatione incredulitatis pmanētes, ad agnitionē veritatis, vericq; dei verum cultū, quē Græci theosebia, nos pietatē appellamus, nō peruenerūt, de quibus dicit̄. Qui nō credit, iam iudicatus est. Et Psalmista. Ideo nō resurgunt impij in Ioan. 3.
iudicio, neq; p. in cō, iustoꝝ. Non em̄ ait, Peccatores nō resurgūt. sed cū dixisset Psal. 1.
q̄ impij, i. infideles, nō resurgerent in iudiciū, i. vt ponant̄ in iudicio, de istis ad iunxit, Neq; peccatores in cōsilio iustoꝝ. ac si diceret, Resurgent quidē ad iudi ciū, sed nō ad iustoꝝ consortiū. Vnde nō videt̄ solū auaros, sed & quoscūq; cri minosos sub noīe christianæ religionis in peccatis suis moriētes, ad iudicādorū damnandoꝝ pertinere collegiū. Neq; em̄ vllos vnq; per immisericordiā iustius discutiendos & damnandos putauerim, q̄s qui vitæ suæ negligētes, nec dicam

proximis, sed nec propriæ animæ misereri, & subuenire curauerunt. Est em̃ ve-
Ecclesia.30 ridicũ prouerbiũ. Qui sibi malus, cui bonus? Et illud sapiẽtis. Miserere animæ tuæ placens deo.

Vbi iudicium fiat. CAPVT XIX.

DEhinc videndũ est, & dicendũ vbi extremi illius iudicij conuentus agatur. Nonnulli propter ꝓphetiã quæ dicit, In valle Iosaphat dijudicabo eos. ad literã eam intelligentes, nõ longe a ciuitate sancta, in
Ioelis.3. valle Iosaphat futurũ iudiciũ putãt, vt in locum quo iudicatus fuit, iudicaturus quoq; dñs adueniat. Vnde quidã simpliciores, sepulchrũ dñi orationis causa visitantes, in præfata valle tanq̃ loca sibi ad illam horam denotantes, lapillos seu aliam metã collocant. Nunc vt verbis Hieronymi vtar, piũ errorem ex simplicitate, & deuotione fidei procedentẽ nõ damnamus, nec tamen ꝓsententia approbamus. Alij mystice intelligentes, eo ꝙ Iosaphat hebraice, latine iudiciũ sonet, vbicũq; locoꝝ celebret, illum Iosaphat, i. iudiciũ dicunt. Alij ꝓpter verba Apostoli supra posita, ꝙ postq̃ rapiendos in aera obuiam dño, sanctos dixit, & sic semp cũ dño erimus, subiunxit, in aere futurũ iudiciũ ẽstimant. Mihi autẽ melius sentire videnť, qui hoc in terra futurũ dicunt. Corpora quippe de terra facta, nunc ad incorruptionẽ vtpote malorꝝ immutata, verisimilius est in terra ad iudiciũ collocari, q̃ ad subtilius elementũ sua cũ ponderositate, qua potiº ea ad ima vergere oportet, sursum transuehi. Nec repugnat illud Apostoli testimoniũ, qui sanctos exquo Christo in aera obuiauerint, semper eos cũ ipso futuros esse dicit. cum possint cũ illo ad terram quocũq; loco sibi placito, sine molestia grauedinis redire, postq; sublato impio, ne videat gloriã dei, ĩ gaudium domini sui, vbi semper cum ipso maneant, introire.

De celeritate iudicij. CAPVT XX.

RApro quanta velocitate hoc iudiciũ transeat, dicere nõ oportet, vbi omnes tergiuersationes, & cauillationes quas in hoc sæculo in causis pati solemus, perspicua iudicis subtilitas, & rerũ cordiũq; scrutatoris acutissima prouisio euacuabit. Hic em̃ iuxta formã iudicij, in rei causa qua accusator impetit, patronus defendit, testis ad cõuincendũ intendit, iudex internorꝝ nescius, vt homo sæpe fallitur, reusq; qui damnandus erat, frequenter absoluit. ꝙ quia cõscientia vnũquenq; accusante seu defendente, ibi esse nõ poterit, inæstimabili velocitate illud iudiciũ cõsummari credendũ est.

De interitu reprobæ ciuitatis. CAPVT XXI.

REstat vt de fine vtriusq; ciuitatis, qui profecto resurrectionẽ, iudiciũq; sequit, inquiramus. Discussa em̃, vt dictũ est, in iudicio amba
Apoca. 20. rum causa, illa pro qualitate meritorꝝ coronabit, ista cũ capite suo diabolo, principeq; ac seductore suo Antichristo, æternis pœnis cõdemnabitur. Quod Ioannes in Apocalypsi prequidens ait. Et diabolus qui seducebat eos, missus est in caminũ ignis & sulphuris, vbi & bestia, & pseudopropheta cruciabunť die ac nocte in sæcula sæculorꝝ. Tria posuit, bestiã, & pseudopropheta, & diabolũ. diabolũ suo noĩe, in bestia Babylonẽ seu mundũ, in pseudopropheta Antichristũ intelligens. quos in caminũ ignis & sulphuris missos

cruciandos die ac nocte in sæcula sæculorꝝ dixit. Per ignẽ em̃ & sulphur atrocitatẽ incendij, per caminũ horrorẽ loci, per diẽ & noctẽ, ac sæcula sæculorꝝ, pœnarũ indeficientẽ ꝓpetuitatẽ demõstrauit. Erit ergo ibi incendiũ sine modo, locus sine refrigerio, continua nox sine die, pœnarũ diutina miseria sine fine. Porro de ipsius ciuitatis damnatione, quã hic bestiã vocat, alibi loquens, Sustulit
Apoca.18. inquit, vnus angelus fortis lapidẽ molarẽ, & misit in mare, dicens. Hoc impetu mittet Babylon ciuitas illa magna, & vltra iã nõ inueniet. Talis locutio apud Græcos symbolica dicit, vbi videlicet diuina scriptura de re inuisibili, vel spirituali loquẽs, collatione facta, materialibus seu visibilibus signis vtitur. velut cũ angelorꝝ velocitatẽ notare volumus, pennatos eos scribimus. Nõ em̃ credendũ est angelũ lapidẽ realẽ in mare misisse, sed præfato vsu locutionis ímpetũ, & velocitatẽ damnationis eius auctorẽ insinuasse, iuxta quod in Psalmo legit. Perijt
Psal.9. memoria eorũ cũ sonitu. Vnde rursum in Apocalypsi prædictæ ciuitatis interitus largius describit, cũ dicit. Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio eius dæmoniorꝝ, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia oĩs volucris immundę, & odibilis. quia de vino iræ fornicationis eius biberũt omnes gentes, & reges terræ cũ illa fornicati sunt. Volũt quidã Ioannis Apocalypsim antiquis ꝓphetarꝝ visionibus, & præcipue Danielis & Ezechielis affinem esse, prioresq; ꝓphetias necessario per ipsam elucubratas fuisse. In vltima em̃ visione templi & Hierusalẽ, Ezechieli in extremo iudicio, Christiq; regno Danieli similis, hũc nõ iuxta Iudeorꝝ peruersum sensum, de Hierusalẽ seu tẽplo terrestri, sed cœlesti locutũ fuisse. & illum itidẽ non iuxta eos de iudicio gentiũ, regnoq; Messiæ sui terreno, sed de Christi vero cœlesti & æterno iudicio, & regno ꝓphetasse ostendit. Sic etiã quia multi ꝓphetarꝝ cõtra Babylonẽ multa dixerant, ne de illa tñ vrbe, quæ olim iniusta damnatione gentes premẽs, iustam suę iniquitatis euersa mercedẽ recepit, egisse viderent. ad totũ illud reprobæ ciuitatis corpus, sub illius typo eos respexisse declarans, vltimã eius perditionẽ insinuat, cũ
Esaię.21. ait. Cecidit cecidit Babylon. Similis est em̃ duabº Esaię & Hieremiæ ꝓphetijs, illi in principio, isti in fine cõcordans. Nam & apud Esaiã legimus. Cecidit ce-
Esaiæ.13. cidit Babylon, & omnia sculptilia deorꝝ eius cõtrita sunt. Et alibi largius. Erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldeorꝝ subuersa sicut subuertit dñs Sodomã & Gomorrã. Non habitabit vsq; in finẽ, & cõfundetur vsq; ad generationẽ & generationẽ. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. sed requiescent ibi bestiæ, & replebunť domus eorꝝ draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi, vlulæ in ædibus eius, & syrenæ in delubris voluptatũ. In Hieremia vero sic
Hiere.51. Calix vero aureus Babylon in manu dñi, inebrians omnẽ terram. De vino eius biberunt omnes gentes, & ideo cõmotæ sunt. Subito cecidit Babylon, & cõtrita est. Primo videamus quomõ hoc illi Babyloni, quæ a Cyro, vt in historia diximus, subuersa est, ad literã cõuenire possint. Ponamus eam ita funditus euersam, quod tñ a multis orientalibus negat, vt nõ habitet in finẽ, nec in generationẽ & generationẽ, vt requiescant ibi bestiæ, vt repleant domus draconibus & struthionibus, vt sint in delubris voluptatis syrenæ, & alia monstruosa quę ibi ponunť. Nunquid tñ sicut Sodoma & Gomorra subuersa fuit? Nusq; em̃ cœlesti eã igne cõflagrasse, sed humana manu captam, ruinis & vetustate collapsam & dissolutã legimus. Restat vt si quędã ibi ad literã impleta fuerint, reliqua ple-

nius & verius in ſignificato illius cõſumari credant. Poteſt quidẽ ad literã verũ eſſe, ꝙ ciuitas prius illa glorioſa in regnis, tanꝯ mero vicinas gentes, & regna inebriatas & cõmotas ſubiecerit, poſtmodũ & ipſa tanꝯ inebriata, collapſa & cõtrita, monſtroꝝ latibulũ, nõ hominũ habitaculũ fuerit. Sed quia plæraꝯ & ita vera ſunt ſignificantia, ꝙ & vera ſunt eoꝝ ſignificata, ſicut ꝙ Abraã duos filios habuit, verũ fuit in re, nec eo minus verũ fuit, ꝙ hæc ſunt duo teſtamẽta in ſignificatione. Qualiter mũdo quę de Babylone dicta ſunt, cõueniant, breuiter aperiemus. Cecidit cecidit, inquit Ioannes, Babylon magna. Iſaias. Cecidit cecidit Babylon, & oĩa ſculptilia deoꝝ eius cõtrita ſunt. Et rurſum. Erit Babylon illa glorioſa, ſicut ſubuertit dñs Sodomã & Gomorrã, nõ habitabit in finẽ, & confundet a generatione vſq; in generationẽ. Peruerſoꝝ em̃ ciuitas, quæ hic tẽporali gloria florens in dęmonũ pompa, tanꝯ in Chaldęoꝝ ſuperbia inclyta in oculis ſuis fuit, non ſolũ a gloria ſua tracta vſq; ad inferos corruet, ſed & ad inſtar ſodomæ, ſulphureo ſubuerſa incendio, nunꝯ amplius ad priorꝝ voluptatũ deſideria, tanꝯ ad habitationẽ priſtinã reuerſura, ſine ſpe reſtaurationis in eternũ ardebit. Quod vero ſubſequẽter ait. Nõ ponet in tentoria Arabs, nec paſtores requieſcẽt ibi, ſed requieſcẽt ibi beſtiæ &c̃. vel iuxta Ioannẽ, dæmones ſpũs immũdi, volucres im̃ũdę, ſic dictũ videt, ꝙ ꝑ Arabes & paſtores, electi, ſeſe ꝓximos ꝯ bene paſcẽtes, qui præſentẽ mundũ nõ quaſi manentẽ ciuitatẽ, ſed tanꝯ tentoriũ ſeu habitaculũ inhabitãt, accipiant. Per beſtias aũt, piloſos, dracones, ſtruthiones, ſyrenas, vlulas, volucres immũdas, multiplex, & diuerſum, ſpurciſſimũ illud immundoꝝ ſpirituũ collegiũ intelligat. Reproba ergo illa ciuitas, quia exquo illa cũ capite ſuo diabolo æterno ſupplicio addicit, non ſolũ ab electis, quos prius vt triticũ palea premebat, mentiũ, ſed & locoꝝ interuallo ſeparatur, recte audiat, ꝙ nõ ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi, ſed requieſcẽt ibi beſtiæ &c̃. Nã ꝙ dicit, Cecidit cecidit Babylon, & oĩa ſculptilia deoꝝ eius contrita ſunt, inſinuat quia quotquot res tranſitorias inordinate amantes deo præponimus, tot nobis quaſi ſculptilia fabricamus. Ruente ergo Babylone, cõterunt & ſculptilia, dum tranſeunte mundo, eo acrius plectendus quiſq; rapit ad pœnã, q̃nto tenerius deo cõtẽpto, ꝓpriã ſecutus eſt cõcupiſcẽtiã.

Ad Gal. 4.

Iſaiæ. 21. & 13.

De aureo calice Babylonis. CAPVT XXII.

DEhinc qualiter iuxta Hieremiã, & itidẽ Ioannẽ, Calix aureus in manu dñi Babylon, omnẽ terrã, omnesq; reges cũ illa fornicãtes, de ira fornicationis ſuę cõmouẽs & inebrians, ipſaq; ad vltimũ collidẽda & cõterẽda ſit tropologice videamus. Habet Babylon aurũ ſuũ, habet ſapientiã ſuam, per quod aſtutis cauillationibus, & argutis ac ſophiſticis argumẽtationibus ſimplices quoſq;, & vecordes quaſi mõſtrato poculo allicit, allectos falſis ꝓmiſſionibus potãdo trahit, tractos in præcipitiũ inebriatos ducit. Et ſicut in libro Sapiẽtiæ habes, nõ ſolũ garrulitate, ſed & cultu & geſtu meretricio ad illicitos ſui amplexus, quaſi ad fornicationẽ illaqueatos in interitum deiicit. Eſt em̃ ſpiritualis fornicatio, qua vnaquæq; anima ab amore ſui creatoris recedens, & diuerſas dęmonũ ludificationes amplectens, a deo ſuo fornicat, iuxta illud. Perdidiſti omnes qui fornicant abs te. Quia ergo mũdus amatores ſuos inani ſapiẽtia pellicit, ſed & diuerſis deſyderijs volutatos, quaſi ad totidẽ immundoꝝ ſpirituũ fornicationes furioſa libidine ſubigit, recte a duobus his

Prouer. 7.

Pſal. 72.

primatibus dicit, Babylon calice aureo omnẽ terram, omnesq; reges & gẽtes cũ ea fornicantes, de ira fornicationis ſuę inebriare. Sed videndũ eſt quõ calix iſte aureus, omnẽ terrã cõmouens, in manu dñi eſſe dicatur. Nunquid eius nutu, & voluntate mundus ſic cõcutit, ſic illuditur, & poſtremo cũ dilectoribus ſuis in interitũ præcipitat? Quod & ſi eius beneplacito nõ fiat, ſine ipſius tñ poteſtatis permiſſione, cui formanti lucẽ ſic bonũ placet, vt ſine ipſo creante tenebras, malum eſſe nõ poſſit, nequaq; euenire credit. Eſt itaq; Babylon calix aureus in manu dñi, quia nõ ſolum eius (vt dixi) permiſſione concutit, ſed & ipſius dono aurũ habet, quo inflata male abutitur. iuxta illud ꝓphetæ. Dedi eis argentũ & aurum, ipſi vero ſacrificauerũt inde Baalim. Babylon igit quæ calice ſuo aureo omnes gentes cõmouerat, ad vltimũ cadet, & corruet. dum mundus nullũ poꝛtentiæ ſeu ſapientiæ ſuæ emolumentũ in extremo examine, apud iuſtũ & diſtrictum iudicẽ inueniens, potens potenter tormẽtis deputatus, in ignẽ ęternũ, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius, mittetur. Ponamus ante oculos illud tẽpus quaſi præſens, omnesq; imperatoꝝ ſeu regũ ciuitatis illius ordines cõſyderantes, in perſona omniũ cum Sapiẽte dicamus. Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarũ iactantia cõtulit nobis? Tranſierũt oĩa illa quaſi vmbra, & quaſi nũcius præcurrens, & tanꝯ nauis quæ pertranſit fluctuantes aquas, cuius cũ pterierit, nõ eſt veſtigiũ inuenire, necꝯ ſemitã carinæ illius in fluctibus. aut auis quę tranſuolat in aere, nullũ inuenit argumentũ itineris illius &c̃. Sic & nos nati cõtinuo deſiuimus eſſe, & virtutis quidẽ ſignũ nullũ valuimus oſtendere, in malignitate noſtra autẽ conſumpti ſumus. Satis arbitror de fine illius ciuitatis, quæ iuxta beatũ Iob, in bono ducens dies ſuos, & in puncto deſcendens ad inferos, operũ ſuorũ ſtipendiũ mortẽ immortalem ſortietur, diſputatũ eſt. Reſtat vt de qualitate pœnarum eius dicamus.

Sapiæ. 6.

Sapiæ. 5.

Iob. 21.

De qualitate pœnarũ. & quid ſit, Vermis eoꝝ nõ morietur. CAP. XXIII.

HTaq; ſcd'm qualitatẽ operũ, & diuerſarũ deſyderia voluptatũ, extendi credit & mẽſura pœnarꝝ, iuxta illud in Apoca. Quantũ glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctũ. Et in libro Sapiæ. In eo q̃ quis peccat, & punit. Vnde diues ille, qui delitioſe viuens, in lingua plus peccauerat, eandẽ apud inferos cęteris mẽbris plus ardere demõſtrãs, gutta aquę refrigerari petebat. Qualiter aũt vnũ eũdẽq; ignẽ diuerſe ſentiãt, ſi quis ſcire cupit, in Auguſtino de ciui. dei, plenius inueniet, vbi & quõ damnati æternaliter in igne viuere poſſint, nõ ſolũ ex dei oĩpotẽtis potẽtia fieri poſſe, ſed exẽplo quorũdã aĩaliũ, quę in ꝑſenti in igne viuũt, rationi nõ obſtare declarat. Nõnulli propter illã auctoritatẽ, Vermis eoꝝ nõ morietur, & ignis eoꝝ nõ extinguetur. malos nõ ſolũ igne materiali apud inferos cremari, ſed & verme vero excruciari æſtimãt. Alij vermẽ ac cruciatũ cõſcientiæ interꝑtantes, duplex itidẽ tormentũ, aliud ſpiritualiter intus, aliud materialiter foris ponũt. Alij ſpiritualiter vtrũq; accipiẽtes, taliter reprobos igne vri, qualiter verme rodi putãt. illud Auguſtini in auctoritatẽ ducẽtes, qui ait. Talis flãma qualis lingua. Mihi autẽ melius ſentire videnr, qui corpus vera flãma, animũ cruciari dicunt cõſciẽtia. Quia ergo de male tranſacta vita, imortalis mors rodet, cõſcientia ignis indeficiẽs ſine fine aduret corp⁹ & animã, bene dicit ꝓpheta. Vermis eoꝝ nõ morietur, & ignis eoꝝ nõ extinguet. Sunt etiã qui dicant, ab igne inextinguibili

Apoca. 18.

Sapiæ. 11.

Lucæ. 16.

Eſaiæ. 66.

Iob.24. ad frigus eos intolerabile rapi, iuxta illud in Iob. A calore igniũ transibunt ad
Lucæ.13. aquas niuiũ. Quod & dñs in euãgelio videt velle, cũ dicit. Ibi erit fletus & stri-
dor dentiũ. Fletus em̃ ex calore, stridor dentiũ euenire solet ex frigore. Non de-
sunt etiã qui ad maiorẽ miseriæ cumulũ, his malis fœtorẽ adiungãt, iuxta illud
Esaiæ.3. pphetæ. Et erit pro suaui odore fœtor. Quidã vero his tribus pœnarũ generib⁹
sex alias adiiciũt, atq; iuxta.ix. cœlestis curiæ ordines, totidẽ infernalis ergastu
li puniendor̃ cuneos cõstituũt. De quibus oĩbus curiosius nõ est inuestigandũ
sed potius ne experiamur p̃cauendũ. dũ hoc tantũ cõstet, q; oĩm externor̃ & in
ternor̃ miseriã miserrimus ille & infœlicissimus status, tã tormẽtor̃ magnitu-
dine, cũq; æternæ mortis mortẽ fugientis indefessa perpetuitate exuperet.

Quomodo intelligendũ sit, Eadẽ mensura qua mensi fueritis &c. si tẽporaliter peccantibus æternæ pœnæ irrogant. CAP. XXIIII.

Matth.7. SOlet autẽ quæri, qua iusticia tẽporaliter peccantibus æterna pœna
debeat: cũ dñs dicat, Eadẽ mensura qua mensi fueritis, remetiet̃ vo
bis. Vnde nõnulli inani pietate ducti, peccatores ẽternaliter puniri
negabant, atq; ad argumentũ sui erroris illud Psalmographi indu-
Psal.76. cebant. Nunquid obliuiscet̃ misereri dies, aut cõtinebit in ira sua misericordias
Psal.30. suas: Et illud. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ, cũq; abscõ, timẽ, te. Perfeciſti
autẽ eis qui sperant in te. Hoc em̃ sic intelligendũ putabant, q; deus vbertatem
dulcedinis, & copiosæ misericordiæ, peccatoribus minas intentando, in hac vi
ta abscõdat, ad augẽdũ timorẽ, & p timorẽ correctionẽ, sed in futuro veniã spe-
rantibus reuelando pficiat. Alij omne hominũ, sed & dæmonũ genus a pœnis
liberandũ post mille annos hæretice dicebant, illud Esaiæ nõ recte intelligẽtes
Esaiæ.24. Retrudunt̃ in carcerẽ, & post multos dies visitabunt̃. Nos vero catholicæ veri-
Matth.25. tatis normã sequentes, scd'm ipsius dñi testimoniũ, dicentis. Ibunt hi in supplici-
ũ æternũ. reprobor̃ pœnas æternas credimus. Si em̃ ad terrorẽ tantũ malorũ
pœnas æternas dixit, adulatorie quoq; tantũ bonor̃ gloriã æternã prædixisse
putandus erit, quod nequaq̃ stare posse, nemo qui ip̃m veritatẽ & vitã esse co-
gnoscit, dubitare pmittit̃. Nec auctoritates quæ positæ sunt, ab hoc sensu discre
pant, cũ miserator & misericors dñs, cũq; diu tẽpus est miserendi, patienter & lon-
ganimiter expectando, largã peccatoribus pœnitẽdi materiã tribuat. in ipsaq;
ira sua, hoc est in iudicio, miserationes suas nõ cõtineat, minus fortasse cũq; meru
erant puniendo, vel interdũ refrigerij solatiũ in pœnis eis indulgẽdo. Hoc etiã
videt̃ velle illa Esaiæ auctoritas, quæ eos post retrusionẽ in carcerẽ visitandos
dicit, vt videlicet visitationẽ vocet quantulãcunq; cõsolationẽ. Illa vero quam
rursum inducunt, Q̃ magna multi. dulce. tuæ dñe. longe aliũ sensum requirit.
Ad Ephe.3 Abscondit em̃ deus multitudinẽ dulcedinis suæ timentibus se, quia timor qui
Ad Ro.12. nõ est in charitate, seruiliter deum quærens, ad degustandã dulcedinẽ eius, quã
in charitate radicati, spe gaudentes, in tribulatione patientes, ex meritor̃ con-
scientia inueniũt, nõ peruenit. Spes siquidẽ, quę sine pręcedẽti merito, vel saltẽ
sine ea charitate, quæ operit multitudinẽ peccator̃, procedit, nõ spes, sed p̃sum
ptio vocanda est. Vel certe & caste timẽtibus, in hac vita dulcedinẽ suã deus ab
scondit, quã eisdẽ in futuro sperantibus, facie ad faciẽ seipsum videndum de-
monstrando perficit, vt sint idẽ timentes qui sperantes. Quid est ergo q; dicit,
Eadẽ mensura qua mensi fueritis &c. si tẽporaliter peccantiũ ẽternæ sunt pœnę

malor̃? Qui scrupulus facilius enodatur, si deũ nõ solũ operũ, sed & cordium
esse scrutatorẽ intueamur. Remetiet̃ itaq; eadem mensura qua mensi fuerint ho
mines, dum eis facultate peccandi, nõ voluntate subtracta, in æterna malefaci-
endi voluntate morientibus, æterna supplicia irrogat.

Si in pœnis positi, de transactis malis vere pœniteant, vel peccandi adhuc voluntatem habeant: CAPVT XXV.

SEd & hoc inquirendũ videtur. Si tantis cruciatibus addicti, vel de
transactis malis vere pœniteant, vel rursum peccandi si pœnis care
rent, voluntatẽ habeant? Legit̃ em̃ in libro Sapientiæ. Videntes tur Sapiæ.5.
babunt̃ timore horribili, & mirabunt̃ in subitatione insperatæ salu
tis, dicentes intra se, pœnitentiã agẽtes. Et in euangelica parabola, diues ille de
salute fratrũ solicitari inducit̃, cũ ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in do. pa. Lucæ.16.
mei, habeo em̃ ad. quinq; fra. vt testet̃ illis &c. Si em̃ eos, ne in locũ tormentorũ
veniant, affectuosa solicitudine præmoneri cupit, quanto magis semetip̃m hoc
velle præcauisse putandus erit. Sed notandũ est diuersis modis accipi pœniten Pœnitẽtia
tiã. Accipit̃ interdũ eo modo quo & describit̃. Pœnitẽtia est cõmissa deflere, & varie capit̃
deflenda nõ cõmittere. Qualiter Paulus quosdã pœnituisse gloriat̃, quibus ait, 2.Corin.7.
Gaudeo vos cõtristatos esse, nõ quia cõtristati estis, sed quia cõtristati estis ad
pœnitentiã. Et de qua dñs in euangelio. Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ Matth.3.
regnũ cœlor̃. Talis siquidẽ pœnitẽtia vera, & fructuosa est, per quã nõ solũ re
missionẽ cõsequimur peccator̃, sed & meremur ad regnũ peruenire cœlor̃. Di
citur etiã pœnitẽtia quasi pœnitudo, qualis est latronũ, & omniũ sceleator̃ in
criminibus suis cõprehẽsor̃, ac supplicijs addictorũ. Pœnitet eos em̃ nõ scelus
perpetrasse, sed p̃ scelere tormẽto deputatos esse. nec vellent odio mali carere vi
tio, sed si fieri posset, post cõmissum crimen debito carere supplicio. Tali pœni-
tentia apud inferos agi malos credibile est, cũ tam ex instantia horroris pœnæ
p̃priæ, cũq; ex æmulatione salutis & p̃speritatis alienæ amplius cõturbent̃, & cru
cientur. Sic quippe Sapiẽs ille dixit. Videntes. s. iustos in magna tranquillitatis Sapiæ.5.
cõstantia stantes, turbabunt̃ timore horribili, & mirabunt̃ in subitatione inspe
ratæ salutis. Et tunc demũ duobus his, videlicet p̃priæ damnationis, & alienæ
saluationis cõsideratione, dicũt intra se pœnitentiã agentes, & prę anguſtia spi
ritus gemẽtes. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum, & in signũ improperij
Exhinc liquet Sapientẽ illũ nõ de vera & fructuosa pœnitentia, sed de falsa &
extorta pœnitudine, vel potius de dolore & indignatione locutũ fuisse. Videa-
mus etiã si p̃taxatus ille diues vera pœnitẽtia ductus fuerit. Rogo ergo te pater
vt mittas eum in domũ patris mei, habeo em̃ quinq; fratres, vt testetur illis &c.
Non em̃ ait, vt testetur eis vitare malum, sed moneat præcauere tormentũ. nec
ait vt moneat eos, vt bona siqua faciũt, virtutis agant amore, sed seruili pœnę ti
more. Sed si quis hoc q̃si parabolicũ ad literã dicat nõ esse intelligẽdũ, nõ est in
determinatione eius valde desudandũ. Pœnitet ergo malos esse in tormẽtis, sed
nõ sic vt si redire ad pristinã vitã p̃mitterent̃, vellent carere peccatis. Si quis v̊o
cõtẽtiosus adeo est, vt putet eos vere ibi pœnitere, sed effectu pœnitẽtię carere,
iuxta illud Ap̃li. Ecce nũc tps &c. q̃si nõ tũc acceptabile. nõ est cũ eo litigandũ 2.Corin.6.
Q̃uis nõ desint qui dicant, sicut boni cũ deo in æterna gloria pfecte vnus sp̃s
effecti, nõ p̃nt, nec volũt velle nisi bonũ, sic & reprobos in supplicio capiti suo

diabolo,velut plene incorporatos,ita obstinationi eius cõfigurari, vt deinceps nec velint,nec possint velle nisi malum.Iuxta quorũ sensum nõ solũ de trãsacta vita vere nõ pœnitent,sed & si liceret,in peccatis adhuc manere vellent.

Si post iudiciũ extra infernũ inferiorẽ ad leuiores pœnas locus remaneat: Et quid de paruulis,qui solo originali tenent̃. CAP. XXVI.

PIs dictis,indagandũ puto si transacto iudicio,extra infernũ inferiorẽ ad leuiores pœnas locus remaneat. Esse quippe apud inferos locũ purgatoriũ,in quo saluandi vel tenebris tantũ afficiant̃,vel expiationis igne decoquantur. Quidã asserunt, iuxta illud patriarchæ. Lugens descendã ad inferos,& illud Apostoli.Ipse autẽ saluus erit, sic tñ quasi p ignẽ.At si terminatis in iudicio causis singulorũ,pro qualitate meritorũ æternis pœnis deputatis,nullus vltra purgabit̃,quomõ locus ille superior purgatorius residuus erit̃: Si vero nõ remanebit, vt de alijs taceã, quid de paruulis,qui solo originali delicto tenentur,fiet̃: Nunquid in puteũ inferni inferioris & ipsi retrudent̃: Deniq; nõnulli tenebris tantũ eos,sicut antiquos patres,eo q in nullo rei inueniant̃,nisi q ad gratiã baptismi,& ad agnitionẽ ueræ lucis nõ peruenerunt,teneri affirmant,ad ipsas tantũ tenebras interpretãtes,q mitissima pœna Augustinus eos plectendos esse testat̃. Alij præfata verba Augustini durius accipientes,vera eos pœna,sed mitissima puniendos dicũt. Quod si locus etiã ille superior,nõ vt prius ad purgationẽ,sed ad eorũ vel minus malorũ punitionem perpetuã tamẽ reseruabit̃. nõ huic æstimationi oppositũ, q post iudicium purgatorius locus nõ remaneat, cũ non mutato loco, sed officio, qui prius erat purgationis,tunc fiat punitionis.cuius & si loco illo penitus abolito, in generalem pœnarũ locum deputent̃, nõ est incredibile, cum possit omnipotẽs manus dei eos in illo horribili incendio vel intactos seruare,vel minus afficere,qui q̃n dam tres in camino ignis pueros illæsos conseruauit.Nam & vno, eodẽq; solis calore non omnes æqualiter uri,vel affici videmus.Cuius tamẽ rei assertionem quia nondũ certa auctoritate inuenimus,dei iudicio relinquamus.

Gen.37. 1.Corin.3. Dañ.3.

Quomodo ignis ibi ardeat,& nõ luceat. CAPVT XXVII.

VIdendum quoq; est de igne illo æterno, quomõ lucẽ careat, cũ veri ignis sit natura non solum vrere,sed & lucere.Nam si lucet,quomõ sunt ibi tenebræ exteriores,tenebræ palpabiles: Qua in re considerandũ est,q naturę creator deus quasdã ipsi causas & vires indidit, quas si certis rationibus,sicut deus quãdoq; subtrahit,mirari non oportet,quia & ignis ille in fornace Chaldeorũ habuit virtutẽ suam ad consumenda puerorũ vincula, sed non habuit ad delenda ipsorũ corpora.Et olim in rubo,quẽ ardere voluit,& nõ cõsumi,ardebat,& nõ comburebatur,quia naturã suam ignis habebat ad lucem, nõ ad consummationẽ. Sic econtrario infernalis ignis virtute sua in luce carebit, & plenarie eam habebit in exustione. Erit itaq; tormentum ignis ibi sine consolatione lucis adurens,nõ illuminans,afficiens,nõ reficiens. vt omne genus miserię plus q̃ ne dicam edici,sed nec excogitari possit, habeat, omniq; delectamento quo miserrimi valeant subleuari,careat.

Exodi.3,

De gloria & exaltatione ciuitatis dei. CAPVT XXVIII.

HAndem decurso laboriosa disputatione fine malorũ,quasi graui pelago enatato,ad suauẽ & iocundum ciuitatis Christi finem, ipsius freti gratia,veniamus. Igit̃ ciuitate mundi Babylone miserabiliter præcipitata,qualiter ciuitas Christi Hierusalẽ sancta glorificetur, audiam⁹. Ioãnes cũ de illa dixisset i Apoca. q cũ seductore suo diabolo,& pseudo ꝓpheta suo Antichristo missa esset in caminũ ignis & sulphuris,vbi cruciabuntur die ac nocte in sęcula sęculorũ. post pauca subiunxit. Et vidi ciuitatem sanctã Hierusalẽ nouam descendentẽ de cœlo,a deo paratã sicut sponsam ornatam viro suo.Et audiui vocẽ magnã de cœlo dicentẽ.Ecce taberna.dei cũ ho.& habi.cũ eis. Putant Iudæi in aduentu Messiæ sui, Hierusalẽ terrestrẽ magna cũ gloria restaurari,ibiq; cũ maxima rerum abundantia se cũ illo regnaturos,omnis mundialis gloriæ delitijs affluere,ędificiũ illud Ezechielis in monte,necnõ prophetia Esaię.Surge illuminare Hierusalẽ,q.v.lu.tuũ,& glo.dñi super te or. est. Et tũc vi.& afflues,& m.& d.c.t.q.c.f.a te mul.ma.for.gen.ve.tibi, Inun. ca. op.te.&c̃.ad literã intelligentes.Quorũ errorem quidam sub christiano nomine sectati,regnũ Christi in terra futurũ putauerunt,ibiq; in Hierusalẽ terrestri,sanctis cũ ipso delitiose regnantibus,post mille annos soluendum Sathanã, at tũc demũ præcipitandũ,sanctosq; in regnum cœleste assumendos fore. A qua æstimatione filij Zebedei nondum virtute ex alto induti,non longe fuerunt,cũ mediante matre peterent,vt vnus ad dexteram,& alter ad sinistram in regno Christi sederent. Ioannes ergo vt omnes has opiniones & errores destrueret, primo damnationẽ reprobæ ciuitatis,eiusq; vltimum incendium enarrare studuit, ac postmodũ cœlo & terra innouato,de cœlestis,non de terrestris gloria Hierusalem loquens,subiunxit.Et vidi ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ nouã descendentẽ de cœlo. Quomodo em̃ sanctã vocaret, quã prophetas occidentẽ, & eos qui ad se missi fuerãt,lapidantẽ,Babylonẽ prius nominauit: Quomõ nouã,quæ in vetustate legis adhuc manet,diceret: Quomõ postremo eã quę semp in terra terrena fuit,de cœlo descendentẽ assereret: Vnde bene Apostolus eam quæ in terris est Agar cõparans, seruire cũ filijs suis ait.illam tamẽ quæ sursum est,matrem nostram,& liberã attestans.Sed & Psalmista cũ iocundari se de hoc,q in domum dñi, & atria Hierusalẽ iturus esset,attestaretur, Hierusalẽ inquit, quæ ædificat̃ vt ciuitas. Non em̃ ciuitatẽ ædificari, sed vt ciuitatẽ eam ædificari dicens, non more nostro,nec nostris lapidibus,sed diuina virtute,viuisq; ex lapidib⁹ ipsam ædificandã declarauit.Quod & si quis incredulus est,audiat quod sequit. Cuius participatio eius in idipsum. Quomodo em̃ casuræ,nõ permansuræ participatio eius in idipsum: Est ergo illi⁹ ciuitatis quę mater nostra est,& sursum est, participatio eius, qui dixit. Ego sum qui sum,& qui est misit me ad vos. Eius dico in idipsum.i.in diuinitate sua æternaliter,& incõmutabiliter semp vno eodemq; modo permanentis.Cuius quia tunc cũ videbis eum sicuti est,æternitatis,& idẽtitatis vere,perfecteq; particeps eris, bene dicit̃, cuius participatio est in idip̃m .Itaq; secluso illorũ errore, verba Apostoli prosequamur. Vidi ait,ciuitatẽ sanctã Hierusa.no,descen.de cœlo.Res mystica,& profunda,prorsusq; ingenium nostrũ excedens. Quid est em̃ q ciuitatẽ illam sanctam.i. ad incõmutabilitatẽ firmatam, nouam tanq̃ ab omni corruptione & mortalitate liberatã, & innouatã descendisse de cœlo dicit̃: An merces quæ in cœlis futura promittitur,in terra erit̃: Si enim iuxta Augustinũ,nec in his cœlis visibilibus merces

Matth.20. Apoca.20. Apoca.21. Esaiæ.60. Matth.23. Psal.121 Ibidem. Ad Gal̃.4. Exodi.3. 1.Ioan.3. Apoca.21. Ad Gal̃.4.

sanctorꝝ reposita est, quãto magis nec in his inferius locanda erit. Quid ergo sibi vult, Vidi ciui. san. ir. no. des. de cœlo? Ego quidem quid senserit, & si debita veneratiõe tanctꝫ sacrũ secretũ amplectar, ad plenũ tñ me nõ intelligere ꝓfiteor,
Psal. 18. nisi forte cœlum ipsam superexcellentẽ diuinitatis naturã, de qua Psal. A summo cœlo egressio eius, intellexerit, vt sic dictum videat, ꝙ gloria illius ciuitatis in solius dei prædestinatione ab eterno collocata, ipsiꝫ soli nota, tunc demum ad sanctorꝝ cognitionẽ plenariã, quãdo deus omnia in omnib⁹ erit, & videbit sicuti est, descendat. Quod em̃ in hac vita plene, etiã ab electis illa supinissima
Esaiæ. 64. bilis beatitudo cõprehendi nõ valeat, illo ꝓphetico & apostolico ꝓbaꝫ testimo
1. Corin. 2. nio. Oculus nõ vidit, auris nõ audiuit, nec in cor hois ascendit, quæ ꝑpa. deus dili. se. Descendere ergo dicit de cœlo, cũ ab arcano diuini cõsilij ad notitiã electorũ, nõ solũ ꝓ scientiã, sed & per experientiã incõparabilis illa corona peruenIet.
Apoca. 21. niet. A deo paratã, sicut sponsam ornatã viro suo. Quẽ ornatũ in spiritu ꝓpheta
Esaię. 61. præuidens, immenso suffusus gaudio, Gaudens inquit, gaudebo in dño, & exultabit anima mea in deo meo. Causamꝫ gaudij depromens, Quia induit me ait, vestimento salu. & indumẽto iusticiæ circũdedit me. Quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Erit ergo ornatus eius corona, & monilia. Corona scilicet immarcescibilis perpetuæ imortalitatis, & incorruptionis adornãs gloria. monilia ineffabili cordis puritate, qua & deus videtur, decorans eam mũditia. Deniꝫ quia a factore suo nõ solũ vt factura eternaliter præscita, in cœleste habitaculũ potentialiter introducit, sed & vt sponsa decorata in eius regni thalamo amabiliter collocaꝫ, bene de cœlo descendẽs, a deo parata, & sicut sponsa ornata narratur. Mira em̃ & ineffabili benignitatis affluentia, factura fit sponsa, cũ eam quã mirabiliter ex nihilo creauit, ad famu
latũ mirabilius reformatã, ad cœlestis thalami iucundũ assumet amplexũ. Et
Apoca. 21. audiui vocẽ magnã de cœlo dicentẽ. Vox ista vox suauis, vox lætitiæ de alto sonans, de sublimi diuinitatis confessu dulciter increpitans, quid dicat audiamus. Ecce tabernaculũ dei cũ ho. & ha. cũ eis. Quod est istud tabernaculũ dei?
Nume. 24. An forte inter illa reputabit, de quib⁹ dicit. Qꝫ pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel. An potius inter illa quæ Psalmista cõcupiscẽs, alto suspirio
Psal. 83. proclamat. Qꝫ dilecta taber. tua dñe vir. cõcu. & de. ania mea in atria dñi. Sunt em̃ tabernacula Iacob tabernacula luctantiũ in prẽsentis vitę militia, agone & exercitio grauia, sed intuitu coronę spectaculo pulchra, bona semꝑ, sed nõ semper iocunda. Sunt & tabernacula dei, tabernacula regnantiũ in cœlestis patrię curia, omni calcato metu, plena tranquillitate, suauia, de percepta corona plene gaudentia, non solũ bona semꝑ, sed sine tristiũ intermixtione, sine laborꝝ fatigatione semper læta, & iocunda. Bene ergo illa pulchra, ista dilecta vocant. Quid em̃ pulchrius, cũꝫ spe coronæ cũ vitijs & cõcupiscẽtijs luctam inire? Quid amabilius, cũꝫ victoria peracta, de percepta corona gaudere? Sunt itaqꝫ tabernacula Iacob pulchra, tabernacula dei dilecta. quia de labore certandi peruenit ad fructũ prẽmij percipiendi. Quia vero in cœlesti curia, diuersa sanctorꝝ angelorũ cõtubernia, charitatis nexu vnã faciunt rempublicã, bene quæ Psalmista dixerat tabernacula, hic tabernaculũ vocaꝫ. quibus dum sanctorꝝ agmina coniuncta vnã condunt vnius vrbis cõmanentiã, bene cũ hominibus tabernaculũ dei ad æternã mansionẽ iũctum narratur. Sed inæstimabili dulcedine oĩa prædicta exuperat quod subdit. Et habitabit cum eis. Si em̃ species tabernaculorꝝ

delectat, quanto magis inhabitatoris eorꝝ, qui fecit illa, visio & mansio delectabilis erit? Habitabit ergo deus in eis, pleno eos & vero gaudio replens, ne vsꝫ
vacillare valeant, plenã eis suæ visionis noticiã largiens, atꝫ omnibus omnia 1. Corin. 9.
factus, perfectam eis beatitudinẽ tribuens. Vnde pulchre subiungit. Et ipsi populus eius erunt, & ipse deus cũ eis erit eorꝝ deus. In hac em̃ vita, terrena habita Sapiæ. 9.
tio sensum multa cogitantẽ deprimit. Quotiens curis & solicitudinibus succũbimus, quasi totiens deũ, quẽ omnibus fluxis & transitorijs præponere debueramus, deũ nostrũ esse obliuiscimur. In illa vero ciuitate, vbi sic diuina contemplatio omnes in idipsum conglutinans beatificat, vt interno & æterno gaudio perfecte subfusos, foras euagari nõ oporteat, ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorꝝ deus. Vbi profecto quia sic æternæ iocũditatis, & lætitiæ vino debrientẽ, vt omnis transactæ vitæ miseria vltra nõ afficiantur. Quod subsequẽter declarat, cũ subiũgit. Et absterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorꝝ, & iam nõ erit neꝫ luctus, neꝫ clamor, neꝫ dolor eius vltra quæ prima abierunt. Porro ꝙ alibi ciuitas ipsa ex auro mundo, fundamẽto, omni lapide prẽcioso cõstare dicitur. xij. portæ eius ex singulis margaritis, plateæ ex auro mundo tanctꝫ vitro perlucidæ, ornatæ ferunt. quantã cœlestis illius patriæ iocundissimã mansionẽ depromunt? Si em̃ ad literã intellecta, pulchra sunt & decora, quanto magis spiritaliter intellecta, longe incomparabilius iocunda, & delectabilia inueniuntur? Si prẽciosum est, quanto prẽciosius est quod significaꝫ per aurũ? Luci em̃ cõparata purior inuenitur sapientia. Diximus vt potuimus, qualiter sublato impio, ne videat gloriam dei, Christi ciuitas sancta Hierusalem glorificetur, pluribus quæ de tanta iocunditate dici possunt suppressis, dũ ad ea quæ restant dicenda festinamus.

Qualia post resurrectionẽ sancti corpora habeant. CAP. XXIX.

QVæri põt, qualia sancti post resurrectionẽ in illa ciuitate corpa habeãt? Ait em̃ Apl's. Seminaꝫ corpus animale, resurget spirituale. Et 1. Corin. 15.
rursum. Caro & sanguis regnũ dei nõ possidebunt. Vnde nonnulli in spiritualem substantiã corpora sanctorꝝ post resurrectionẽ transmutari putauerunt. Alij tametsi corpora, nõ spiritus ea futura dicerent, tamen in tantam subtilitatẽ, vt nec palpari, nec excogitari posset, ipsa redigenda credebant. Quia vero iuxta dñi exemplũ, post resurrectionẽ discipulis suis dicentis,
Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. vera corpora in vera carnis substantia resurrectura credimus, qualiter prædicta verba Apostoli accipiẽda sint, videamus. Seminatur inquit, corpus animale, resurget spirituale. Sed intueamur ex subsequẽtibus quid per animale, quid per spirituale intellexerit. Cũ em̃ dixisset, Seminaꝫ corpus animale, resurget spirituale, subsequenter adiunxit. Si est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animã viuentẽ, nouissimus Adam in spiritũ viuificantem, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni. & qualis cœlestis, tales & cœlestes Nunquid his verbis, secundũ hominẽ Christũ Iesum, quẽ spiritualem vocauit & cœlestem, veram carnẽ habere negauit? Spiritualẽ ergo seu cœlestem dicẽs, non carne carere voluit, sed ad differentiã primi, qui voluntatẽ carnis secutus,

Lucæ. 24.

1. Corin. 15. & quod sequitur.

mandati dei præuaricator extitit, carnis operibus alienum vita & doctrina esse declarauit. Vnde & dicit. Primus homo de terra terrenus &c. ac si diceret. Primus homo terrenis operibus nos perdidit, sed secũdus cœlesti vita nos reparauit. Ideoq; subiunxit. Igitur sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. Ac deinde. Hoc autẽ dico fratres, quia caro & sanguis regnũ dei non possidebunt. i. possidere nõ potest. Corpus itaq; quod seminat animale, resurget spirituale. cum substantiæ vitiũ subtrahitur, veritas naturæ relinquitur. Hoc est enim quod subdit. Seminat in corruptione, resurget in incorruptione. Ad hanc quippe vitã mortalem, per cõcupiscentiã nascẽtes, animales seminamur. ad illam vero vitã immortalẽ, per gratiã renascẽtes, spiritales resurgimus. Huic assertioni & hoc suffragat, quia cũ dixisset, q̃ caro & sanguis regnũ dei nõ possidebunt. ne de substantia carnis dictum putaret, subiunxit. Neq; corruptio incorruptelam possidebit. Habebũt ergo in illa ciuitate sancti de vera carnis substantia vera corpora, sed ab omni corruptione aliena, puritatis dignitate, & agilitatis subtilitate spiritibus nõ inferiora, ac ita cõcorditer spiritib⁹ suis cõnexa, vt nusq; esse velint vbi esse nõ possint, nec vsq; sint vbi esse nõ velint. Nulla enim poterit esse discrepantia, quos diuinus spiritus intus alens, veræ pacis perfecta cõnectit cõcordia. Quapropter vbi sint quæri nõ oportet, cum iuxta dominicũ
Ioan.20. exemplũ, qui post resurrectionẽ ianuis clausis intrauit, tantæ sint agilitatis, vt siue in cœlo, siue in terra iam innouatis esse voluerint, in potestate habeãt, vbi nec voluntas facultati, nec facultas repugnat voluntati.

Qualiter præteritorũ memoriam habeant. CAPVT XXX.

Esaiæ.65. Esaiæ.66. NVnc inquirendũ est, si in illa beata patria præteritæ vitæ memoriã, seu scientiã habeant. Ait enim prophetarũ eximius Esaias. Non erunt memores priorũ, nec ascendẽt in corda illorũ. Sed quid est quod alibi dicit, Egredient, & videbunt cadauera mortuorũ, qui præuaricati sunt in me. Nunquid credẽdi sunt illas beatas sedes relinquere, ac ad videndũ malorũ tormenta localiter exire. Absit. Si ergo a fruitione æterni boni non recedentes, egredient per scientiã, quõ nõ erunt memores priorũ. An scient pœnas alienas, suasq; transactas miserias, vnde liberatori suo gratias habere deberẽt, obliuioni tradent. Qua in re sciendũ est, duas esse scientias, duasq; obliuiones. Scit enim aliter æger infirmitatẽ per experientiã, aliter medicus per artis notitiã. Sic etiã aliter obliuiscimur eorũ quæ experimento cognouimus, aliter illorum quæ artis tantũ industria inexperti cõprehendimus. Sicut ergo sancti habebũt omniũ quę delectare possunt, plenã memoriã. sic nihil quod officere possit, eorũ tanget cõscientiã, vt plene habeant vnde redẽptori suo gratias agant, & nihil recolant vnde læso corde de priorũ recordatione doleant, sed omnimodis delitijs
Ad Phil.4 affluentes, pacecq; dei, quæ exuperat omnẽ sensum, pfecte gaudentes, sicut foris nulla pulsant tentatione, ita intus nulla recordationis tristiũ afficiunt passione. Scient itaq; ad maiorẽ beatitudinis suæ cumulũ, redemptoris sui largũ recolendo beneficiũ, nõ sicut experti tam suos actus, q̃ malorũ apud inferos cruciatus, vt nõ solum de sua fœlicitate gaudeant, sed & deo suo eos de vna massa factos, ab illorũ perditione misericorditer seperanti gratias agere habeant. Scient inq̃t vt dictum est, per omnia scientẽ, & sua, & aliena, nõ per experientiæ miseriam, sed per internæ & æternæ sapientiæ supereffluentem gloriam.

De diuersis in cœlesti curia mansionibus. CAPVT XXXI.

HIs decursis, qualiter illa cœlestis curia ordinata sit inquiram⁹. Nunquid em̃ omnes æterna illa beatitudine pari modo, pariter oẽs fruuntur? iuxta illud parabolicũ, vbi omnes in vinea dñi nõ æqualiter Matth. 20.
desudantes, æqualẽ operis mercedẽ, tanq̃ singulos denarios recepisse feruntur. Sed quomõ intelligemus ipsius dñi testimoniũ dicentis. In domo Ioan.14.
patris mei mansiones multæ sunt. Et illud Apostoli. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorũ. Verũ est 1.Corin.15.
igitur, q̃ singuli singulos denarios accipiunt. & verũ est q̃ diuersas mansiones inhabitantes, alius alio clarior existat. quia omnes quidẽ in vnã beatitudinem recipient, sed pro qualitate meritorũ, diuersas ibi mansiones sortientur. Nam & dñs nõ in domibus, sed in vna domo mansionũ hanc varietatẽ esse dicens, vnã fore beatitudinẽ, sed in beatitudinis fruitione distantias ostendit. Quod etiã in præsenti videmus, vbi in vna ecclesia diuersis dignitatũ ordinibus, alium alio clariorẽ, alium alio superiorẽ conspicimus. Quã ad instar illius curiæ distinctã dñs Moysi loquẽs ostendit, cũ ait. Vide vt omnia facias iuxta exemplar, quod Exodi.25.
tibi monstratum est in monte. Sunt itaq; in domo illa diuersæ mansiones, quas alius alio clarior, alius alio sanctior habitet. quia tãto quisq; vicinius, & quasi proximius diuini luminis splendore irradiatur, quanto ardentius & vehementius in præsenti vita ad eius amorẽ per fidẽ operantẽ, ex dilectione inflammat. Et sicut pluribus ad vnũ fontẽ cõfluentibus, simulq; vndam eius gustantibus, qui plus sitit, plus haurit. ita ad deum fontẽ vitæ festinantes, tanto largius ab Psal.35.
vbertate domus eius torrente voluptatis suæ inebriantur, quanto eum ampliore sitis ardore vehementius, & auidius præstolant. Pro diuersitate igitur operũ & capacitate singulorũ, varia & vna beata tamẽ omniũ erit gloria sanctorũ.

De tribus ternis angelorũ. CAPVT XXXII.

RVrro quia ciuitas illa duobus parietibus compacta, ex angelis constat & homibus, quis & qualiter inter eos ordo sit intueamur. Tres angelorũ hierarchias. i. sacros principatus, prẽcipuus theologorum ponit Dionysius. & vnãquanq; in tres ordines subdiuidẽs, vt nouẽ angelorũ ordines compleat, tria terna constituit. In prima hierarchia Seraphin, Cherubin, Thronos. in secunda Dñationes, Potestates, Virtutes. in tertia Principatus, Archangelos, & Angelos ponit. Primã autẽ hierarchiã immediate trinitatẽ circũstare, ab eaq; sola illuminari, Secundã vero inter primã & vltimam mediã tam a superiore illuminari, q̃ inferiorẽ illuminare asserit. Quorũ sacratissimæ humanũq; ingeniũ transcendentis naturę causas rimari, supra nos est, nec prẽsens opus exposcit. Ait nempe supra noiatus theologus. Quanti quidẽ sunt & quales supcœlestiũ essentiarũ ornatus, & quõ scd'm eos hierarchię pficiunt, solam diligenter scire dico cõtemplatiuã eorũ perfectionis principem. Quibus verbis cũ solã diuinã sapientiã, a qua principiũ habent vt sint, & ad quã cõtemplandã respiciunt vt perfecti sint, scire dicat sacram eorum, & superornatam ordinationẽ, temerariũ de ipsorũ natura videtur inuestigare, cũ & ipsos angelos quales facti, vel qualiter dispositi sint, fateat nõ posse cõprehendere. Propterea inquit, dico & eos adhuc ignorare proprias virtutes & illuminationes, & suam

ſacram,& ſuperornatã ordinationẽ. Vnde & ſubiungit, Impoſſibile eſt ẽ nos ſcire ſupercœleſtiũ animoꝝ myſteria,& ſanctiſſimas eoꝝ perfectiones, niſi ibi dixerit quis quæcũq; per eos nos tanq; propria bene ſcientes diuinitas myſteria docuit,& eſt dictum. Incaſſum ad cõprehenſionẽ ſupercœleſtiũ myſteriorũ laboramus,cũ nec ipſos ſupercœleſtes ſpiritus,quoꝝ reuelatione illa cognoſcere deberemus,plene illa poſſe cõprehendere credamus. Quid eſt autẽ, q; ſupra eos neſcire affirmans,hic nos per eos tanq; ꝓpria bene ſcientes,erudire diuinitatẽ dicit,niſi q; ſciũt propria myſteria quantũ ſufficit ad noſtrã eruditionẽ, ſed nõ ſciunt ad plenã & perfectã cõprehenſionẽ. Quãuis igit ex proprio motu nil de eoꝝ natura cõprehendere valeamus, hoc tñ quod diuina eloquia de illis ſacris ordinibus,necnõ & iſte theologus teſtat, indubitanter credamus. Ait ergo. Omnis theologia cœleſtes eſſentias nouẽ vocauit manifeſtatiuis cognominationibus. Deinde ab egregio doctore gentiũ, magiſtro ſuo Paulo,qui ad tertium cœlũ raptus arcana dei audierat, quid edoctus ſit, ſubſequenter adnectit dicens. Has ſcilicet nouẽ cœleſtes eſſentias,diuinus noſter ſanctus profector in tres ſegregat ternas diſpoſitiones. Quod quia nuſq; in Paulo legit, ab eo familiari colloquio tanq; diuinus philoſophus didiciſſe innuitur. Nec repugnat, q; 2.Corin.12 arcana quæ audiuit,homini loqui licere Apoſtolus negat,cũ nec homo, ſed ſuper hominẽ,velut huic vitæ funditus mortuus fuerit,vel qui docuit,vel qui didicit. Dicat ergo. Has diuinus noſter profector in tres ſegregat ternas diſpoſitiones. Et primã quidẽ eſſe dicit circa deum exiſtentẽ ſemp, & ante alias immediate vniri traditã,ſanctiſſimos thronos,& oculoſos,& pẽnoſos ordines Hebreoꝝ voce Cherubin & Seraphin nominatos. Quia em Seraphin incendentes, Cherubin plenitudo ſcientiæ interpretat,Cherubin oculoſos propter cõtẽplationis cognitionẽ,Seraphin penoſos propter ardentiſſimi amoris dilectionẽ,ſymbolice nominat. Thronos vero,in quibus deus ſua iudicia decernit,quos alibi cõpactas & altiſſimas ſedes,hic ſanctiſſimos thronos anagogice vocat,altiſſimas ſedes propter dignitatẽ,cõpactas propter iudicij veritatẽ,ſanctiſſimas ꝓpter incõmutabilitatis firmiſſimã æternitatẽ. Eſt ergo propriũ thronoꝝ iudicij diſcretio,Cherubin veritatis cognitio,Seraphin cognitiõis perfecta dilectio. Et quia in his tribus omnis conſtat perfectio, recte amantes,cognoſcentes, iudicantes, velut intus preſidentes, & ab interna cõtemplatione ad exteriora officia nunq; exeuntes,immediate deo vniri,& ante alias circa ipm ſemp attente exiſtere dicuntur. Vltimos vero tres ad exteriora mitti,vt angelos & archangelos. vel dimittendis inuiſibili poteſtate diſpenſare,vt principatus,teſtatur. Porro medios quæ a ſuperioribus ad inferiores deferenda ſunt, ſcd'm dignitatẽ & officiũ ſuũ adminiſtrare dicit. In quibus Dñationes quaſi ſolo imperio ad nunciandа formantes primo, Virtutes tanq; perceptũ ab eis imperiũ Poteſtatibus edentes ſecundo, Poteſtates quaſi cõceptũ mandatũ in Principatibus, Archãgelis, Angelis ſibi ad operationẽ ſubiectis perficientes,tertio loco ponit. Qui vero poſt Angelos & Archangelos Virtutes,& deinde Poteſtates,& ſic Principatus conſtituunt, Virtutes eos per quos ſigna & miracula fiunt, Poteſtates eos qui aduerſas virtutes ſpirituũ cõprimũt,ne tantũ nocere poſſint quantũ volũt, Principatus qui etiã bonis ſpiritibus principant, accipiunt plus etymologiam nominũ, q; rationes officioꝝ ſecuti. Vſu em noſtro plus eſt poteſtate agere, q; virtute. Deinde maior eſt principatus, q; poteſtas. Nõ em omnis poteſtas principatus, ſed

omnes principatus ſunt poteſtates. Quod autẽ amplius ſit in principatu dñari q; principari,nemo ambigit,& idcirco dñationes quaſi principatibus dñantes in eminentiori loco poſuerunt. Quid eſt autẽ, q; cũ ſuprema illa hierarchia ime diate circa deum,& ita ſemper attente,vt nunq; a iocundiſſima maieſtatis eius præſentia foris prodeat,aſſiſtere credat,ad mundanda labia ꝓphetæ Seraphin exiſſe narratur,cũ dicit. Volauit ad me vnus de Seraphin &c. Vbi pfecto iuxta Eſaiæ.6. eundẽ Dionyſiũ innuitur, q; inferiori ordine miſſus, ſuperioris ordinis vocabulum ex officio eſt ſortitus. Prophetæ quippe labia purgare, eiusq; mentẽ ad diuinitatis amorẽ accendere veniens, Seraphin, i. incendentis vocabulũ accepit. Quis nõ deſint qui dicant, non incongrue ad alta conſilia de altiſſimo ordine ſpiritus mitti,cũ & ipſe vnigenitus de ſinu patris ad terras miſſus, magni con- 1.Ioan.2. ſilij dictus ſit angelus. Q; em omnes mittant, teſtari videt Apoſtolus, vbi ait, Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſſi? Vnde Michae- Hebre.1. lem, Gabrielem, Raphaelem, quos præ cæteris ſpiritibus eccleſia dei venerat, altiſſimoꝝ illoꝝ ordinũ principes eſſe putant. nec idcirco eos ab intima diuinitatis præſentia recedere dicunt,cũ tantæ ſubtilitatis eos, & inæſtimabilis puritatis eſſe velint,vt ſic ad exteriora prodeant,vt tñ in cœlis ſemper deo aſſiſtant. Vnde eſt illud Gabrielis in euãgelio. Ego ſum vnus de illis qui ſemp aſſiſtunt Lucæ.1. ante deum,& huc miſſus ſum annunciare tibi. Cũ em hoc diceret,ad terras miſſus fuerat,& tñ deo ſe aſſiſtere dicebat. Porro q; quidã a ſuperioribus erudiant, alij vero ab ipſo deo immediate illuminent, ꝓphetica auctoritate probat. Quidam em myſteriũ incarnationis ignorantes, cũ Ieſum in gloria cœlos aſcẽdere conſpicerẽt,nouꝝ regis aduentũ admirantes, a ſuperioribus inquirebant dicentes. Quis eſt iſte rex gloriæ? Sed & ſuperiores nõ omnino ignorantes, ſed ĩmediate ab ipſo diſcere volentes, nec tñ ad interrogationẽ feſtine præſilire audentes,primũ apud ſe deliberabant. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Cũq; ad doctrinã vltro ipſe ſe offerret dicẽs, Ego ſum qui loquor iuſticiã,tunc demũ aſſumpta fiducia,ad ipſum quæſtionẽ dirigũt. Quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuũ, & veſtimenta tua ſicut calcantiũ in torculari? In eo em q; interrogant,oſtendunt ſe illuminationẽ appetere, in eo vero q; inter ſe cõferendo deliberant,ſignificant quia diuinã in ſe proceſſionẽ nõ audent præuenire. Vnde theologus iſte,apud ſe inquit,ipſas deliberãt ante interrogare,oſtendentes quia diſcunt, & deificã ſcientiã appetunt. nõ autẽ præſilientes p diuinã proceſſionẽ inditã illuminationẽ. Et notandũ, q; interrogatio ſpirituũ illoꝝ ad deum,nõ eſt aliud q; ipſa illuminationis perceptio, ipſaq; eius reſponſio, vel locutio non eſt aliud q; illuminationis datio. Quia igitur ipſi nõ præueniunt illuminationẽ in perceptione, ſed diuina eos gratia præuenit in datione, non ante interrogare dicunt vt diſcant, ſed ipſe largitor & doctor offerre aſſerit eis quid deceat. Et hoc eſt quod dicit. Non præſilientes per diuinã proceſſionẽ inditã illuminationẽ. Præſilirent em inditã illuminationẽ,ſi humano more p ſtudiũ inquiſitionis ad lumen peruenirent cogitationis, ſicq; proceſſio eſſet non dei ad ipſos,ſed ipſoꝝ ad deũ. Sed quia diuina proceſſio, hoc eſt a deo procedẽs datio ſponte veniens in ipſos,ſic eos illuminat, vt nullũ inquiſitionis ſtudiũ hanc illuminationẽ efficiat. bene dicit q; inditã illuminationẽ p diuinã proceſſionem nõ præſiliunt. Hæc de angeloꝝ natura,non de noſtro ſenſu, ſed de diuinis eloquijs prolata ſufficiãt. In quibus nihil temere diffiniẽdo,ſed ſecretũ venerando

indubitãter credimus, ꝙ siue omnes mittant, seu oẽs omnia supercœlestiũ sciãt arcana, vel non. indeficienti tñ iubilo omnes simul in creatoris sui cõtẽplatiõe iocũdant. Vnde itẽ Dionysius ad superprincipale principiũ, & ad ipsum principiũ vniuersaliter eos cõuerti testatur. Qui etiã ad hoc vt supernæ hierarchiæ spiritus sic deo semp assistant, vt nunꝯ ad externa officia foras prodeant, & ꝙ inferiores spiritus quãdoꝯ secreta dei lateant, donec superiorꝫ reuelatione addiscant, inclinatus videt. Quod tamẽ & si ita est, eorũ beatitudinẽ non minuit, quia omnia scientẽ videntes, sic in eo omnia sciunt, vt quicquid expedit eos scire, scire velint, nec aliquid scire velint, quod scire eos nõ expedit.

Qualiter in eorum ordines sancti proportionaliter assumantur. CAPVT XXXIII.

QVia de cœlestiũ spirituũ hierarchijs, eo ꝙ in eoꝝ ordines electi assumendi, vnã rempu. facere credunt, incidenter disputauimus, superest vt adhuc qualiter in ipsoꝝ consortia, ꝓportionabiliter assumantur, inquiramus. Ait itidẽ de hoc sæpe nominatus optimus theologus. Ad quas, i. supercœlestes essentias, scd'm differentiã progressionũ, & incremẽta illuminationũ, proportionaliter nobis ipsis ascendimus per gradus spiritualiũ profectuũ in nobis, vel differentiã donorum inter nos. Et est dictum, ꝙ sicut in præsenti per dona gratiarũ, & gradus dignitatũ proportionaliter, hoc est differenti & ordinata participatione disponimur, sic in cœlestis curiæ contubernia
Matth.25. ꝓmoueamur. Iuxta ipsius em̃ dñi testimoniũ, Qui in modico fidelis est, supra
Ioan.12. multa constituet. & qui bene ministrat, gradum bonũ acquiret, & quia fideles dispensatores ecclesiæ tanto amplius coronant in cœlis, quanto magis verbo, & exemplo gregẽ dñi pascentes, desudauerunt in terris. Vnde qui accepto ad
Lucæ.19. vsurã talento, plus fœnerauit, iuxta differentiã meritoꝝ proportionaliter accipit stipendia retributionũ. dum isti dicit, Tu esto super quinꝙ ciuitates. & illi, Tu esto super decem. Ascendent ergo sancti per differẽtiã progressionũ, i. quantum bene operando progrediunt, & incrementa illuminationũ, i. quantũ bene docendo subditos illuminando profecerunt, per gradus spiritualiũ profectuũ, quod est de virtute in virtutẽ, non pedum, sed mentiũ, in diuersis dignitatibus progressus, vel differentiã donoꝝ, quæ sunt diuersa dona carismatũ. i. diuersos ordines beatoꝝ spirituum. Quæ quoniã in ipsis, & inter ipsos sunt, iuxta illud
Psal.83. Psalmistæ, Beatus vir cuius est auxiliũ abs te ascẽ. in cor. dis. Bene theologus iste dicit, ꝙ scd'm differentiã progressionũ, & incremẽta illuminationũ, ꝓportionaliter nobis ipsis ascẽdimus per gradus spiritualiũ profectuũ in nobis, vel differentiã donoꝝ inter nos, ad cõtubernia angeloꝝ. Qualiter autẽ in singulos ordines beatoꝝ spirituũ, singuli quiꝙ electoꝝ assumant, vt nõ solum mẽtis & corporis puritate, sed graduũ dignitate angelis similes, & pares ĩ beatitudine fiãt, beatus Gregorius mellifluo ore disseruit, tantũ iuxta illã auctoritatẽ, Cõstituit terminos populoꝝ iuxta numerũ angeloꝝ dei. in illa ciuitate numerũ electorũ futuroꝝ ostendens, quantus ibi sanctorũ remansit angelorum.

Quõ stare possit ꝙ tantus numerus electoꝝ, quantus ibi remansit angelorũ, si iuxta decimã dragmã, decima tantũ pars angeloꝝ perdita, ꝓ hoies restauranda putabitur. CAPVT XXXIIII.

SEd inquiri potest, cũ decima dragma tanꝯ angeloꝝ pars, perdita per hoies restaurari debeat, quõ tantus fiat numerus electoꝝ, quantus mansit angeloꝝ? Qua in re profecto videndũ est, ꝙ sex. x. c. & hmõi in diuina pagina nõ semper numerũ, sed significatũ numeri ponunt. Quia em̃ denarius in sacra scriptura ꝓfectionẽ significare solet, decima dragma perisse dicit, cũ reprobæ illius partis globus a deo exorbitãs, a creationis suæ dignissima ꝓfectione, ad propriæ volũtatis motũ declinans, superbiendo corruit. vt dicant nõ ꝙ illa decima pars corruerit, sed ꝙ illa pars corruerit decima. i. vt decima qualitatẽ suã seu substantiã verbi reddat verbo, vt nõ intransitiue, sed substatiue iungat, cũ corruit. quod est dicere, vt nõ numerũ, sed literã, sed iuxta significationẽ numeri mysticũ sensum respiciat, vt nõ sit aliud dicere corruit decima, ꝯ corruit perfecta. i. in eo ꝙ perfecta. sicut solemus dicere, video te sapientẽ. verbũ iungendo transitiue, ad te substãtiue ad sapientẽ. Vel corruit decima. i. perfecta. i. a decima, vel a perfecta. vt sit ablatiuus decima seu ꝓfecta, vel sensum habeat ablatiui. Sicut em̃ nominatiuus apud grãmaticos frequẽter substantiã sui, sic ablatiuus vel noiatiuus ex parte prædicati, semp qualitatem eiusdẽ nois innuit. Vt cũ dico, Martinus est homo, non prædico scd'm Logicos hoc, sed ex hoc. sicut ecõuerso cũ dico, homo currit, nõ subiicio ex hoc, sed hoc. Nam si hac parabola, ad hoc vt decimã partẽ angeloꝝ, quæ ꝑ hoies restaurari debet, cecidisse credere cõpellimur, nihilominus etiã centesimã tñ partẽ ex parabola. c. ouiũ corruisse cogemur cõfiteri. Prædictus ergo denarius, vel centenarius, quia vt dictũ est, non ad numerũ, sed ad significatũ numeri nos mittit. nec ad hoc cogit, vt decimã partẽ seu centesimã corruisse credamus. nec ad hoc impellit, vt tantundẽ restaurandoꝝ, quantũ lapsoꝝ numerũ fore cõfiteamur. sed hoc tñ ostendit, ꝙ illoꝝ miseria istoꝝ fœlicitate, illorũ imperfectione istorũ ꝓfectione suppleat. Neꝙ ꝓpter hoc ꝙ decima dragma perdita dicit. x. ibi ordines, quoꝝ vnus corruerit, quãdoꝙ fuerunt, sed de singulis. ix. illis ordinibus cadentes, vnũ inordinati ordinis globũ fecerunt. Quãuis si dicat quis Gregoriũ hoc nõ sub assertione posuisse, non sit multũ in eius determinatione laborandũ. dũ hoc tamẽ credat, ꝙ vere in singulorum angeloꝝ ordines, siue in numero pares, vel impares sint, beatitudine pares electi assumant. Non em̃ Gregorius ait, ad quot tot ascensuros scimus, sed credimus. Hæc illa quã posui auctoritas, Cõstituit terminos populoꝝ, iuxta numerum angeloꝝ. huic sententiæ accõmodata cernitur, cũ ibi subsequẽter dicatur. Pars autẽ dñi populus eius. Quod sic teste Deute.32.
Dionysio dictũ videt. Cæteræ nationes religionẽ angeloꝝ sectantes, diuersam militiã cœli coluerunt. solus Israeliticus populus vnius dei cultũ seruans, ipsi tanꝯ sua pars, & funiculus hæreditatis in possessionẽ peculiariter cessit. Vnde est illud Psalmistæ. Notus in Iudæa deus, in Israel ma. nomẽ eius. Si vero iuxta Psal.75.
aliã translationẽ, iuxta numerũ filioꝝ dei legat, longe iterũ aliũ sensum require re innuit, nisi eosdẽ filios dei, quos & angelos dixerimus, iuxta illud Geneſis, Geñ.6.
vbi alius translator filios dei, alius angelos ad filias hominũ accessisse cõmemorat. Quod si iuxta nostrũ vsum, iuxta numerũ filiorũ Israel dicatur, peregrinũ penitus ab hoc intellectu erit. Igitur de re secretissima prorsus a nostris oculis remota, iudiciũ prudentioribus relinquentes, ad ea quæ restant transeamus. hoc tamẽ credẽtes, ꝙ in libro sapiẽtissimæ ꝓsciẽtiæ dei, quã nullũ fugit, ꝓfundũ, nullũ fallit secretũ, certus est numer⁹ electoꝝ, & verax corona, ꝓ meritis singuloꝝ.

De beatitudine sanctorum. CAPVT XXXV.

NVnc videndū est, quæ illius patriæ sit beatitudo. Non em̄ credendū est, animas exutas corpore, vel post resumpta spiritalia corpora, angelicis spiritibus puritate ac dignitate nō inferiores, rebus exteriorib⁹ sicut in hac vita delectari. Proinde sicubi sacra scriptura floridis & virentibus campis, amœnis locis, garritu auiū, odoriferis rebus, vtpote cynamomo & balsamo, sensus eor̄ reficí & affici dicit, spiritaliter hoc potius q̄ carnaliter accipiendū videt̄. Quāuis & propter simplices, qui lacte, nō solido cibo alendi sunt, quor̄ sensus nondū exercitati, spiritalē iocunditatē cōprehendere nequeunt, hæc frequēter a quibusdā doctoribus ponant̄, vt sic per visibilia ad inuisibilia cognoscenda & inquirenda mittant̄. Est igit̄ beatitudo sanctor̄, visio cōditoris sui, iuxta illud dn̄icum. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deū, & quē misisti Iesum Christū, intelligendū cū spiritu, qui est amborū. Ioan. 17.
Hæc est inquit vita æterna. Quid em̄ aliud est vita æterna, q̄ beatitudo ipsa? Si em̄ esset vita tēporanea, beata nō esset, quæ de termino solicita foret. Rursus q̄n tūcunq̄ diuturna, nisi omnis miseriæ defectu carens, oīmodæ fœlicitatis affluret abundantia, beata dici nō posset, quæ aliquo neuo infecta esset. Est itaq̄ illa vita æterna & beata, beata & æterna. Vt cognoscant te verū deū, & quē misisti Iesum Christū. Vide q̄ fruitionē beatitudinis, cognitionē dixit esse diuinitatis. Vnde frustra quidā ad cōprehensionē diuinæ substantiæ in hac vita laborant, 1. Corin. 13.
quæ a sanctis p̄ speculū & in ænigmate vix in præsenti visa, sicuti est videnda, pleniterq̄ cognoscēda, in futura eis tantū vita p̄mittit̄. Delectant̄ igit̄ sancti in Psal. 83.
plene iocūda, & æterna beata visione dei, iuxta illud Psalmistæ. Benedictionē dabit qui legē dedit, ibunt de virtute in virtutē, videbitur deus deor̄ in Sion. Quid maius, quid iocundius, quid glorioſius? Quāto desyderio in tenebris positi desyderamus hunc solem? quanto studio optamus hanc lucē? Quod si hæc lux desyderata cū gaudio suscipit̄, suscepta cū admiratione inspicit̄, visusq̄ frequenter reuerberat̄, rursus ad videndū sustollitur, nec vsu vilescit, nec frequētia fastidiū gignit, quā putas lux lucis videntibus se iocunditatē afferat, admirationem tribuat, nec tamē fastidium inferat? Si reges, vel imperatores terrenos in gloria sua fluxa & transitoria cū admiratione, & quadā hilaritate videmus, q̄ inæstimabili gaudio suffusos, inæstimabili iubilo mētis repletos æstimabimus qui regem regū, creatorē vniuersor̄ in decore suo, & gloria incōparabili, & immarcescibili, cœlesti angelor̄ & hominū stipatū militia, videbunt? Nec videbunt tantū, sed & visum amabunt, amatū laudabunt. Vnde pulchre Psalmista, Psal. 83.
Beati qui habitant in domo tua dn̄e, in sæcula sæculor̄ laudabunt te. Est ergo 1. Pet. 1.
beatitudo videre deum, in quē desyderant angeli prospicere incessanter, sine tedio visum amare indesinenter, sine fastidio amatū indefesse laudare, sine fatigatione, atq̄ de his in ineffabili cordis iubilo, gaudio inæstimabili, sine tristiū intermixtione in sęcula sęculor̄ gaudere. Quod quia in hac vita plene haberi nō Psal. 86.
potest, illi cœlesti ciuitati digne reseruatur. Vnde rursus Psalmista. Sicut lætantiū omniū habitatio est in te. Per hoc em̄ q̄ nō lætantiū, sed sicut lætantiū dicit, longe illud gaudiū nostro in hac vita supexcellere ostēdit. Cū itaq̄ plene ac perfecte de visione dei gaudio quod nemo tollere potest, gaudeant, quomodo rebus exterioribus delectari putabuntur, cū etiā in præsenti, vbi per speculum, &

in ænigmate gloria illa vix prægustatur, nonnunq̄ sancti contemplatione supernorū sic subleuantur, vt omnibus sensibus propriis officijs carentibus, interna tantū dulcedine suauiter afficiantur. Quare credendum nō est, q̄ & si in cœlo nouo, & terra noua omnibus in melius mutatis, splendido decore cuncta clarescant, tamē vt dictū est, sanctos visione, ac laude creatoris sui iocundantes, horum pulchritudine occupatos, ab illa lætitia reuocari. Nam q̄uis iuxta Prophetam, tanta ibi claritas fiet lunæ, quanta nunc solis, Solisq̄ septempliciter quanta nunc est, tamen alibi habes, q̄ ciuitas illa non eget sole, neq̄ luna, vt luceant Apoca. 21.
in ea. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius agnus est. Quod si claritate dei illuminati, contēplationis, veræq̄ visionis eius luce ineffabiliter perfusi, supernis ad delectationis augmentū non egent luminaribus, multo minus inferioribus his, quibus sensus corporis, vt supra dictum est, affici solent, ad delectamentū indigebunt. Quamuis non desunt, qui dicant illam etiā ibi ad delectationem non deesse. Aiunt em̄ q̄ omnimodis ibi delitijs affluant, & quanq̄ visione dei plene delectati, exteriora non desiderent, illa tamen istam tanquam affectae assequantur. sicut in sanctor̄ libris nonnunq̄ sæcularis scientia, diuinā sapientiam non affectata, tanquā pedissequa comitari cognoscitur. Erunt ergo hæc omnia ibi, si erunt famulantia ad ornatum, sed non erunt ibi ad necessitatis obsequium.

Qualiter deus videatur. CAPVT XXXVI.

REstat indagare, Vtrum deus corporeis oculis simul & spiritalibus videatur, vel spiritalibus tantū, iuxta illud, Beati mūdo corde, quoniā ipsi deum videbunt. Quod nōnulli sic intelligunt, vt deū tantū corde, tantū etiā illic in suæ naturæ simplicissima puritate videndū asserant. Quibus intantū accōmodatus videt̄ Augustinus, vt in libro de ciuita. dei, dicat durū esse credere, q̄ illic oculos claudere nō possimus, durius vt clausis oculis deus ibi non videatur. Sed videndū est, multa in eodē opere prędictū patrē nō sub assertione posuisse, sicut ipse testatur dicens. Nam nec ego volo temere credi cuncta quæ posui, quia nec a meipso ita credunt̄, tanq̄ nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio. Vnde cū de hac ipsa a cæteris redargueret̄ sententia, tanq̄ contra auctoritatē, Quem visurus sum ipse, & non alius, & oculi Iob. 19.
mei conspecturi sunt, dixerit, respondit se in hoc nō peccasse, q̄ deū istis oculis videndū negauit, cum aut ipsis non videatur, aut si videbitur, oculi illi nō sunt ipsi qui nunc sunt, quia longe in dignior̄ statū alterati. Quare non desunt, qui deum vtroq̄ modo videndum affirmant. Dicunt em̄ plenam beatitudinē in visione dei consistere, a qua si tunc fraudarent̄ corpora, nequaq̄ sancti in vtroq̄, sed in spiritu tantū summa beatitudine fruerentur. Nec multū ab hoc statu ille distaret, cū & nūc corporibus in terra putrescentibus, spiritus & animæ iustor̄ in cœlo deū videant. Nec repugnat quod dicit̄, Beati mūdo corde, quia ipsi deū videbunt, quē p̄fecto nō impuri, sed soli mūdi cordis videre merebunt̄. Verū ergo est ex parte subiecti, solū mūdo corde deū videre, sed nō verū est ex parte p̄dicati, deū videbunt mūdi corde solū. Verbi gratia. Verū est, pater est solus deus, sed nō est verū, solus pater est de⁹. In priori p̄positiōe ponit̄ alius deus nō esse a patre, q̄d verū est, in secūda ponit̄ deus nō esse ali⁹ a patre, q̄d falsū est, qa filius

deus est,& alius a patre ꝑsonaliter,sed nō alius deus.quare & a theologis negatur deus dici singularis,vel solitarius.Siue igit̄ mente tantū,siue ad maiorē beatitudinis cumulū,vt duplici stola vestiti in vtroq; corpore scilicet ac spiritu saginati,vtrisq; deū oculis videant,hoc cōstat, quia reuelata facie ipsum sicut est videbunt,in ipso, & de ipso gaudebunt, ipsum in sæcula sæculorū laudabunt. Hæc est octaua quę sabbatū vesperā nō habens subsequit̄, vel potius cōtinuat. Hæc em̄ vespera nō in noctem vergendo tenebrescit, sed in prima sabbati,quæ octaua nō terminata animarū requie,sed receptis corporib⁹ duplicata lucescit. Hæc requies ex requie,sabbatū ex sabbato,mensis ex mense.Hæc erit in fine si
Sapiæ.8. ne fine.Ēn habes diuina sapientia maliciam semper vincendo,q; fortiter a fine ad finem attingat, q; suauiter omnia disponat. Quid em̄ fortius, q; diabolo cū membris eius in abyssum putei inferioris ꝓcipitato, ad supercœlestia gaudia membra sua perducere? Quid suauius,q; cuncta hæc sine aliquo perturbatiōis motu peragere? A fine igitur ad finem.i.a principio vsq; ad consummationem,
Danie.3. vnde Alpha & ω vocat̄, fortiter attingit,hoc est vtrisq; diuersa meritorū stipendia iuste distribuit.vel a fine bonorū ad finē malorū. Vnde ꝓpheta. Qui sedes super Cherubin,intueris abyssos. Sedet em̄ tanq; incōmutabilis sup altissima, & intuetur tanq; iustus discretor infima. Sedet,quia cū tranquillitate iudicādo suauiter omnia disponit. Intuetur desuper Cherubin abyssos, quia a fine ad finem fortiter attingit.Attingit intuendo,iusteq; moderando finem,quo nihil inferius, a fine,quo nihil superius.finē,quo nihil amarius.a fine,quo nihil suauius.finem,quo nihil miserius.a fine,quo nihil beatius.Hæc est hæreditas seruorū dei.Ibi vt ait Augustinus,vacabimus,videbimus,amabimus, laudabimus.
Eȩchie.48 Erit autē iuxta Prophetā,nomen ciuitatis ex illa die dominus ibidem.

De fine vtriusq; ciuitatis. CAPVT XXXVII.

Haec de fine ciuitatis Christi,iuxta capacitatē sensus nostri,dicta sufficiant.In quibus,vt verbis vtar Dionysij,quædam prætermisimus cōmensurationi sermonis prouidētes,simul & honorificantes secretū,quod supra nos est cū silentio. Est em̄ gloria regū celare verbum, & maiestatem minuit,qui mystica vulgat.Noui quippe sic magna dici oportere, vt semper supersit quod cū diligentia inquiratur, ne vile appareat, si totum vulgariter pandatur. Proinde sicut ea quæ nō de nostro, sed scripturarū sensu, q̄uis inculto prolata eloquio, charitati tuæ deuote offerrimus, sic nolentibus, & spernentibus impudenter nō ingerimus. Nam vt supra de Augustino dixi, nonnulla ibi nō sub assertione,sed opinione,& inuestigatione posita sunt,finitiuaq; sentētiæ examen prudentioribus relictum. Tuum vero erit minus dicta supplere,male dicta corrigere,superflua resecare,meq; in hoc salo mundi peccatis oneratum laborantem,orationū tuarum remedijs subleuare.

LIBRI OCTAVI, ET VLTIMI
FINIS.

DOMINO SVO FRIDERICO VICTORI INCLYto triumphatori, Romanorum Imperatori, ac semper Augusto, Otto dei gratia Frisingensis ecclesiæ id quod est,in eo prosperari qui dat salutem regibus.

Retiuit vestra imperialis maiestas a nostra paruitate,quatenus liber qui ante aliquos annos de mutatione rerum, a nobis ob nubilosa tempora conscriptus est, vestræ transmitteretur serenitati. Parui ergo libens vestro imperio tanto deuotius, quanto regiæ excellentiæ conuenientius esse considero, ob reipublicæ non solum armis tutandæ,sed & legibus,& iudicijs informandę incrementū,antiqua regum seu imperatorū gesta vos velle cognoscere. Sic magnus ille Persarū rex Assuerus seu Artarxerxes,q̄uis ad agnitionē veræ lucis per cultū vnius dei nō peruenisset, ex nobilitate tamen animi, regiæ magnificentiæ id expedire cogitans, annalia quæ sub ipso, vel antecessoribus suis scripta erant, reuolui iussit, ita gloriā hanc,ne videlicet innocens tanq; reus puniret, nocensq; vt innoxius pœnam effugeret,adeptus est. Prȩterea cū nulla inueniatur persona mundialis quæ mundi legibus nō subiaceat,subiacendo coerceatur.soli reges, vtpote constituti supra leges,diuino examini reseruati,sæculi legibus non cohibent̄. Vnde est illud tam regis,q; prophetæ testimoniū. Tibi soli peccaui. Decet ergo re- Psal.50.
gem non solum animi magnanimitate nobilitatū, sed & ad cognoscendū creatorem suū diuina gratia illuminatū, regem regum, dominū dominantiū deum præ mente habere, & ne in manus eius incidat, quantū potest modis omnibus
prǽcauere.Cum em̄ iuxta Apostolum,omni mortali horrendum sit incidere in Hebre.x.
manus dei viuentis, regibus tamen, qui nullum præter ipsum supra se habent quem metuant,eo erit horribilius, quo ipsi cæteris possunt peccare liberius. secundū illud viri Sapientis,vbi ait. Audite reges,& intelligite, discite iudices fi Sapiæ.6.
nium terræ, præbete aures vestras vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū.quoniā data est a domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationē scrutabitur. Quoniā cū essetis ministri regni illius,non recte iudicastis,neq; custodistis ledem iusticiæ, neq; secundū voluntatē dei ambulastis,horrende & cito apparebit vobis.quoniam iudicium durissimū in his qui præsunt,fiet. Vos autē princeps clarissime, qui re,& nomine pacificus iure appellamini,quia noctem nebulosam & pluuiosam ad delectabilia matutinæ serenitatis spectandam,cuiq; quod suū est conseruando reduxistis, pacemq; amabilem mundo reddidistis, deo qui & principium,perseuerantiā largiente, huius tam amaræ sententiæ, diuina fauente clementia, iudicium non incidistis. Honesta ergo erit, & vtilis excellentiæ vestræ historiarū cognitio.qua & virorū fortium gesta,deiq; regna mutantis,& cui voluerit dantis,rerum mutationē pauentis,virtutem ac potentiā cōsiderando,sub eius metu semper degatis, ac prospere procedendo per multa temporū curricula regnetis. Vnde nobilitas vestra cognoscat nos hanc historiam nubilosi temporis,q; ante nos fuit turbulentia,inductos,ex amaritudine animi scripsisse, ac ob hoc non tam rerum gestarum seriem,q; earundem miseriam in modum tragœdiæ texuisse, & sic vnāquanq; librorū distinctionem, vsq; ad Septimum &

Octauum, per quos animarũ quies, resurrectionisq; duplex stola significat, in miseria terminasse. Itaq; si vestræ placuerit maiestati, gestorũ vestrorũq; nobilissimam in posterum memoriam stilo cõmendare, seriem per notarios vestræ celsitudinis digestis capitulis, mihiq; transmissis, deo dante, vitaq; comite, ea læta, læto animo prosequi non pigritabor. nihil aliud pro munere expectans, nisi q; ecclesię cui deseruio, in opportunitatibus suis vestra subuenire velit imperialis clementia. De expeditione quam cõtra Mediolanensiũ superbiam ordinastis, ob honorẽ imperij, vestræq; personæ exaltationẽ libenter audiui, præceptũq; vestrũ super hac re humilitati meæ destinatũ, reuerenter suscepi. Misimus autẽ præsentiũ latores venerabilem Abbatem Rapatonẽ sancti Stephani & capellanũ nostrum Ragauinũ, qui hanc historiam ex ore nostro subnotauit, vt de hoc verbo sub gratia vestra sufficienter respondeant.

AD RENHALDVM QVENDAM CANCELLARIVM IMPERIALEM.

Præcordiali amico, summiq; inter orbis principes principis, nobili Cancellario Renhaldo, Otto dei gratia Frisingensis ecclesiæ episcopus, Salutem & obsequium.

CVm iuxta Boetium, in omnibus philosophię disciplinis ediscendis atq; tractandis, summũ vitæ positum solamen existimem, vestræ nobilitatis personam eo familiarius ac iocũdius amplector, quo ipsius studio vos hactenus insudasse, in eaq; apprime eruditum esse cognosco. Eapropter non vt rudi, sed vt philosopho, de libro quem domino imperatori transmisi, vestræ industriæ confidentius scribo, petens ne in quibusdam ibidem positis siniſtrum, sed bonũ vos interpretem experiar. Scitis enim q; omnis doctrina in duobus consistit, in fuga, & electione. Vt ergo ab ea, quæ accedentibus ad philosophiã prima est Grammatica, ordiar, ipsa est quæ secundũ suam disciplinam, docet eligere ea quæ conueniunt proposito, & fugere quæ impediunt propositum. Verbi gratia. Certa lege dictionem dictioni secundũ consimilia accidentia construere iubens, ea quæ non sunt talia, vtpote Barbarismos & Solœcismos purgando fugere docet. Sed & Logica, cuius ad syllogismorũ doctrinam principaliter spectat intentio, iudicium purgans, & instruens, propositionũ coniugationes inutiles ad syllogiçandum purgando fugit, vtiles aũt instruendo eligit. Quare cum sedecim propositionũ coniugationes inueniant, in prima tantũ iuxta Aristotelem figura, quattuor vtiles, duodecim inutiles. in secunda itidem quattuor vtiles, duodecim inutiles. in tertia sex vtiles, decem inutiles reperiuntur. Geometer quoq; partem falsigraphi ad impossibile ducẽs fugiendam, suamq; demonstrationẽ necessarijs probans rationibus, eligendam ostendit. Sic cronographorũq; facultas habet quæ purganda fugiat, quæ instruendo eligat. Fugit enim mendacia, eligit veritatem. Itaq; nõ indignetur vestra discretio, nec siniſtre, vt dixi, imperialibus auribus iuterpretetur, si in historia nostra cõtra antecessores, vel parentes suos, ad obseruandam veritatem, aliqua dicta fuerint. cum melius sit incidere in manus hominũ, cẽ tetræ fucatum super ducendo colorem faciei, scriptoris amittere officium. Dañ. 13.

Præterea quoq; quo ordine currat hæc historia, breuiter exponam, vt hoc cognito, qualitas operis facilius pateat legenti. Quattuor principalia regna, quæ inter cætera eminerent, ab exordio mundi fuisse, in finemq; eius secundũ legem totius successiue permansura esse, ex visione quoq; Danielis percipi potest. Horum ergo principes secundũ cursum temporis enumeratos, primos Assyrios, post suppressis Chaldæis, quos inter cęteros historiographi ponere dedignantur, Medos & Persas, ad vltimum & Græcos & Romanos posui, eorumq; nomina vsq; ad præsentẽ imperatorem subnotaui. De cæteris regnis incidenter tantũ, & ob ostendendã rerum mutationẽ disputans. De diuersis quoq; religiosorũ ordinibus, & catalogo regum in Laurento, Latio, Alba ante vrbem conditam regnantibus, & post vrbem conditam, item de catalogo imperatorũ, seu pontificum Romanorum,

vſq; ad eum qui in præſentiarum eſt, diſſerui. Sicq; in Octauo de reſurrectione mortuorũ, fineq; vtriuſq; ciuitatis loquens, opus terminaui. Qualiter etiam regnum a regno ſupplantatum, vſq; ad imperium Romanorum fuerit, oſtendi. hoc quod de ipſo dicitur, quia de lapide exciſo de monte plenarie ſubuertendum ſit, vſq; in finem temporꝝ, iuxta Methodium expectandũ æſtimans.

VALETE.

PRIMAE PARTIS CHRONICAE OTTONIS FINIS.

OTTONIS PHRISINGEN. EPISCOPI

De gestis Friderici primi Aenobarbi Cæs. Augusti, Libri duo.

ITEM

Radeuici Phrisingen. ecclesiæ Canonici Libri duo, prioribus additi, de eiusdem Friderici Imperatoris gestis.

Fridericus dei gratia Romanorꝝ imperator, & ſemp Auguſtus, dilecto patruo ſuo Ottoni Friſingenſi epo, gratiã ſuã, & omne bonum.

CHronica q̃ tua ſapiẽtia digeſſit, vel deſuetudíe inũbrata in luculẽtã erexit cõſonantiã, a dilectione tua nobis ꝓmiſſa & tranſmiſſa cũ ingenti gaudio ſuſcepimus, & poſt bellicos ſudores interdũ delectari in his, & ꝓ magnifica geſta imperatorꝝ ad virtutes informari ꝓpta mus. Ea vero quę ab ingreſſu regni a nobis geſta ſunt, ad petitionẽ tuã breuiter cõpilata, notitiæ tuæ libenter cõmendaremus, niſi q̃ ad ſimilitudinẽ priorꝝ geſtorũ, quę ab excellẽtiſſimis viris edita ſunt, magis dici poſſunt vmbra q̃ facta. Tamẽ quia tuũ præclarũ ingeniũ humilia extollere, & de parua materia multa ſcribere nouit, plus confiſi tuis laudibus, q̃ noſtris meritis, tantillum hoc quod in Romano orbe per quinquenniũ fecimus, paucis perſtringere curamus.

POſt primã vnctionẽ Aquiſgrani, & acceptã coronã Teutonici regni generalẽ curiã Merſeburg in Pẽtecoſte celebrauimus, vbi rex Danorũ Petrus ad curiã noſtrã vocatus venit, & hominio ac fidelitate nobis facta, coronam regni de manu noſtra ſuſcepit. Deinde Cicenſem epm Vuicmannũ ad archiepiſcopatũ Magdeburgẽſem trãſtulimus. Et quanq̃ multę lites & cõtrouerſię inter nos & Romanã eccleſiã inde fuiſſent, ad vltimũ tñ quod a nobis laudabiliter factũ fuit, auctoritas apoſtolica confirmauit. Poſt hęc expeditionẽ Romã mouimus, & valida manu Longobardiã intrauimus. Hęc quia ꝓpter longã abſentiã imperatorꝝ ad inſolẽtiã declinauerat, & ſuis cõfiſa viribus, aliquantũ rebellare cœperat, nos animo indignati oĩa fere caſtella eorũ, furore debito & iuſto, nõ militũ, ſed ſeruientiũ deſtruximus. Mediolanenſes verſuti, & ſuperbi verba ſine fide nobis dederũt, & vt noſtra cõceſſione ſup Cumas & Laudam dominiũ habere mererenť, multã pecuniã nobis ꝓmiſerũt. Sed cũ nec prece, nec precio flectere nos poſſent, & cũ ad terrã eorꝝ veniſſemus, a terra copioſa ſua declinantes, tres dies in ſolitudine nos duxerũt, quouſq̃ tandem cõtra voluntat emeorum iuxta Mediolanum ad miliare Teutonicũ caſtrametati eſſemus. Ibi dũ ab eis mercatũ quęreremus, & ipſi nobis eũ negarent, nobiliſſimũ caſtrũ eorꝝ Roſatũ videlicet, quod quingentos milites armatos habebat, capi, & incendio deſtrui fecimus. Ibi milites noſtri vſq̃ ad portã Mediolanenſiũ iuerũt, & multos vulnerauerũt, & multos ceperunt. Hinc inde ortis inimicitijs inter nos & illos, fluuiũ Ticinũ verſus Nouariã tranſeũtes, põtes duos quos ipſi armauerãt, & incaſtellauerãt, violẽter occupauimus, quos poſt trãſitũ totius exercitus noſtri deſtruximus. Inde tria caſtra eorũ fortiſſima, Minimã videlicet Gailardã & Trecã deſtruximus. Et natale dñi cũ maxima iocũditate celebrato, ꝓ Vercellas & Taurinũ eũtes, Padũ trãſiuimus. Inde Chairã maximã & munitiſſimã villã deſtruximus, & ciuitatẽ Aſtam incẽdio vaſtauimus. Deinde Terdonã ciuitatẽ munitiſſimã natura & arte, obſedimꝰ. Et poſt tres dies Burgo capto, ipſam arcẽ cepiſſemus, niſi nox & maxima tẽpeſtas nos cohibuiſſet. Tandẽ poſt multos aſſultus, multas cædes, & miſerabilẽ ſtragem illorꝝ, & non modicũ damnũ noſtrorꝝ, arcẽ per deditionẽ occupauimus. Quendã principem Græcorꝝ, qui a Marchione Malaſpina captus erat, liberauimus. Deſtructa Terdona, Papienſes vt glorioſum poſt victoriã triumphũ nobis facerẽt, ad ciuitatẽ nos inuitauerũt. Ibi in corona, & maxima lętitia, & ingẽti ſeruitio ciuitatis tres dies deduximus. Deinde directo tramite ꝓ Lõgobardiã in Romaniã & Tuſciã eũtes, Sutriũ vſq̃ ꝓuenimus. ibi dñs papa cũ tota eccleſia Romana gaudẽter nobis occurrit, & conſecrationẽ nobis paterne obtulit, ſuaq̃ grauamina quę a Romano populo paſſus erat, nobis cõqueſtus eſt. Sic nos quotidie ſimul euntes, & ſimul hoſpitantes, dulciaq̃ miſcẽtes colloquia, Romã vſq̃ peruenimus. Romani nuntios ſuos ad nos miſerũt, & maximã pecuniã ꝓ fidelitate eorꝝ ac ſeruitio, tria quoq̃ a nobis iuramẽta exquiſierũt. Inde cũ dño papa & cardinalibus cõſilio inito, quia imperiũ emere noluimus, & ſacramẽta vulgo præſtare nõ debuimus, vt omnes dolos & machinamẽta eorꝝ declinaremus. Octauiano cardinale cõducente, maxima pars militiæ noſtrę nocte ꝓ portã paruulã iuxta S. Petrũ intrauit, & ſic monaſteriũ ſancti Petri ꝓoccupauit. Mane facto dñs papa cũ tota eccleſia ad baſilicã S. Petri nos ꝓceſſit, & ad gradus cũ maxima ꝓceſſiõe nos ſuſcepit. & miſſa celebrata ad altare S. apl'orꝝ Petri & Pauli, in honore S. Mariæ virginis, quia ſabbatũ erat, benedictionẽ coronæ Romani imperij largiter ſuper caput noſtrũ effudit. Quo rite facto & peracto, dũ omnes nimio labore & æſtu cõfecti, ad tentoria rediremus, & cibũ caperemus, Romani de ponte Tyberino ꝓſiluerũt, & in monaſterio S. Petri, duobus ſeruis nr̃is occiſis, & cardinalibus ſpoliatis, Papam capere intendebant. Nos vero de foris ſtrepitũ audientes armati per muros irruimus, & tota die cũ Romanis conflictũ habentes, eorꝝ pene mille occidimus, & in Tyberi ſubmerſimus, & captiuos deduximus, donec nox nos & illos diremit. Mane facto, quia victualia nobis defecerãt, aſſumpto papa & cardinalibus, cũ triumpho victoriæ lęti diſceſſimus, & omnibus caſtris & munitionibus quæ circa vrbẽ erant, in poteſtatẽ noſtrã deditis, vſq̃ Albã venimus, & ꝓ aliquot dies ibi cũ papa morati ſumus. Inde venimus Spoletum, & quia rebellis erat, & comitẽ Guidonẽ Guerrã, & cæteros nuntios noſtros in captiuitate tenebant, aſſultũ ad ciuitatẽ fecimus. Mirabile & inſcrutabile iudiciũ dei. A tertia vſq̃ ad nonã munitiſſimã ciuitatẽ, quæ pene centũ turres habebat, vi cepimus, igne videlicet & gladio. & infinitis ſpolijs acceptis, pluribus igne cõſumptis, funditus eam deſtruximus. Inde euntes verſus Anconã, Paleologũ nobiliſſimũ principẽ Græcorꝝ, & Maroducũ ſociũ eius, cũ cæteris nuntijs Conſtantinopolitanis obuios habuimus. Quí vt in Apuliã iremus, & hoſtẽ vtriuſq̃ imperij Guilhelmũ potẽtia virtutis noſtrę cõterere vellemꝰ, infinitã pecuniã nobis dare ſpoponderunt. Quia vero militia noſtra ꝓpter multos labores & bella nimis attrita fuit, placuit magis principibus redire, q̃ in Apuliam deſcendere. Sicq̃ nobis redeũtibꝰ, & Gręcis cũ ſuꝑbia multitudinis ſuę, & copioſa pecunia in Apuliã eũtibus, Paleologus poſt adeptũ Barũ, & munitionẽ deſtructã obijt. & Vuilhelmus congregato exercitu repente in Gręcos irruit, & paucis captis, cæteris occiſis, omnẽ pecuniã aſportauit. Nos vero cum maxima victoria a deo nobis pręſtita, qualem cũ mille octingentis militibus conquiſitam prius nunq̃ audiuimus, Veronam vſq̃ peruenimus. Qualiter illi in pręcipitio cuiuſdã montis nobis inſidias poſuerint, & qualiter a nobis occiſi, & duodecim ſuſpenſi ſint tu audiſti. Scis etiã in ordine, quã inter fratrẽ tuum ducem Auſtriæ, & ducẽ Baioariæ cõcordiam fecerimus, & q̃ glorioſe Fridericũ in Colonienſi archiepiſcopatu ſublimauerimus. Hæc pauca paucis comprehenſa, illuſtri ingenio tuo dilatanda & multiplicanda porrigimus.

GESTORVM FRIDERICI

CAPITA PRIMI LIBRI.

Qua occasione Hiltebrandus ab imperatore abiectus, & Guibertus in locum eius subrogatus sit. Caput primum.
Q⁊ imperator Italiam ingressus, Gregorium vrbe fugauit. Cap.ij.
Quō Robertꝰ Guisthardus cū Romanis Cāpaniā & Apuliā occupauit. Ca.iij.
De rebellione Saxonum. Cap.iiij.
Excursus philosophicus, vel potius theologicus. Cap. v.
De Saxonibꝰ bello graui superatis, & ꝙ Guelfo dux Noricoꝝ, & Rudolphus dux Sueuoꝝ rebellare cœperunt. Cap. vi.
Q⁊ idem Rudolphus instinctu Gregorij rex creatur, & paulo post in prælio occiditur. Cap. vij.
De comite Friderico, ꝙ gener imperatoris factus, ducatum Sueuię obtinuerit.
Q⁊ post genitos sibi filios Fridericū & Conradū, diē obijt. Cap.ix. (Cap.viij
De vxore eius Agnete, ꝙ Leopaldo Marchioni nupserit, & ꝙ defuncto imperatore filius eius Henricus potenter regnū obtinuit. Cap.x.
Quomō apud Barū comitē Reinaldum cepit, & abduxit. Cap.xi.
Q⁊ in nuptijs apud Mogūtiā regnū scissū est, & de gestis Friderici ducis. Ca.xij.
Quō Moguntiā obsedit, & quō de ipsis & suo archiepō triumphauit. Ca.xiij.
Qualiter idem dux castrum Lympurg ab obsidione liberauit, & de eius coniugio. Cap.xiiij.
Vbi Henricus imperator mortuus, & sepultus. & ꝙ Albertus Mogūtinus astu regalia ab imperatrice obtinuit. Cap.xv.
Lotharius dux Saxonum in imperatorē eligitur, qui mox hæredes Henrici persequitur, & Noricū castrum ab ipso obsidione cingitur. Cap.xvi
Fridericus & Conradus fugato Lothario, oppidum muniunt. Cap. xvij.
Quō ijdem duces Henricū Noricoꝝ ducē ex Alemānia fugauerūt. Cap. xviij.
Quomodo Fridericus insidias eiusdem ducis euasit. Cap. xix.
De expeditione Lotharij in Boemiam. Cap. xx.
Qui principes ibi occubuerint, & de secūdis nuptijs Friderici. Cap. xxi.
Q⁊ mortuo Lothario Conradus rex creatur, & quis Alberto Moguntino in se de successerit. Cap. xxij.
Qualiter soror Gertrudis reginę, sociata est Manuel grecoꝝ impatori. Ca.xxiij
Exemplar literarū tunc temporis hincinde missarum. Cap. xxiiij.
De Friderico iuniore, & de his quæ gessit apud Vuolfratesḣusen. Cap. xxv.
Quomodo etiā Bertolfum ducem bello superauit. Cap. xxvi.
Quomō instinctu Arnoldi, Romani aduersus suū pontificem cōcitantur, & Senatoriam dignitatem instaurare moliuntur. Cap.xxvij.
Epistola Romanoꝝ ciuium ad regem super hoc. Cap.xxviij
De diuersis prælijs per expeditionē Hierosolymitanam sopitis. Cap.xxix
Qualiter castrum regis Vngariæ Bosan, quod & Bresburg, captum, & requisitum sit, & de Boritio. Cap. xxx
De situ Vngariæ, & more gentis. Cap.xxxi
De pugna habita inter regem Vngariæ, & ducem Henricum. Cap. xxxij.
Quomō Rogerius triremes in Græciam destinat, captis atq; expugnatis quibusdam ciuitatibus, ac arcibus, captiuos abducens. Cap. xxxiij.

INDEX.

Quō auctoritate sedis aplicę transmarina expeditio persuasa sit. Cap.xxxiiij.
Epistola Eugenij papæ super prædicta re. Cap.xxxv.
Quomodo prædicatione Bernardi Clareuallensis abbatis, rex Franciæ cū suis principibus cruces acceperint. Cap. xxxvi.
Quomō ad prædicationē cuiusdā Rodolphi, orientalis Francia ex magna parte eandē militiā professa est, & de persecutione cōtra Iudęos. Cap. xxxvij
Dehortatio Clareuallensis abbatis ab hac re. Ca.xxxviij
Quomodo idem abbas regi Conrado, & multis principibus crucē accipere persuasit. & de obitu senioris Friderici ducis. Cap. xxxix.
Q⁊ multi de principibus, & innumerabilis multitudo apud Ratisponam cruces acceperint. & ꝙ Saxones contra alios paganos expeditionem professi sint. Cap.xl.
Epistola Clareuallensis abbatis super hac re. Cap.xli.
Q⁊ huius rei occasione subito pax incredibilis facta est. Cap.xlij.
Quomodo Cōradus rex filiū suū Henricū socium regni legit, & coronari fecit. & de filio ducis Henrici. Cap.xliij.
Q⁊ rex Conradus in transmarinā expeditionē procinctum mouit, subsequente eum rege Francoꝝ cum suis. Cap.xliiij.
Breuis narratio de euentu huius expeditionis. Cap. xlv.
De Giliberto Pictauiensi episcopo, quomodo a suis clericis super doctrina sua pulsatus est. Cap. xlvi.
Quō abbas Clareualleñ. cōtra eū inductus est, & de Petro Abailardo. Ca.xlvij
Epistolę pro eius condemnatione ad summū pontificem, & eiusdem pontificis responsiua. Cap. xlviij.
De Apologetico eiusdem Petri, & super quibus capitulis pulsabatur. & de obitu eius. Cap. xlix.
De studio Giliberti, & de quibus impeteretur capitulis. Cap.l.
Quibus testibus conuinci putabatur posse. Cap. li.
Subtilis eiusdem responsio. Cap.lij.
Excursus theologicus. Cap. liij.
Qualiter causa episcopi vsq; ad generale conciliū dilata est. & de hæretico Pereum. Cap. liiij.
De condemnatione eiusdē Eum, & de gestis concilij. & ꝙ nuntij Henrici iunioris Romanoꝝ regis, ad conciliū prædictum venerint. Cap. lv
Quomodo episcopus Gilibertus post conciliū discussus est. & responsio eiusdē Et qualiter Gallicani episcopi conuenientes, fidem suam in scripto digesserunt. Cap. lvi.
Q⁊ cardinales Romanæ ecclesiæ de hoc indignati sunt, & oratio eoꝝ cōtra Papam Eugeniū. & quomodo tandem hęc contentio finē habuerit, & quomō Gilibertus episcopus euaserit. Cap. lvij.
De exercitu nostro, & rege Francoꝝ, vbi in transmarinis applicuerit, & quādo Hierosolymam venerit. & de rege Conrado, & de præfato rege Lodouico, qualiter & vbi se inuicem viderint. Cap. lviij
De reditu regis Conradi, & ꝙ Fridericū ducē ante se remiserit. Ca.lix
Excursus ad excusandum euentum illius expeditionis. Cap. lx.
Quomō & quibus epistolis idem rex a papa Eugenio exceptus sit. Cap.lxi

De obitu Henrici iunioris regis, & Hartliebi Traiectensis episcopi, & Arnaldi Colonien sis episcopi. Cap. lxij.
Conradus rex ad inferiores Rheni partes proficiscitur. & quomō post auditā causam Traiectensiū Baioariam ingressus est, & ibi omnibus bene compositis, Babenbergæ diem obijt. Cap. lxiij.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

De electione Friderici ducis Sueuorꝝ (qui fuit fratruelis Conradi regis) ad imperium. Caput primum.
Ratio quare in eum tam facile consenserit vniuersitas principum. Cap. ij.
Qꝛ post acceptam fidelitatē a principibus Aquisgrani consecratur, secūqꝫ Fridericus Monasterien sis episcopus. Cap. iij.
Qui legati ad vrbem, & in Italiam destinati sint. & quo rex diuerterit. Cap. iiij.
Quomō litem duorꝝ cōsanguineorꝝ de regno Datiæ deciderit. Cap. v.
Quomodo rex controuersiā, quæ in Magdeburgensi ecclesia orta fuit, termina uerit. & qꝫ Vngaris bellum indicere voluerit. Cap. vi.
Quomodo propter litem duorꝝ ducū terminandam, apud Herbipolim curiam celebrauerit, & ibi expeditionē in Italiam iurauerit. Cap. vij.
Qꝛ Gerardus Magdeburgen. præpositus, Guicmannū Cicensem episcopū Romæ accusauerit, & Epistola papæ super hoc. Cap. viij.
Quomodo per duos cardinales assensu principis quidā episcopi depositi sint, & de duobus ducibus Henricis. Cap. ix.
Qꝛ mortuo Eugenio Anastasius subrogatur. & qꝫ cardinalis Gerardus insolenter agere volens, prohibitus, & in via mortuus est. & Guicmānus in episcopatu confirmatur. Cap. x.
Qꝛ legatos in Græciā destinauerit, & qꝫ Henrico Saxonū duci ducatus Baioariæ adiudicat, & qꝫ rex in Italiā procinctū mouerit. & quō apud Roncalias quibusdam episcopis regalia abiudicata sint. Cap. xi.
De situ Italię, & more gentis eiusdem. Item de situ & superbia Mediolani. & de consuetudine & iustitia regni, atqꝫ de diuersis querimonijs ad principem delatis. Cap. xij.
Quibus occasionibus rex in Mediolanenses arma cōuerterit. Cap. xiij.
Quædam oppida ac castra Mediolanensium euertuntur. & de Nouaria, suoqꝫ comite. Cap. xiiij.
De subuersione Cairæ & Astæ, & de treuga militum. Cap. xv.
De Terdona, & quare obsessa sit. & de eius situ, atqꝫ præsidijs. & quomō obsessa, ac impugnata, qualiterue a suis defensata fuerit. Cap. xvi
De inuasione cuiusdam castri. Cap. xvij
De audacia cuiusdā scutiferi, & de miserabili cōquestiōe Terdonēsiū. Ca. xviij
Qꝛ multis malis attriti Terdonenses, de pace cogitant. Cap. xix.
De euersione ciuitatis, & quō rex apud Papiam triumphū agens coronatur, & inde in Tusciam iter agit. & quomō rex ad vrbem tendens, Romanū pontificem obuium habuerit. & de Arnaldo schismatico. Cap. xx.
De legatis Romanorꝝ, & eorū legatione, & quale responsum a principe acceperint. Item qualiter hortatu summi pontificis Leoninam vrbem, & ecclesiam

sancti Petri princeps occupari fecerit. Cap. xxi.
Quomodo rex in eadē ecclesia sancti Petri coronā imperij acceperit. & de excursu Romanorꝝ, & clade ac victoria imperatoris. Cap. xxij.
Imperator regressus ab vrbe, quo diuerterit, & quid fecerit. De euersione Spoleti. De legatis & muneribus Græcorꝝ, & quos imperator remiserit. Ca. xxiij.
Quomō exules Apuliæ terram suā receperant. & quō imperator propter nimiā intemperiē aeris multis extinctis, inuitus ad transalpina ire cogitur. & quibus vijs singuli principes redierint. Cap. xxiiij.
De dolo Veronensiū ad pontem super Athesim. Item de insidijs eorum in arto montis, quomodo item victi, & capti. Cap. xxv
De fœlici exitu principis in Baioariam. Cap. xxvi.
Imperator patruū suū hortat ad transsignandū cū duce Saxoniæ. Cap. xxvij.
Quō apud Ratisponā Henricus in possessionem Baioarię ducatus mittit. & de cōtrouersia inter Moguntinū archiepiscopum, & Hermannū Palatinū comitem de Rheno. Et qualiter Ratisponensis episcopus Hardeuicus in gratiam principis redierit. Item de legatis, & excusatione Veronensiū, ac eorundem recōciliatione. & qua satisfactione Moguntinus archiepiscopus, & Palatinus comes in pacem redierint. Cap. xxviij.
De obitu Arnaldi Colonien sis archiepiscopi, & qꝫ princeps prænominatos duces ad concordiam reuocare satagebat, & de nuptijs imperatoris cum Beatrice Reinaldi filia Herbipolis celebratis, & quare. Item de legatis a Græcia reuersis, & quare Græcorum legati ad præsentiam imperatoris non admittebantur. Cap. xxix.
Quare expeditionē cōtra Mediolanenses indixerit, & exēplar literarū de hoc. Item de guerra Papiensium & Mediolanensium. Cap. xxx.
De schismate Colonien sis ecclesiæ propter electionem Friderici, & Gerardi. De morte Boritij, & legatis Græcorū. De contentione Colonien sis cleri coram principe. Cap. xxxi.
De transactione duorꝝ ducū. De pace facta in Baioaria. & de decisione litis inter Colonienses. Cap. xxxij.

CAPITA TERTII LIBRI.

De procinctu cōtra Polonos. De situ terræ, & more illius gentis. Caput primū.
Quæ causa fuerit illius expeditionis. Cap. ij.
Quomō imperator Poloniā intrauerit, & quid ibi fecerit. Cap. iij.
Quomodo dux eorꝝ ad deditionē venerit. Cap. iiij
De conditionibus pacis, & reditu imperatoris. Cap. v.
De indignatione principis aduersus Græcorꝝ legatos. Cap. vi.
De legatis regis Angliæ, & eius muneribus. & exemplar literarū. Cap. vij.
De nuntijs diuersarū nationum, & de curia apud Bisuntium celebrata, & nuntijs Adriani papæ. Cap. viij.
Exemplar literarum eiusdem. Cap. ix.
Qualiter imperator talem legationē papæ grauiter tulerit, & literæ per ambitū imperij super hoc directæ. Cap. x.
De negotijs in Burgundia bene gestis. Cap. xi.

Q; Poloni fidem & ſacramẽta mentiti ſint. & de nuntijs Gaiſæ regis Vngariæ, & fratre eius Stephano. Cap. xij.
Quomodo apud Ratiſponam Labeçlaus dux Boemorum, ex duce rex creatur. Et quomodo etiã Ottonem Friſingenſem epiſcopũ, & Henricũ Auſtriæ ducem concordarit. Cap. xiij.
Qualiter Fridericus imperator partes Rheni peragrauerit, & quõ conſilijs religioſorꝫ ad expeditionẽ cõtra Mediolanenſes ſe præparauerit. Cap. xiiij
Recapitulatio de legatis Romani pontificis, & exemplar literarum Adriani papæ. Cap. xv.
Quid epiſcopi Alemanniæ reſcripſerint. Cap. xvi.
Q; pcinctũ mouẽs apud Auguſtã, & nũtios Romani põtificis audiuit. Ca. xvij
De legatis principis, quos miſit in Italiam. Cap. xviij.
Quomodo præcurſores imperatoris in Italia caſtrum Riuola in deditionẽ acceperint, & iuramentum quale imperatori facere promiſerint epiſcopi, atq; aliæ ciuitates. Cap. xix.
Quomodo legati principis ab Italis recepti, & quid patrauerint. & cur Otto comes palatij in Guilhelmũ quendam Rauennatenſem nobilem manum miſerit. Cap. xx
Qualiter ſe legati erga nuntios Romani pontificis habuerint, & quid eiſdẽ Romanis in via acciderit. Cap. xxi.
Quæ verba nuntij Romani apportauerint. Item excuſatoriæ literæ Adriani papæ. Cap. xxij.
Quomõ imperator legatis pontificis reconciliatus fuerit. Cap. xxiij
De nuntijs regis Datiæ, petentes inueſtituram ſuo regi mittere. Cap. xxiiij.
Quot & quibus vijs exercitus montana tranſiuerit, & quomõ Briſſenſes primo impetu attriti ſint. Cap. xxv.
Quõ pacẽ in exercitu princeps iurari fecerit, & de legibus pacis. Cap xxvi.
Adhortatio principis poſt adunatum exercitum. Cap. xxvij
De nuntijs Mediolanenſium, & immutatione, atq; cõmotione quæ in ciuitate facta eſt. Cap. xxviij.
Quõ Fridericus ad obſidionẽ Mediolani pperans Adduã tranſiuit. Cap. xxix.
Quomõ caſtrũ Tretium ab imperatore expugnatum ſit Cap. xxx.
De morte comitis Ekeberti, & alioꝝ nobilium. & quomodo imperator ob hoc iratus, placatus fuerit. Cap. xxxi.
Quo ordine, & quot legionibus contra Mediolanũ tranſiuit. & de aduẽtu principis Mediolanum. Cap. xxxij
De ſitu ciuitatis, & moribus ciuium Mediolanenſium. Cap. xxxiij.
De excurſu Mediolanenſiũ, & quõ & a quibus excepti ſeu repulſi. Cap. xxxiiij
De aſſultu noſtroꝝ in portam. Cap. xxxv.
De eruptiõe Mediolanẽ. cõtra Henricũ ducẽ Auſtriæ, & clade eoꝝ. Ca. xxxvi
De temeritate cuiuſdã Mediolanẽſis, & pbitate comitis Alberti. Cap. xxxvij.
Quomodo imperator ciuitatem girauerit, & de terra quæ vocabatur arcus Romanus. Cap. xxxviij.
De crudelitate Cremonenſiũ & Papienſiũ cõtra Mediolanẽſes. Cap. xxxix.
Quõ Mediolanenſes variſs modis attriti, ſuadente Guidone comite, tractauerint de pace. Item oratio exhortatoria eiuſdem de illa re. Cap. xl.

Quõ Mediolanenſes in gratiã ſint recepti, & de cõditionibus pacis. Cap. xli.
Vbi Mediolanenſes ad conſpectũ principis admiſſi ſint, & qualiter. Cap. xlij.
De reconciliatione Mediolanenſiũ, & quanta vtriſq; lætitia. Cap. xliij.
Quomodo poſt actum triumphum imperator plures ex principib⁹ ad propria redire permiſit. Cap. xliij.
Qua de cauſa Fridericus quoſdam Veronenſium hoſtes iudicauerit, & de damno eis illato. Item de Ferraria, & eius obſidibus. Cap. xlv.
De ædificatione nouæ Laudæ. De curia apud Roncalias celebranda. Cap. xlvi
De Conſtantinopolitano imperatore, & quõ inſidias ſuoꝝ euaſerit. Cap. xlvij.

CAPITA QVARTI LIBRI.

Quomodo Fridericus ad celebrandam curiam in campeſtribus Roncaliæ caſtrametatus eſt. Caput primum.
De diſpoſitione tabernaculoꝝ exercitus. Cap. ij.
Qui principes affuerint in illa curia, & de triduana conſultatione. Item oratio imperatoris per interpretem ibidem habita. Cap. iij.
Subſequens fauor epiſcoporꝝ, & eorum reſponſio ab archiepiſcopo Mediolanenſi prolata. Cap. iiij
Quõ ſingulis dioceſanis ſingulos iudices præfecerit. Itẽ quõ regalia Itali in manus principis reſignauerint, & quibus ea denuo habere cõceſſerit. Cap. v.
Q; princeps magiſtratus ciuitatum ordinare debeat, & q; obſides acceperit ab omnibus. Cap. vi.
De legibus quas imperator promulgauerat, videlicet de feudis, & de pace non violanda. Cap. vij.
De controuerſia Cremonenſium & Placentinorũ. Item de controuerſia pro Modoico. Cap. viij.
De nũtijs imperatoris ĩ Sardiniã & Corſicã miſſis, & de Ianuẽſib⁹ ſubactis. ca. ix
Quomodo imperator natale domini apud Albam celebrans, nuntios pro colligendo fodro vndiq; direxit. & de terra Mehtildis. Cap. x.
De morte Ottonis epiſcopi Friſingenſis. Cap. xi.
De conflagratione Friſingeñ. eccleſiæ. Cap. xij
Quæ prodigia hanc cladẽ p̃ceſſerint, & q; Albertus Ottoni ſucceſſerit. Ca. xiij.
De exuſtione Spirenſis eccleſiæ, & morte alioꝝ ep̃oꝝ, ac principũ. Cap. xiiij.
Q; Roman⁹ põtifex iterũ occaſiões q̃ſiuit aduerſus imperatorẽ Fridericũ. Ca. xv
Reſcriptũ imperatoris Friderici ad papã, p cõfirmatiõe electi Rauẽnẽſis. Ca. xvi.
Epiſtola reſponſiua Adriani papæ ad imperatorẽ. Cap. xvij.
De ſimultate orta inter principẽ, & vrbis Romæ epiſcopum. Cap. xviij
Epiſtolæ de hoc a diuerſis tranſmiſſæ. Cap. xix.
Alia epiſtola eiuſdem ad Romanũ pontificem. Cap. xx.
Qua occaſiõe Mediolañ. iterꝫ tumultuari ceperũt, & ab impio deficere. Ca. xxi
De nuntijs Græcoꝝ, & regis Franciæ, ac regis Angliæ, regis quoq; Vngariæ, ad imperatorem miſſis. Cap. xxij.
Conqueſtio Friderici de Mediolanenſibus fœdifragis. Cap. xxiij.
Reſponſio principũ, & inuectiua oratio contra Mediolanẽ. Cap. xxiiij.
Mediolanenſes in cauſam ponunt̃, inſipiens quoq; eoꝝ reſponſio. Cap. xxv.

Fridericus denuo transmontanos asciuit. Cap. xxvi.
Qualiter se ad futurũ bellum Fridericus præparauerit. Cap. xxvij.
De insulanis in fœdus receptis, & quõ Placentiã ingressus sit. Cap. xxviij
Quomõ exercitũ reuiserit, & de Eberhardo epo Babenbergensi. Cap. xxix.
Quomõ ex sententia iudicis Mediolanenses hostes pnuntiant. Item de legatis Romani pontificis, & responsione principis. Cap. xxx.
Quor cõsilio cõtẽtio hęc decidẽda fuerat, & rescriptũ pricipis de hoc. ca. xxxi.
Quõ Mediolanen. castrũ Tretiũ expugnauerit, & fundit⁹ destruxerit. Ca. xxxij
Quomõ Fridericus ad vindicandam regni iniuriã animũ intendit, & quomõ varijs modis Mediolanenses afflixerit. Cap. xxxiij.
De clade Mediolanensium. Cap. xxxiiij.
De clade Brixiensium. Cap. xxxv.
Quõ Mediolanenses cõtra vitã principis cũ quodã cõsiliũ inierũt. Cap. xxxvi.
Quomõ Mediolanenses nouam Laudam nocte per quosdam incẽderint, & de insidijs cuiusdam per toxicum. Cap. xxxvij
De aduẽtu ipatricis, & ducis Baioarię ĩ Italiã, ducis q Guelfonis. ca. xxxviij.
Hortatu Cremonensiũ Cremenses hostes iudicantur. Cap. xxxix.
Crema obsidione cingit, & quomõ ibidẽ pugnatum sit. Cap. xl.
De legatis Senatus populiq Romani, & de his qui ad eos missi. Cap. xli.
De his quæ ibidem, & circa vrbem Mediolani patrata fuerint. & quomõ a Mediolanensibus contra principẽ male pugnatũ sit. Cap. xlij.
De obitu Adriani papæ, & schismate Romanæ ecclesiæ. Cap. xliij.
Q imperator in propria persona ad obsidionem Cremæ venerit, & quomodo diuersis modis ibi pugnatũ sit. Cap. xliiij.
Quomodo absente imperatore grauiter pugnatum sit. Cap. xlv
De pœna quam princeps in captiuos eorum exercuit. Item de insania Cremensium. Cap. xlvi.
De varia illor miseria, & miserabili illor conquestione. Cap. xlvij.
Quomõ Mediolanenses de obsidione cuiusdã castri fugati sint. Cap. xlviij.
Quomõ Placentini perfidia sua hostes pronuntiati sint. Cap. xlix.
Recapitulatio de schismate Romanæ ecclesiæ, & quando vnus consecratus sit, & de hoc epistola eius. Cap. l.
Quando Rolandus cõsecratus sit, & de hoc epistola eius p sua parte. Ca. li.
Epistola cardinaliũ vnius partis. Cap. lij.
Epistola cardinalium alterius partis. Cap. lij
Q pro terminando schismate princeps ad se vtrasq partes inuitat. Cap. liiij.
Epistola imperatoris ad Rolandũ, & cæteros cardinales de hoc. Cap. lv
Item Epistola principis de eadem re, ad episcopos transmontanos. Cap. lvi.
De calliditate Cremensium contra nostros. Cap. lvij.
De expugnatione Cremæ per machinas. Cap. lviij.
De vltimo & atrocissimo certamine ibidem patrato. Ca. lix.
Qualiter imperator propter excidiũ Cremę, cõcilij diem prolongauerit, & quorum consilio Cremenses de pace tractarint. Cap. lx.
Exhortatio Aquileien. Patriarchæ, & responsio Cremensium. Cap. lxi.
De conditionibus pacis cũ Cremensibus, & triumpho principis. Cap. lxij.
Epistola imperatoris de victa Crema. Cap. lxiij.
De concilio apud Papiã, & exhortatione principis ad epos. Cap. lxiiij.
Q conciliũ pro Victoris parte sententiã dederit. Cap. lxv.
Epistola canonicor S. Petri Romæ pro parte Victoris. Cap. lxvi.
Actio concilij verbis simplicibus posita. Cap. lxvij.
Qualiter Fridericus ratihabitione confirmauit electionem Victoris, eumq; intronizauit. Cap. lxviij.
Epistola imperatoris directa super his. Cap. lxix
Epistola præsidentium concilio, hincinde directa. Cap. lxx.
Epistola Babenbergensis episcopi de eadem re. Cap. lxxi.
Epistola cuiusdã religiosi viri ad epm Saltzburgen. de eadẽ re. Cap. lxxij.
De episcopo Luuauiense, quare tam crebras literas acceperit, & de vita & moribus eiusdem. Cap. lxxiij.
De legatis ad Græciam destinatis. Cap. lxxiiij.
Q imperator iterũ principes abire permiserit. Cap. lxxv.
De forma & moribus Friderici, & eius varijs ædificijs. Cap. lxxvi.
Epilogus operis.

FINIS.

PROLOGVS SEQVENTIS OPERIS.

OMniũ qui ante nos res gestas scripserũt, hæc vt arbitror fuit intẽtio viror fortiũ clara facinora, ob mouendos hominũ ad virtutẽ animos extollere, ignauor vero obscura facta vel silentio supprimere vel si ad lucẽ trahant, ad terrẽdas eorundẽ mortaliũ mẽtes, pmẽdo ponere. Vnde hoc tpe scribẽtes quodãmodo iudico beatos, dũ post turbulentiã pteritor nõ solũ pacis inaudita reluxit serenitas, sed & ob victoriosissimi principis virtutes, tãta Romani imperij pollet auctoritas, vt & sub eius principatu gens viuens, humiliter silendo cõquiescat, & barbarus quisq, vel Græcus extra terminos ipsius positus, auctoritatis eius põdere pressus cõtremiscat. Fateor dũ ante aliquot annos priorem historiã terminassem, spiritusq peregrini dei ad sumenda cõtra gentes quæ orientẽ inhabitant arma, totã pene Hesperiã afflasset, p pacis iocũditate, quæ orbi momẽtanee tunc arriserat, stilũ vertere cogitaram, iamq scribere cœperã. Sed quo instinctu nescio, tanq animo futura pfagiente, finẽq inspiciente, cœptũ pieci opus. Sic tanq a nolente, seu nesciente pfenti tẽpori ppositi implendi negotiũ reseruatũ fuisse æstimo, dum firma quies, si tñ rebus caducis aliqua fides adhibenda est, sub strenuissimo principe in Romano orbe expectar. Quod autẽ dixi illo in tpe spiritu peregrini dei occidẽtales populos afflatos, nemo sic intelligat, ac si quisq a nobis peregrin⁹ deus puter, sed ab illo scripto quod illis in diebus in multis Galliæ locis lectitabar, nos hoc dictũ mutuasse sciat, quod tale fuit. Tibi dico, L. pastor corpor primo elemẽto materiæ tuæ syluæ, quẽ inspirauit spũs dei peregrini dei. In cuius scripturæ tenore quodã verbor inuolucro de expugnatione regiæ vrbis, necnõ antiquę Babylonis, & ad instar Cyri regis Persarũ, vel Herculis, totius orientis triũphus pfato Lodouico Francor regi pmittebar. Vnde talia ibidẽ dicta reperta sunt. Cũ pueneris ad costã tetragoni sedẽtis æterni, & ad costã tetragonor statiũ eternor, & ad multiplicationẽ beati numeri p actualẽ primũ cubũ, surge ad eã quã pmisi

angelus matris tuę visitare,& nō visitauit.& pertinges de ea vsq; ad penultimū primū.cuius cū ascēderit ꝑmissor,deficit ꝑmissio ꝓpter optimā mercē.& figant vexilla tua rosea vsq; ad extremos labores Herculis, & aperiet tibi porta ciuitatis.B.Nam erexit te sponsus Arthemonem,barcha cuius pene cecidit, in capite cuius triangulare velū,vt sequat te qui præcessit te. Tuū ergo.L.vertet in.C.qui dispersit aquas fluminis,donec ꝑtransirēt illud,quę studeant in ꝑcuratiōe filioꝝ Quod scriptū tantæ auctoritatis a ꝓbatissimis & religiosissimis Gallíarū personis tunc putabat, vt a quibusdā in Sibyllinis libris repertū, & ab alijs cuidam Armenio diuinitus reuelatū affirmaret. Sed quisq; fuit ille ꝓpheta,seu Trotanus qui hoc ꝓmulgauit, videat si in futuro adhuc aliqua expeditiōe implendū expectet,aut tanq; iam nō impletū cōculcādū gallicanæ leuitati, q; fidē aliquā habere potuit,imputet. Hoc tantū sciens,q; nō sine rationis ꝓportione spūs ille omnes pene occidentales in peregrinationē mittens, spiritus peregrini dei tam a nobis,q; ab illo vocatus est.Sicut em iuxta quorundā in logica notoꝝ positiōnē,cū nō formarū,sed subsistentiū propriū sit p̄dicari seu declarari, genera tm & species p̄dicamēto transsumpto ad causam prędicari dicunt. Vel vt cōmunio ri vtar exēplo,sicut albedo clara,mors pallida,eo q; claritatis altera, palloris altera causa sic appellat.vtq; dicit, Eurus fundit aquas. Sic & causam dicti cōsiderātes, spiritū peregrini dei dicimus, qui vt tot & tanti ꝓpter deū peregrinādi habitū assumerent, causa fuit. Cū igit rebus in melius mutatis,post tēpus flendi tēpus ridendi,post tēpus belli tēpus pacis aduenerit,indignū ratus sum Augustorū clarissime Friderice,cæteroꝝ regū seu imperatorū gestis enumeratis,tua silentio supprimere,imo vt verius dicam, dignissimū putaui prioꝝ virtutib⁹ tua sicut auro gemmā supponere. Inter omnes em Romanoꝝ principes tibi pene soli hoc reseruatū est priuilegiū, vt q̄uis a prima adolescētia bellicis desudasse cognoscaris officijs, obscœnū tibi nondū vultū fortuna verterit. Sic etiā tēperans in ꝓsperis,fortis in aduersis,iustus in iudicijs, prudēs & acutus in causis esse cognoscaris,vt nō solū ex cōuictu hęc tecū coaluisse, sed tanq; diuinitus inspirata & a deo tibi ob vniuersale totius orbis emolumentū concessa videant. Hanc ergo tuæ nobilitati offero historiā, ab omniū bonoꝝ datore deo postulans & petens, vt tuo bono principio melior finis apponat. Sed anteq; tuoꝝ gestoꝝ seriē attingam,de auo,patre, patruoq; tuo quædā summatim prælibare cogitaui. vt sic quasi quodā filo narrationis descendēs, p clara clariora quæ de tua ꝓsona dicenda fuerint, appareant. Si qua vero ex alijs regnis ecclesiasticæ,secularisue ꝓsonæ gesta incidenter interserta fuerint,ab huius negotij materia aliena nō putabunt,dum omniū regnoꝝ vel gentiū ad Romanę reip.statū tanq; ad fontē recurrat narratio. Nec si a plana historia dictione ad euagandū opportunitate nacta,ad altiora velut philosophica acumina attollat oratio,præter rem eiusmodi æstimabunt, dū & idipm Romani imperij prærogatiuæ nō sit extraneū, rebus simplicioribus altiora interponere. Nam & Lucanus, Vergilius, cæteriq; vrbis scriptores nō solū res gestas,sed etiā fabulosas,siue more pastoꝝ, vel colonū sūmissius, vel principū dn̄orūq; orbis altius narrādo, stilū tū frequēter ad intima quædā philosophiæ secreta attingēda sustulerūt. Sic em nō solū hi quibus rerū gestarū audiendi seriē inest voluptas, sed & illi quos rationū amplius delectat subtilitatis sublimitas,ad eiusmodi legenda seu cognoscenda trahunt. Ac proꝓositæ historiæ deo auctore tale sumatur exordium.

OTTONIS FRISINGENSIS EPISCOPI, EIVSQVE ABBREVIATORIS RADEVICI, EIVSDEM FRISINGENSIS ECCLESIAE CANONICI, PARS SECVNDA.

Qua occasione Hiltebrandus ab imperatore abiectus,& Guibertus in locum eius subrogatus sit. CAPVT PRIMVM.

CVm sub Imperatore Henrico,qui inter Reges quartus,inter Imperatores tertius huius nominis inuenitur, imperiū grauissime scissum fuisset,partecq; maxima optimatū principi suo rebellante,tota pene regni latitudo ferro,flamma fœdaretur,Gregorius septimus,qui tunc vrbis Romæ pontificatū tenebat, eundē imperatorē tanq; a suis destitutū,anathematis gladio feriendū decernit.Cuius rei nouitate eo vehementius indignatione motū susceꝑit imperiū, quo nunq; ante hęc tempora huiusmodi sententiā in principē Romanoꝝ promulgatā cognouerat. Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania apud Baioariæ ciuitatem Brixinoram,in ipso Pireneo haud procul a valle Tridentina sitam,coadunatis episcopis,princeps curiam magnā celebrauit. Vbi omnibus aduenientibus,iniurias sibi a Romana ecclesia irrogatas affectuose conqueritur,q; videlicet ipso inconsulto, qui tanq; rex,& patricius primus in electione suæ vrbis episcopi esse deberet,Romani sibi pontificē præfecissent,cū a patre suo imperatore plures ibidē quasi sine electione intronizati fuerint. Hac querimonia omniū animi eo facilius contra Romanā ecclesiā inclinari poterant,quo & laici sæcularis honoris consideratione accensi, & episcopi consilio clericorum suorū, quibus recenter connubia ab eodem pontifice inhibita fuerant,inflāmati,voluntati principis accedebant. His igitur acclamantibus,præfata electio ab eis cassanda iudicatur,Guibertusq; Rauennatensiū archiepiscopus,Clemēs vocatus, assensu principis,vrbis episcopus creatur,Gregoriusq;.vij. ab ipsis pseudomonachus, vel necromāticus appellatus exufflatur. Vnde cōmuni consilio prænominato pontifici scriptū cōuitijs & detractionibus plenū dirigere presumpserunt,inter cætera dicentes.Sicut hactenus solebas dicere, q; nullus nostrū esset episcopus, ita scias q; nulli nostrum deinceps eris apostolicus.

Q; imperator Italiā ingressus,Gregoriū vrbe fugauit. CAP. II.

POst hæc princeps militē copiosum colligens, Italiā ingreditur. ad vrbemq; vsq; progressus,Romani populi fauore pulso Gregorio,Guibertū ibidem ponens,imperatoris & Augusti nomen sortitur. Venerabilis autē sacerdos persecutionē fugiens,ad tutiora montana Tusciæ,in terram Comitissæ Mathildis,quæ imperatoris consanguinea fuit,se cōtulit,ibiq; per aliquot dies manēs,sententiāq; anathematis renouans, epistolis quæ multis in locis habent,principes regni aduersus imperatorē suū cōcitauit. Deinde Campaniam seu Apuliam ingrediens,in municipia Nortmannorum, qui nuper Roberto Guiscardo duce,prouincias illas indigenis necatis,vel eiectis,seu seruituti subactis,irruperant,se recepit,ibiq; diē mortis expectauit.

Quomodo Robertus Guiſthardus cũ Romanis Campaniam & Apuliam occupauit. CAPVT III.

RObertus iſte ex mediocri ſtirpe in Nortmannia, ex eorũ militũ ordine, quos Vauaſſores vulgo ibi dicere ſolent, in plaga quã Conſtantiam indigenę dicunt, editus, cũ Rogerio fatre tam patri famis tempore morẽ (vt aiunt) gerẽs, q̃ ob locorũ ſterilitatis moleſtiã a natali ſolo progreſſus, multo tẽpore multas prouincias opportuniorẽ ad inhabitandũ terrã quærẽs oberrauit, vnde & ab oberrãdi circuitu, patria lingua Guiſtardus, tanq̃ oberrator, vel girator appellatus eſt. Cũ ergo nõ paucis, vt dictũ eſt diebus multarũ regionũ girator exiſteret, a citeriori Italia, q̃ modo Apulia, ſeu Calabria dicit̃, tandẽ excipit̃. Quã dũ a Longobardis poſſeſſam inertis plebis inhabitatione tanq̃ induſtrię defenſionis vacuã inueniret, remiſſis in Galliam nunciis, expoſitaq; locorũ idoneitate, ac gentis inertia, ad expugnationẽ earum prouinciarũ conſocios inuitauit. Et ne multis detinear, virtute, dolo, arte, ignaui populi victor exiſtens, Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ, Sicilię ad vltimũ poſſeſſor inuentus eſt. Reliquit autẽ Rogerio fratri ex parte ſui comitatũ Siciliæ tenendũ. Ipſe vero ducatũ Apulię cũ Calabria ſibi retinuit. Huius filius, qui multa poſtmodum tam in Græcia, q̃ in cæteris orientis partibus fortia & glorioſa geſſit opera, Boimundus fuit. Fratris vero ſui Rogerij Rogerius, qui poſtmodũ regiũ nomen vſurpauit, natus erat, huius qui in præſentiarũ eſt Guilhelmi pater. Sed hæc hactenus.

De rebellione Saxonum. CAPVT IIII.

SIrca idem tẽpus Saxonum gens inquietiſſima more ſuo principi rebellans, caſtrũ quoddã Harʒeburg dictum, ob eiuſdẽ gentis oppugnationem, ab imperatore in ingreſſu, puinciæ in loco munitiſſimo fundatũ, cũ eccleſia pariter, in qua cõgregatio canonicorũ fuit, funditus deleuit. Occaſio tamẽ huius rebellionis nõ tm̃ ex prędictæ gẽtis inſtabilitate, ſed ex Principis laſciuia ortum ſumpſerat. Dum em̃ prædictus princeps in iuuenili adhuc poſitus ętate, toto regno ſilente, dominũq; ſuũ humiliter portante, præfatã terrã ingreſſus fuiſſet, iuueniliter dixiſſe fertur, ſe mirari nullũ per totum imperij ambitũ inueniri, in quo vires ſuas exercere poſſet. idq; non virtuti, ſed ignauiæ deputabat. Quod dictũ nõ ſcd'm naturã generis ſui, percuſſo aere mox tranſijt, ſed tam efficaciter in mentibus pluriũ radices figens germinauit, vt tota in breui prouincia illa aduerſus ipſum cõmota, & in vnũ corpus coadunata, innumeris populis & gentibus letifera pocula miniſtrauerit. Diſcant ergo principes orbis in ſummo poſiti, omniũ ſummũ creatorẽ ſuũ præ mente habendo, moderantiã ſeruare. vt iuxta Ciceronẽ, quanto maiores ſunt, tanto ſe gerant ſubmiſſius. Optime em̃ a phyſicis fallaciã complexionũ cõſiderantibus, dictũ cognoſcit̃, Melius ad ſummũ eſt, q̃ in ſummo. Cũ em̃ homo natus ad laborem, breui viuens tẽpore, natura tanq̃ ex multis cõpoſita ad diſſolutionẽ tendente, nunq̃ in eodem ſtatu manere valeat, ſi in ſummo fuerit, mox eũ declinare oportebit. Cuius rei cauſa pauliſper philoſophari liceat. Etenim, Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

in Officijs.

Iob. 5. & 14.

Vergi. in Georgi.

Excurſus philoſophicus, vel potius theologicus. CAPVT V.

QVicquid eſt, genuinũ eſt, aut natiuũ. Sicut autẽ genuinũ nõ poteſt eſſe nõ ſimplex, & vt ita dixerim, nõ ſingulare, nõ ſolitariũ. ita natiuũ nõ poteſt eſſe nõ compoſitũ, nõ conforme, nõ concretũ. Primo ergo videamus quid genuinũ, quid natiuũ appellet̃, vt ex hinc horũ ſenſus verborũ facilius appareat. Genuinũ dicit̃ tanq̃ generans, & nõ genitũ, id eſt carens generatione. Natiuũ velut natũ, aut genitũ, deſcendens a genuino. Vnde Plato. Eſt igit̃, vt mihi videt̃, in primis diuidẽdũ, qd ſit q̃d ſemp eſt, carẽs generatione, quid item quod gignitur, nec eſt ſemper. Et Boetius. Qui tempus ab æuo Ire iubes, Generationẽ vero large accipimus pro ingreſſu in quamlibet proprietatẽ, vel vt manifeſtius loquar, pro quolibet ingreſſu de nõ eſſe ad eſſe Vnde Ariſtoteles. Ex oppoſitis fiunt generationes. In omni em̃ natiuo negatio prior eſt affirmatione. Genuinum eſt igit̃ carens generatione, carens principio. Quale apud nos vnũ tantũ inuenit̃, æternitas videlicet, ſoli diuinitati accõmoda. Nõ em̃ tria apud nos, quæ Plato poſuit, inueniunt̃ principia, ſed vnũ tantũ, deus pater, ex quo omnia, deus filius, per quẽ omnia, deus ſpiritusſanctus, in q̃ omnia. Et hi tres ſicut nec tres dij̃, ita nec tria principia, nec tria æterna, ſed vnũ principiũ, & vnũ æternũ. Sola ergo diuinitas principio carens, ſimplex eſſe neceſſarijs probat̃ rationibus. Quicquid em̃ cõponit̃, ab alio cõponi neceſſariũ eſt Nulla em̃ res, ſicut ſe nõ gignit, ita nec ſe cõponit. Quod autẽ ab alio componit̃ ab alio eſſe neceſſe eſt. Diuinitas vero ab alio nõ eſt, ab alio cõponi ergo nequit Simplex igit̃ eſt. Vnde Boetius in. iij̃. libro de conſolatione. Quod ſi natura quidem ineſt, ſed ratiõe diuerſum, cũ de rerum principe loquamur deo, fingat qui poteſt, quis hęc diuerſa cõiunxerit. Hæc eadẽ diuina eſſentia, eo q̃ nec actu, nec natura conformẽ habeat, ſingularis eſſe probat̃. Quod ex intuitu naturaliũ facilius conſiderat̃. Cũ em̃ ad cõtemplanda celſa diuinitatis attollimur, eo q̃ intellectus noſter in quo ſedeat nõ habet, tanq̃ de re incerta palpitantes, melius negando q̃ affirmando, id eſt quid nõ ſit, q̃ quid ſit conſpicimus. In natiuis igit̃ omnẽ naturã ſeu formã, quæ integrũ eſſe ſubſiſtentis ſit, vel actu & natura, vel natura ſaltem conformẽ habere neceſſe eſt. Verbi gratia. Humanitas Socratis actu & natura conformis eſt humanitati Platonis, dũ ſecundũ omnes partes & omnimodũ effectũ, quod quidã formã ſubſtantiæ, & ſubſtantiã formæ vocant, tam in iſto, q̃ in illo inueniatur. Vnde q̃uis Socrates & Plato ratione partiẽdi in numerũ veniant, vt duo dicant̃ homines, tamẽ ratione aſſimilandi vnus poſſunt dici homo. Subſtantialis nãq; ſimilitudo non ſolũ ſubiecta conformia, ſed & eadem & vnũ dici facit. iuxta illud. Participatione ſpeciei plures hoĩes vnus Et ſecundũ quod ſoliti ſumus dicere, Idem vinũ bibitur hic, quod Romæ. Partes aũt hic voco eas formas, quæ ad componendã ſpeciẽ aut in capite ponunt̃, vt generales, aut aggregantur, vt differentiales, aut eas comitantur, vt accidentales. Omnis quippe diffinitio alterius eſt, & alteri conuenit. nam formæ eſt, & ſubſiſtenti cõuenit. Iam ex his, vt arbitror, patet quod dixi, humanitatẽ Socratis ſecundũ omnes partes, & omnimodũ effectum humanitati Platonis conformem eſſe. ac ſecundũ hoc Socratẽ & Platonẽ, eundem & vnum in vniuerſali dici ſolere. Si em̃ altera rationalis, altera eſſet mortalis, nec tota eſſet in iſto, nec tota in illo, ſed aliam partẽ iſta, aliã partem caperet illa. De effectu quoq; clarum eſt, q̃ ſicut hæc illum rationalem ſeu mortalẽ, ita illa hunc rationalem ſeu mortalem facit. Concretio etiam in naturalibus nõ ſolum coadunatione formæ, &

ſubſiſtentis,ſed ex multitudine accidentiũ,quę ſubſtantiale eſſe comitant, con
ſiderari poteſt.Verbi cauſa.Humanitas quæ eſt integrũ eſſe hominis,& ex mul
tis(vt oſtenſum eſt)formis cõpoſita, ad hoc vt ſubiectũ informet,riſibilitatẽ, cę
teraq; trahit accidentia.Sunt aliæ formæ ſubiectũ integrũ informantes,quę na
tura tantũ conformẽ habent. Eſſe quippe ſolis, & ſi nõ actu, natura conformẽ
habere noſcit. Quare q̃uis plures ſoles non ſint, ſine repugnantia tamẽ naturæ
plures eſſe poſſunt. Patet igit̃ ex oppoſito per negationẽ, ꝙ diuina eſſentia nec
conformis eſt,nec cõcretioni ſubiacet. Quare vt verba naturalia in diuinã ver
tantur prædicationẽ,ſicut ſimplex, ſic & ſingularis,& ſolitaria dicatur. vt ſim
plex cõtra cõpoſitionẽ,ſingularis contra conformitatẽ,ſolitaria diuidat contra
concretionẽ.Nec igitur actu,nec natura conformis eſt,quia nec fuit,nec eſt,nec
Pſal.34. eſſe poterit alius deus, alius creator, alius omnipotens.Vnde Pſalmiſta. Deus
quis ſimilis tibi? Concretionẽ non recipit,cum nec ſubiectũ quod informet, ha
beat,nec aliquã comitantiã accidentiũ admittat. Quare nec ſubſtantia propriẽ
dici poteſt.Subſtantia em̃ poteſt quodãmodo ſubiectũ vocari. Forma vero nul
lo modo ſubiectũ eſſe poteſt. Hoc vero cũ iuxta Philoſophũ, nec paſſionibus,
nec motui ſubiciat̃,ex hoc aut ex illo cõſtans,ſed quicqd eſt,vnũ eſt, & ideo ve
re eſt,& fortiſſimũ,nullo nitens,multo melius forma dicit̃.Omne namq; eſſe ex
forma eſt.Non eſt ergo hoc & hoc, ſed hoc tantũ pulcherrimũ, & fortiſſimũ. Si
em̃ cõforme haberet,pulcherrimũ dici nõ poſſet. Si ſubiecto nitens, comitãtia
accidentiũ egeret,fortiſſimũ nõ eſſet. Quare pulcherrimũ & fortiſſimũ eſt,nul
lo nitens.& vt optime a prædicto Philoſopho dictum eſt, nec diffinitioni, nec
diuiſioni,multo minus demonſtrationi,vel reſolutioni apta eſt vere.Cũ em̃ ſu
perueniens genus quo cõponat̃,nõ habeat,diffinitionẽ nõ admittit.Diuiſionis
ſectionẽ quomõ reciperet,quæ omnibus in quas diuidi poſſet,ſpeciebus caret?
Demonſtrationi quoq; qualiter pateret, quæ velut omniũ principiũ, & primũ
primiora,veriora,notiora ſuper ſe habere nõ poteſt? Vnde neceſſario ex ſimpli
citatis,ſingularitatis,ſolitaritatis,vt ita dicam,natura,reſolutionis neceſſitudi
nem excludit,vt iure ſolum externũ,inuariabile,incõmutabile & ſit, & natura
liter eſſe credatur.Cætera nanq; ſiqua ſint quæ variationẽ nõ ſuſcipiunt, vt an
geli,nõ ex propria natura, ſed ex opificis ſui gratia, a cuius inuariabilitate ipſi
inuariabiles denominant̃,hoc habere probantur.vt ſecundũ hoc,cũ dico, deus
eſt inuariabilis,angelus eſt inuariabilis,nõ alia in ſecunda,q̃ in prima propo
ſitione prædicet̃ inuariabilitas,ſed eadẽ.Verbi gratia.Cũ dico artificem huma
num,& opus humanũ,nõ aliam & aliam prædico humanitatem.ſed hoc quod
de artifice ſubſtantiue,de opere prædico denominatiue. Vel vt cũ dico, Socra
tes ridet,pratum ridet,nõ aliam de Socrate, aliam de prato prædico ꝓprietatẽ,
ſed eandẽ quã de Socrate proprie,de prato improprie vel tranſſumptiue enun
cio.Quod conſiderans Boetius ait.Tropus nullius eſt ꝓprietatis.¶Oſtenſo de
diuina eſſentia,iuxta iudiciũ negationis,cũ nec compoſita,conformis, cõcreta
dici poſſit,ſimplicẽ,ſingularẽ,ſolitariã eã quoquo modo cõprehendi. nũc qua
liter omne natiuũ compoſitũ, conforme, concretũ intelligat̃, dicendum reſtat.
Omne quippe quod natũ eſt,ab alio ſine dubio originẽ ſumit.Nihil em̃ a ſe na
ſci poteſt. Quod autẽ ex alio eſt, principiũ non eſt,ergo eſt hoc & hoc,ergo ſim
plex nõ eſt, cõpoſitũ eſt igit̃.Non em̃ hic ad effandũ de theologica,& ineffabili
generatione ſeu natiuitate attollimur,ſed tantũ de ea quæ a philoſophis genitu

ra,a nobis factura,ſeu creatura dici ſolet,diſputationẽ inſtituimus. Sed notan
dũ ꝙ cõpoſitio alia formarũ,alia eſt ſubſiſtentiũ. Formarũ ex formis,ſubſiſten
tium ex ſubſiſtentibus.Nulla em̃ forma ſubſiſtentiũ,nec ſubſiſtens formarũ cõ
poſitionẽ admittit.Nam tanta diuerſitate,eſſe, & id quod eſt ſeiungunt̃, vt nec
quod eſt eſſe ſui,nec eſſe eius quod ipſo eſt,cõpoſitionẽ admittat.& cũ ſub nul
lo genere cõueniant, cõpoſitionẽq; (vt dictũ eſt)alterũ alterius nõ admittat, al
terũ tamẽ ſine altero eſſe nequit. Hęccq; talis diuerſiſſimoꝝ,vt ita dixerim,cõpa
ctio, concretio potius oppoſitoꝝ,q̃ cõpoſitio ſimiliũ vocatur. Compoſitio igit̃
alia,vt dictum eſt,formarũ,alia eſt ſubſiſtentiũ. Formarũ autẽ aliæ compoſitæ,
aliæ ſimplices.Simplices, vt albedo. Cõpoſitæ, vt humanitas. At ſimplices in
cõpoſitione cõpoſitæ venire poſſunt. Nulla autẽ ſimplex per ſe in naturalibus
ſubiectum informare valet,ſed tantũ compoſitã informantẽ comitatur. Omnẽ
igitur Formã ad hoc vt integre ſubſiſtentẽ informet, compoſitã eſſe neceſſe eſt,
& eſſe hoc & hoc. Subſiſtentes quoq; ex ſubſiſtẽtibus conſtare, nulli dubiũ eſt.
Omne em̃ corpus ex corporibus cõſtat.Nec incõueniens arbitranẽ philoſophi,
ſicut quantitatẽ in immenſas quantitates,ſic & corpus in infinita ſecare corpo
ra.Nullũ itaq; ſubſiſtẽs ſimplex, nulla forma quæ ſit integrũ eſſe,poteſt eſſe nõ
cõpoſita.Sed ſciendũ eſt,ꝙ ſubſiſtens aliud ſuſcipit coniunctionẽ partiũ, aliud
nõ.Corpus ſuſcipit,ſpiritus nõ.Quare & ſpiritus ſimplex eſſe videt̃.At hoc vi
dendũ eſt,ſimplicitatẽ quãdoq; cõtra cõpoſitionẽ tantũ,qñq; cõtra compoſitio
nẽ ſimul & cõcretionẽ diuidere. Vnde Boetius in octaua regula libri hebdoma
de. Omni cõpoſito aliud eſt eſſe,aliud ipſum eſt. Non em̃ in hac regula diuerſi
tas inter id quod eſt,& quo eſt, quę in ſecũda regula,in qua dicit̃,Diuerſum eſt
eſſe,& id quod eſt. aſſignata eſt, notatur. ſed potius ea diuerſitas formarũ, qua
ſubiectũ alio eſt,& alio aliquid eſt.Verbi gratia,vt corporeitate eſſe, colore ali
quid eſſe dicit̃.Sic & ſpirit⁹ creatus,cũ alio ſit, alio ſapiens ſit,q̃uis copulatiõe
partiũ carens ſimplex eſſe videat̃,tamẽ quia formã ex formis cõpoſitã habet,&
ex cõcretione hmõi formæ,& ſubſiſtentis plenarie,ſimplex dici nõ poteſt.Om
ne igitur natiuũ compoſitũ.De conformitate & cõcretione ſupra probatũ eſt,ꝙ
videlicet ex ſubſtantiali ſimilitudine conforme,ex eo ꝙ ſubiectũ informet,mul
titudinẽq; poſt ſe accidentiũ trahet, concretũ dicatur. Inter omnia vero natiua
nihil magis cõpoſitũ inuenit̃,q̃ homo,qui nõ ſolum ex eſſe compoſitum habet
eſſe,vel ſubſiſtentẽ ex ſubſiſtẽtibus, ſed & ex oppoſitis cõpactus ſubſiſtẽtibus,
oppoſitoꝝ ſubſiſtentiũ iunctura, & eorundẽ diuerſarũ ſubſiſtentiarũ cõpoſitio
nem recipit.Quare haud mirandũ,ſi ex tota,& tanta cõpoſitione cõpactus,fa
cilius reſolutioni ſubiacet. Item cũ iuxta Boetij nonã regulam, Omnis diuerſi
tas diſcors,ſimilitudo appetenda ſit,& quod appetit,aliud tale ipſum eſſe natu
raliter oſtendit̃, quale eſt illud hoc ipſum quod appetit̃. tanto vehementius ad
diſſolutionẽ tendimus,quãto diſſidentius ex oppoſitis partibus cõſtamus.Ver
bi cauſa. Corpore ex quattuor elementis cõpacto, igne ſurſum,terra deorſum,
aqua & aere quaſi e regione diſtrahentibus,ſibiq; hoc modo partibus diſſiden
tibus,quid inæqualius eſſe poterit? Idipſum & ſi nõ ſenſus, ratio tñ in cõpoſiti
one formæ percipit. Accedit ad hoc,ꝙ nõ ſolũ forma ſubſtantiale eſt eſſe ex for
mis cõpoſita, ſed ꝙ ipſæ formæ cõponentes, nunc naſcentes, nunc occidentes,
neq; vnq; in exiſtẽdi cõditione cõſtanti & rata perſeuerantes,ſubiectũ quieſce
re nõ permittũt. Vnde decedentibus alijs, aliæ ſemper ſine interuallo ſuccedũt.

Quem celerrimũ fluxũ formarũ, cũ ſequaẽ fluxus morarũ, tempus tam acutum emergit, vt eius inſtãs vix, vel nunq̃ cõſpici queat. Bene ergo a tã mutabilitatẽ naturæ, q̃ morę conſiderantibus, dictũ eſt, Melius eſt ad ſummũ, q̃ in ſummo. quia cũ amplius quo creſcat nõ habeat, decreſcere neceſſe eſt. Sicut autẽ a medicis præcipit̃, vt bonæ habitudines, cũ in ſummo fuerint, ſoluant̃. ſic nõ imerito a ꝓbatis animarũ medicis ſuadet̃, vt mens, quæ rerũ proſperitate in ſummo poEcc̃i.11. ſita eleuari aſſolet, malorę intuitu reprimat̃. Vnde eſt illud. In die bonorę ne immemor ſis malorum. Sed iam ad propoſitũ redeamus.

De Saxonibus bello graui ſuperatis, & ꝙ Guelfo dux Noricorę, & Rudolfus dux Sueuorę rebellare cœperuut. CAPVT VI.

IGitur Saxonibus a capite ſuo diſſidẽtibus, ex omnibus regni viſceribus, princeps ad debellandos eos, fortem & magnũ militẽ cogens inſtauransq̃ exercitũ, prædictã prouinciã ingredit̃. Fuerunt in comitatu eius q̃ttuor magni duces, ſinguli cũ ſingulis legionibus. Zuendebaldus dux Boemorę, Guelfo dux Noricorę, Rudolfus dux Sueuorę, Gotefridus dux Lotharingiorę, & alij principes, comites, nobilesq̃ innumerabiles. Ita iuxta fluuiũ Vnſtruot dictum, publicõ bello cõmiſſo, cruenta rex potitus victoria redijt. Non multo poſt tempore, duo præfati duces Guelfo & Rudolfus, qua occaſione dubiũ, principi rebellantes, Saxonibus iunguntur. Gotefridus aũt Lotharingiæ dux, orientalem expeditionẽ aggreſſus, Hieroſolymis ducatũ populi dei tenens, ibidem in pace quieuit.

Q̃ idem Rudolfus inſtinctu Gregorij rex creatur, & paulo poſt in prælio occiditur. CAPVT VII.

AT Romanus pontifex Gregorius, qui iam (vt dictum eſt) principes aduerſus imperatorẽ cõcitabat, omnibus vt aliũ crearent, latẽter & manifeſte ſcribebat. Igitur Rudolfus dux Sueuorę ab eis rex factus diadema a Romana eccleſia accepiſſe tradit̃, cum hmõi ſcripto. Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo. Huius Rudolfi filiã quidã ex nobiliſſimis regni optimatibus Bertholfus nomine, de caſtro Zeringen habuit. Nõ multo poſt tẽpore, Rudolfus in publico bello a fidelibus imperatoris necat̃, & in eccleſia Merſeburg cultu regio ſepelitur. Fertur de imperatore, ꝙ cũ pacatis pauliſper his ſeditionũ motibus, ad prædictã eccleſiã Merſeburg veniſſet, ibiq̃ prędictũ Rudolfum velut regẽ humatũ vidiſſet, cuidam dicenti, cur eum qui rex nõ fuerat, velut regali honore ſepultũ iacere permitteret? dixerit. Vtinã omnes inimici mei tam honorifice iacerẽt. Occiſo Rudolfo, gener eius Bertholfus ducatum Sueuiæ, tanq̃ a ſocero ſibi conceſſum, vſurpat.

De comite Friderico, ꝙ gener imperatoris factus, ducatum Sueuiæ obtinuerit. CAPVT VIII.

EA tempeſtate comes quidã Fridericus noïe, ex nobiliſſimis Sueuiæ comitibus originẽ trahens, in caſtro Stoyphe dicto Coloniã poſuerat. Hic cũ eſſet cõſilio prouidus, armis ſtrenuus, ad curiã imꝑatoris aſſumptus, ꝑ multos dies ibidẽ militarat, ſtrenuiſſimiq̃, ac nobiliſſi

mi militis officium implens, in omnibus periculis ſuis viriliter imperatori aſtiterat. Videns princeps ergo reipu. tam dubiũ ſtatum, vocato ad ſe ſecreto præfato comite, ſic eum alloquit̃. Virorę optime, quẽ inter omnes in pace fideliſſimũ, & in bello fortiſſimũ expertus ſum, cerne qualiter Romanus orbis tenebris inuolutus, fide vacuus, iuxta quod dicit̃, Vltima cœlicolũ terras Aſtrea reliquit. Iuuenalis. ad auſus nefarios, factaq̃ nefandiſſima cõcitatur. Nec parentibus reuerentia, nec dominis debita ſubiectio ſeruatur. Sacramenta quę tam iure poli, q̃ iure fori principi a milite publice exhiberi ſolent, contemnunt̃. factioſaq̃ iuramenta, quę contra leges diuinas, & humanas in angulis fiunt, diabolo inſtigante, profacroſanctis habent̃. Nullis legibus, nullis diuinis ſanctionibus honor impenditur. Cum eñ omnis poteſtas a deo ſit, qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reRoma.13. ſiſtit. Aſſurge igitur huic tam peſſimo morbo, atq̃ [illegible] debellandos imperij hoſtes viriliter accingere. Necq̃ eñ priorę meritorũ tuorũ immemor exiſto, nec futurorũ ingratus ero. Filiam quippe quã habeo vnicam, tibi in matrimonio ſortiendam tradam, ducatũq̃ Sueuiæ, quẽ Bertolfus inuaſit, concedam. Sicq̃ prędictus Fridericus, dux ſimul Sueuorę, & gener regis factus, ad ꝓpria redijt. & ne multis morer, Bertolfum tandem pacẽ petere coegit, quod tamẽ quidam ſub filio ſuo Friderico factum tradunt. Conditio autẽ pacis talis fuit, vt Bertolfus ducatũ exfeſtucaret, ſic tamẽ q̃ Turegũ nobiliſſimũ Sueuiæ opidũ, a manu imperatoris ei tenendũ remaneret. Hoc opidũ in ſaucibus mõtiũ verſus Italiã ſuper lacũ vnde Lemannus fluuius fluit ſitũ, imperatorę ſeu regũ olim colonia fuit, tantæq̃ iuxta maiorum noſtrorum traditionem, auctoritatis, vt Mediolanenſes ſiquando ab imperatore ad tranſalpina vocarentur iudicia, ibi diſcuti, vel iudicari de iure deberent. Vnde ex eiuſdem tam in rebus, q̃ honoribus habundantia, in ipſius porta ſcriptum dicitur. Nobile Turegum multarũ copia rerum. A prædicto etiã Lemanno fluuio. vnde Lucanus, Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno. tota illa prouincia Alemannia vocatur. Quare quidam totam Teutonicam terram Alemanniã dictam putãt, omnesq̃ Teutonicos Alemannos vocare ſolent, cum illa tantũ prouincia, id eſt Sueuia, a Lemanno fluuio vocetur Alemannia, populiq̃ eam inhabitantes ſolummodo vocentur Alemanni. Bertholfus iſte, quãuis in hoc negocio imperio ſimul & iuſticiæ ceſſerit, tamen ſtrenuiſſimus, ac fortiſſimus fuiſſe traditur. Vnde & adhuc ab antiquioribus de ipſo dicitur. ꝙ ſiquando nuncius aliqua triſtia ipſi apportãs, ſecundũ quod fieri aſſolet, hęſitare voluiſſet, dixerit. Dic dic, ſcio enim q̃ ſemper læta triſtia, vel triſtia præcedunt læta. Quare tantundem mihi eſt primo audire nubilo ſa, cum poſtmodum auditurus ſim ſerena, q̃ primo auditis ſerenis, poſt auditurus ſim nubiloſa. Magnifica vox, & viro forti digna, qui natiuorũ volubilitatẽ ſine literis, naturali percipiens ingenio, nec in diebus bonorũ immemor malorum eleuatus, nec in diebus malorum immemor bonorum, fuit fractus. Fridericus autem ducatum Alemanniæ exhinc ſine contradictione habuit, ac ſtrenue diebus non paucis rexit.

Q̃ poſt genitos ſibi filios Fridericum & Conradum, diem obijt. CAPVT IX.

SVscepit vero ex nobilissima cõpare sua Agnete duos filios, Frideri cũ & Conradũ, & ipse post multa virtutũ suarũ insignia, in senectute bona diem vltimũ claudens, in monasterio Laureacensi in ꝓprio fundo constructo, humatus est. At supra nominatus Bertolfus, vacuum exhinc nomẽ ducis gerens, id quasi hæreditariũ posteris reliquit. Omnes eñ vsq; ad præsentẽ diem duces dicti sunt, nullũ ducatũ habentes, soloq; noĩe sine re participantes. Nisi quis ducatũ esse dicat, comitatũ inter Iurũ & montẽ Iouis, quẽ post mortẽ Vuilhelmi comitis, filius suus Conradus ab Imperatore Lothario susceperit, vel a ducato Carentano, quẽ nunq; habuerũt, ducis eos noĩe honorãdos cõtẽdat, in alijs tñ rerũ & honoris nõ parua pollẽtes magnificẽtia.

De vxore eius Agnete, ꝙ Leopaldo Marchioni nupserit, & ꝙ defuncto imperatore filius eius Henricus potẽter regnũ obtinuit. CAP. X.

MOrtuo Alemannoꝝ duce Friderico, Agnetem ab ipso viduatã, frater suus Henricus, imperatoris Henrici filius, in sua suscepit, eamq; Leopaldo orientali Marchioni, quod alias a nobis plenius dictũ est in vxorẽ dedit, Filijs ipsius Friderico quindecim, Conrado duodecĩ annos habentibus. Porro Fridericus qui maior natu erat, patri in ducatũ succesſerat. Circa idẽ tẽpus imperator Henricus apud Leodiũ Belgicæ vrbem, diem obijt. Sepultisq; ibidẽ intestinis eius, corpus in Galliæ ciuitatẽ Spiram deportatur, ibiq; in ecclesia beatæ dei genitricis, semperq; virginis Mariæ, quam ipse miro, & artificioso, sicut hodie cernitur, construxerat opere, iuxta patrẽ, auum, imperatores, cultu regio sepelitur. eiq; in regnũ successit filius suus Henricus, in ordine imperatoꝝ quartus, Regũ vero quintus. Hic armis strenuissimus, totum imperiũ ita in breui suæ subiecit ditioni, vt & omnes in Romano orbe positi, subiectionis iugum humiliter portarent, & vicini dominationẽ eius suspectam habentes, metu obrigescerent.

Quõ apud Barũ comitẽ Reinaldũ cepit, & abduxit. CAPVT XI.

QVot ergo, & quanta tam Romæ, q̃ in Italia fortia gesserit, quia in priori dicta sunt historia, supsedemus. Hoc tantũ ad præsens pone re sufficiat, ꝙ cũ in summo statu positus, omnibus Gallicanis trepidantibꝰ, castrũ Barũ cõtra opinionẽ multoꝝ, assultu cepisset, ibiq; comitẽ Reinaldũ cõprehensum, captiuũ abduxisset, iuxta eiusdẽ comitis arcẽ Munzun dictum, castrũ posuit. Quã in altissimo monte sitam, naturaq; locorũ munitissimã, dũ nulla arte, vel vi capere valeret, patibulũ erigi præcepit, dicẽs, ꝙ nisi velociter castrum redderet, comitẽ ipsum suspendio perimeret. Opidani vsq; in alterũ diem inducias petũt. Illa in nocte comitissa filiũ genuit. Itaq; opidani cõuenientes, infantulo recenter genito, sacramento fidelitatis astringunt. Mane facto cũ imperator ad deditionẽ castri opidanos exposceret, dñoq; illoꝝ comite coram ducto, suspendiũ interminaret, ipsi responderũt se ꝓpter mortem illius castrũ reddere nolle, prẽsertim cũ nouũ dñm, quẽ illa nocte vxor eius sibi peperisset, haberent. Qua de re inflammatus princeps, prædictũ comitẽ ad patibulum trahi iussit. Cũq; a principibus qui aderant, ne id faceret, rogaret, ipsoq; in proposito perseuerãte, a quibusdã vt saltem diuina animaduersione a cœpto
Psal. 113. desisteret, turbato præ ira oculo, respondisse fertur, Cœlum cœli dño, terrã autẽ

dedit filijs hominũ. Tandẽ tamen irrationabili motu deferuescente, cunctorũ precibus Augustus inclinatus, a mortis sententia animũ reuocauit, prædictũq; comitem secum captiuum ducens, ad familiaria domicilia redijt.

Qꝛ in nuptijs apud Moguntiam regnũ scissum est, & de gestis Friderici ducis. CAPVT XII.

NOn multo post tẽpore, ipso in ciuitate Gallię Moguntia nuptias cũ multoꝝ principũ adstipulatione magnifice celebrante, imperiũ (vt alibi a nobis profusius dictum est) scinditur. Quæ sciffura illo tẽpore tam grauis fuit, vt præter Friderĩcũ ducem, fratrẽq; suũ, & Gotefridum Palatinũ comitẽ Rheni, vix aliqui ex principibus fuerint, qui principi suo nõ rebellarent. Quot, & quanta ergo Fridericus Sueuoꝝ dux nobilissimus vel imperatore præsente, vel in Italia morante, stilo tunc digna gesserit, quia in multoꝝ abhuc habent memoria, summatim dicemus. Ipse eñ de Alemãnia in Galliam transmisso Rheno, se recipiẽs, totam prouinciã a Basilea vsq; Moguntiam, vbi maxima vis regni esse noscitur, paulatim ad suã inclinauit voluntatẽ Nam semper secundũ alueũ Rheni descendens, nunc castrũ in aliquo apto loco ædificans, vicina quæq; coegit. Nunc iterũ procedens relicto priore, aliud muniuit, vt de ipso in prouerbio diceret. Dux Fridericus in cauda equi sui semper trahit castrũ. Erat autẽ p̃dictus dux in bellis fortis, in negocijs ingenioſus, vultu & animo serenus, in sermone vrbanus, donisq; tam largus, vt ob hoc multitudo maxima militũ ad eum confluueret, seq; ad seruiendũ illi vltro offerret.

Quomodo Moguntiã obsedit, & quomõ de ipsis, & suo Archiepiscopo triumphauit. CAPVT XIII.

HItur omnibus circa Rhenũ, vt supra dictũ est, ad nutũ suũ inclinatis, Moguntino archiepiscopo Alberto, omniũ illius tẽporis regni principũ versutissimo, & locupletissimo, eò ꝙ prędictæ factionis caput & auctor fuerat, bellum indixit. Vastatisq; cunctis in circuitu, tandẽ & ipsam ciuitatẽ cũ infinita multitudine militũ ac plebis obsidione cinxit. Est aũt prædicta ciuitas magna, & fortis, super Rhenũ posita, & ex ea parte qua Rhenũ attingit, spissa & populosa, & ex alio latere rarũ habitatorẽ habens vacua. muro tantũ forti, non paucas turres habenti, circundata. Porrecta in immensum longitudine, in lato angustior, necessitas locũ signauit. Nam ex ea parte qua Gallię cõtigua est, monte mediocriter in altũ sublato, artatur. ex alio vero latere, qua Germaniã respicit, Rheno. vnde fit, ꝙ circa Rhenũ nobilibus tẽplis, & ædificijs vestita sit, & versus montẽ vinetis, alijsq; vsibus exposita. Vulgus quod cũ duce in obsidione fuit, ex illa parte qua rara est ciuitas, prædandi gratia eam assultu capere voluit. Timens autẽ nobilissimus dux, si irrationabili plebis furori talis daretur licentia, sanctoꝝ forte loca direptioni, & flammæ exponi, ne volũtas illoꝝ effectui mancipareť, summopere laborauit. At episcopus ciuitatis, fidei ducis nõ rectam recõpensationẽ reddẽs, directis de ciuitate ad ipsum in dolo nuncijs, treugam postulat, diem quando, & vbi cõueniant petit, se ad gratiã imperatoris velle venire promittit. sicq; ducẽ exercitũ dimittere, obsidionẽ soluere, ac ita cũ paucis ad propria redire persuadet. Episcopus solutam obsidionẽ dimissum cernens, exercitũ apertis portis, cũ magna ducẽ inse-

Moguntię descriptio.

quens militia, ex improuiso inuasit. Dux cũ suis, quos adhuc de tanto exercitu habebat, tunc primo dolum sentiendo, nõ vt assolet arma ex improuiso arripientibus accidere, mente turbatus, sed ex præsentia hostiũ amplius ad virtutem animatus, arma sumit, in hostem ruit. Viriliterq; pugnantibus Alemannis, tandẽ ex parte Francorũ comes Emicho, qui cæterorũ primipilarius erat, letali sauciatus vulnere, occubuit. Qua de re fracti animo Franci, terga verterunt, præsidioq; fugæ se cõmittũt. Quos fortissimus dux insecutus, occisis plurimis, & captis, reliquos vsq; ad portas ciuitatis cũ ẽpo suo, triumpho potitus, fugauit. Ciues qui parentes, & amicos in illa cæde amiserant, tanta cordis amaritudine affecti erant, vt pene in propriũ ẽpm, velut huius concussionis auctorẽ irruerent.

Qualiter idem dux castrum Lympurg ab obsidione liberauit, & de eius coniugio. CAPVT XIIII.

IDem & dux illustrissimus, alia vice dum prædictus Albertus epus cũ Lothario Saxonũ duce, alijsq; principibus, in magna & valida militũ manu castrũ Lympurg, in territorio Spirensi situm, obsidiõe clausisset, & iam opidanis fame & inedia astrictis, castrũ pene ad deditionẽ coegisset, militẽ colligens, superuenit, prædictosq; principes obsidionẽ soluere fecit. Fertur prætaxatos opidanos, dũ fame laborarent, quid facto opus esset consiliũ inijsse, Dumq; alij & alij, sic & sic consulerent, Vlricũ quendã de Horningen, natione Alemannũ, vi mentis, corporisq; proceritate insignẽ, dixisse, melius fore vt pingues monachi, nam monachorũ cœnobiũ in eodem castro positũ erat, ederentur, & castrũ propter ciborũ inopiã hostibus traderet. Quo dicto cognito, monachi perculsi, cibaria quæ reposita habebant, publicauerunt. cunctosq; ibidẽ manentes milites, vsq; ad liberationẽ castri, in his quibus poterant alimentis pauerunt. Quid plura? Prætaxatus dux, vt breuiter dicam, p oĩa patrẽ induens, tam fidus principi miles, tam vtilis auunculo amicus extitit, vt sua virtute honorẽ regni labefactatũ, viriliter cõtra hostes tamdiu decertando sustentaret, donec membra a capite dissidentia, ad gratiã principis veniẽdo, ad cor redirent. Accepit autẽ Henrici Noricorũ ducis filiã in vxorẽ, ex qua postmodum Fridericũ glorioſissimũ, qui in præsentiarũ imperator est, & Iudithã, quæ modo Matthæo Lotharingiorũ duci copulata noscitur, genuit.

Sherrius de Horning

Vbi imperator Henricus mortuus, & sepultus. CAPVT XV.

IMperator Henricus, reuocatis in pacẽ qui erãt ei oppositi prĩcipibꝰ, libere potitus imperio, apud inferius Traiectũ Frisiæ vrbẽ in Pẽtecoste curiã celebrauit, vbi morbo correptus, rebꝰ humanis exẽptus, sepultisq; ibidẽ interioribus, per ripam Rheni ad superiora deportatus, in ciuitate Spira patribus suis appositus est. Ac imperatrix Mathildis Henrici regis Anglorũ filia, regalia in potestate sua habebat. Quã prædictus Albertus Moguntinæ ecclesię Archiepiscopus ad se vocauit, falsisq; promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit.

Lotharius dux Saxonũ in imperatorem eligitur, qui mox hæredes Henrici persequitur, & Noricum castrum ab ipso obsidione cingitur. CAPVT XVI.

HAbitur Albertus, nã id iuris dũ regnũ vacat, Moguntini Archiepi ab antiquioribus esse traditũ, principes regni in ipsa ciuitate Mogũtina tẽpore autumnali conuocat, malorũq; a duce Friderico sibi illatorũ haud ĩmemor, cũ p̃dictus dux ad regnũ a multis exposcereť, ipse Lotharĩũ ducẽ Saxonũ, virũ tñ ex p̃bitatis industria omni honore dignũ, plus familiari rei, quantũ in ipso erat, & cõmuni cõmodo cõsulẽs, in regẽ a cũctis qui aderant principibus eligi psuasit. Quæ res laudabiliter facta, grauissimę tñ scissuræ seminariũ denuo fuit. Nam p̃dictus princeps cõsilio eiusdẽ Alberti Mogũtini ep̃i, iuxta quod dicit, Nõ missura cutẽ nisi plena cruoris hirudo. nondum odio in hæredes imperatoris Henrici satiati, Fridericũ ducẽ, fratrẽq; suũ Conradũ persequit. Cuiꝰ rei gratia castrũ Noricũ, vbi ipsi p̃sidia posuerãt, & tanq; iure hæreditario possidebant, adiuncto sibi Boemorũ duce Vlrico, & Baioariorũ Henrico, obsidiõe clausit. Dux aũt Boemorũ, eo q Barbari qui cũ ipso venerãt, nec deũ timentes, nec hominẽ reuerentes, omnia vicina depopulando, nec etiã ecclesijs parcerent, a principe post aliquot tẽpus redire permissus est. Horatius.

Fridericus & Conradus fugato Lothario, opidũ muniũt. CAP. XVII.

HAtaq; Fridericus dux, fraterq; suus Conradus militẽ colligũt, ac data opidanis die, ac signo, ipsi quadã die cũ militia sua castro appropinquant. Quod videntes opidani, læticiã cordis dissimulare nõ valentes, in voces magnas & cantus prorumpunt. Princeps tutius iudicans alio in tẽpore præfatũ castrũ obsidione cingere, & infidę fortunę fidei se incaute cõmittere, obsidionẽ soluit, ac per Babenberg transiens, in ciuitatẽ Herbipolim se cõtulit. Opidani cũ ingenti clamore descendentes, castra iã vacua inuunt, & siqua ibi remanserant diripiunt, dominosq; suos cum magna lætitia suscipientes, in castrũ ducunt. duces opidũ ip̃m victualibus, alijsq; necessarijs muniunt. sicq; regẽ insequentes, illo in ciuitate manente Tyrociniũ, quod vulgo nunc Turmomentũ dicit, cũ militibus eius extra exercendo, vsq; ad muros ipsos progrediunť. Post hæc Rhenũ transeunt, in Spirensiq; ciuitate, cuius populos eos ob fidelitatẽ imperatorẽ, qui ibidem humati sunt, tanq; eiusdem sanguinis consortes deuote susceperat, præsidia collocant. Quã princeps iuncto sibi Alberto Moguntino, obsidione circundat, multos ibi dies consumens, prævalere tunc non potuit.

Quomodo ijdem duces Henricum Noricorũ ducem ex Alemannia fugauerunt. CAPVT XVIII.

ROrro Henricus Noricorũ dux, supra nominati Henrici ducis filius, ob gratiã principis, cuius filiã Gertrudim nouiter ĩ vxorẽ duxerat, Friderico duci haud memor affinitatis, quæ ex copula sororis suæ Iudithæ inter ipsos erat, bellũ indicit. Coadunatoq; ex Baioaria nõ paruo milite, Alemãniã ingressus, nõ longe a Danubio super fluuiũ Vuerenza dictum, tabernacula locauit. Quo cõperto, sæpedicti duces & ipsi militẽ colligunt, nec lõge ab eo castrametanť. At dux Noricorũ missis exploratoribus, q̃d hostiũ robur sit inquirit. Quibus redeuntibus, & ea quæ viderant enarrãtibus suos consuluit, quidq; facto opus sit requirit. illi incautum fore si hostes expectentur iudicantes, fugam cõsulunt. Tanta ergo cũ festinatione Norici, hostes

tanq; sibi iam imminentes declinauerunt, vt pontis angustias suspectas habendo in Siridis prędicti amnis procellis, qui ex multitudine hymbriũ plus solito excreuerat, incaute se cõmitterent, ipsoq; non tam transuadando, q; transnatando periculose transmisso, ad propria cũ rubore remearent.

Quomõ Fridericus insidias eiusdẽ ducis euasit. CAPVT XIX.

ALio inde tẽpore prædictus dux Henricus Alemanniã ingressus, ad propria ibi domicilia se cõtulit. Erat em̃ natione Alemannus, ex antiqua & nobilissima Guelfoꝝ familia originem trahens, ac per hoc multas possessiones ex ea parte, qua Pyreneos montes attingit Alemannia, iure hęreditario habens, vir per omnia laudabilis, tam animi, q; generis nobilitate insignis, in hoc solo facto tantũ reprehensibilis. Missis itaq; legatis ad Fridericũ ducẽ Sueuoꝝ, eum amice tanq; sororis suę maritũ monet, vt ad gratiã principis redeat. durum esse dicens, quẽpiam quantũcunq; magnũ, vel probũ principẽ totius imperij pondus solum sustinere. Addit etiã huius negocij se, si monitis eius acquiescere vellet, fidũ fore mediatorẽ. Vbi ergo, & qua die simul conueniant, oreq; ad os de hoc familiarius cõferant, monasteriũ quoddã Zuifalten dictum cõstituit. Dux Fridericus nil perperã expectans, ad prędictũ locum cũ paucis venit. Ille vero nõ simpliciter ambulans, quo loco nocte cubare vellet, latenter explorauit. Itaq; sole ad inferius hemisphęriũ descendente, cũ tenebrosis mentibus tenebraꝝ opportunitas se offerret, cubiculũ in quo dux iacebat, circũdat, & q; nõ amicus, sed vt hostis aduenerit, re & voce aperit. Quid faceret, quo se verteret, arma corriperet, sed pene nullũ quo iuuaret habuit. fugeret, sed nullũ cubiculi meatũ sciens, fugæ præsidiũ nõ inuenit. Dolum itaq; cognoscens, ad diuinæ tantũ gratiæ se vertit adiutoriũ. Qua opitulante, per abdita quædã cubiculi penetralia tunc sibi primo quasi cœlitus ostensa, ecclesiã introiuit, turrim quæ ecclesiæ contigua erat, ascendit. Hostes cubiculũ irrumpũt, & non inuẽto duce, claustra etiã monachoꝝ ingrediunt, cunctas officinas ipsorũ ferro pscrutant. Phœbo ab inferis redeunte, superiorẽq; aeris regionẽ illuminare incipiẽte, vicini quiq; fideles ducis, iã teterrimo cognito facto, aggregati in adiutoriũ eius aduolãt. Hostibus adhuc secretiora claustri rimãtibus, ignẽq; minantibus, Fridericus suos de turre aduẽtare prospiciens, iam securus factus, Henricũ ducẽ exposcit, eumq; sic affatur. Contra fas bone dux feciſti, qui me in pace vocatũ, pacis nõ ferens signa, inimicũ te potius q; amicũ ostendisti. Nec te ab hoc facto propriæ famæ reuocauit honestas, nec carnis qua cõiũgimur affinitas. Ne autẽ malũ p malo reddere videar, te tanq; amicũ fideliter admoneo, ne fideles meos, quos vndiq; aduentare cerno, expectes. Excusat a quibusdam hoc factum ducis, nõ solũ ex hoc q; eo in tẽpore inimici fuerũt, iuxta illud, Dolus an virtus quis in hoste requirat. sed ex eo q; p fidelitate regni & reipu. quiete, principi eum tradere, pacemq; imperio instaurare volens, hoc fecerit.

De expectatione Lotharij in Boemiã. CAPVT XX.

DIssensio igitur inter Fridericũ ducẽ, Lothariũq; imperatorẽ pene per decem annos pertracta, imperiũ quiescere nõ permisit. Qualiter aũt ad vltimũ pacatũ fuerit, & quot, & quanta virtutũ insignia Lotharius reliquerit, in priore historia dictũ sufficiat. Verũ silẽtio prętereire

nolumus, q; prædictus princeps aduersam nimis circa regni primordia fortunã sensit. Quidã em̃ Otto Morauiæ comes, ducatũ Boemiæ affectans, principem adijt, eiq; magnã pecuniã promittẽs, ad hoc vt Boemiã secũ intraret, ibiq; eum ducem crearet, inclinauit. Quod Vlricus, qui eundẽ ducatũ forte habebat, impedire volens, nullo principẽ obsequio a cœpto reuocare potuit. Igit̃ rex Saxoniam intrans, militẽ instaurat, ducensq; secũ Ottonẽ, claustra syluarũ, quæ Boemiam & Saxoniã seiungunt, hyemali tẽpore ingreditur. Dux Boemiæ Vlricus in ipsis syluarũ abditis locis, septis vndiq; syluis, super amniculum quendã castra posuit. Rex cum suis propter nimietatem niuium a recta via exorbitans, ac per deuia syluarũ oberrans, ad prædictum amnẽ forte venit, suis viæ labore nimio & inedia exhaustis quiescere volentibus. Barbari turbatũ cernentes amnẽ hostes in proximo esse præsentiunt. Ex improuisoq; superuenientes, Saxones, qui in prima acie erant, iam per niues deambulando fatigatos inuadũt, ac paucis per fugam elapsis, quibusdã captis, cæteros crudeliter occidunt. Vidẽs hoc princeps, suisq; ex angustia viarũ nullum præsidiũ ferre valens, sæuissima mentis amaritudine perculsus, rerũ tamẽ quas ab adolescentia gesserat, ac antiquæ virtutis memoria, quasi cœlesti rore repletus, in collem quendã cũ paucis, quos adhuc residuos habebat, se recepit. Quem præfatus dux suis in circuitu positis, magnarũq; arborũ iactu, & clausura reditũ negantibus, tanq; clausum tenuit. Tandẽ Henrico Saxoniæ Marchione, qui de sorore ducis natus, cũ rege aduenerat, mediante, ad pedes imperatoris satisfactionẽ offerens, humiliter dux venit, homagiũq; sibi cũ sacramẽto fidelitatis exhibens, ducatũ ab eo suscepit, captiuos reddidit, sicq; princeps portatis secum eorum qui nobiliores erant, funeribus, cum multo mœrore redijt.

Qui principes ibi occubuerint, & de secundis nuptijs Friderici. CA. XXI.

INter cæteros nobilissimus Marchio Saxoniæ Albertus captus fuerat. Tanta vero strages Saxonũ, & præcipue nobiliũ, & illustriũ virorũ ibi facta fuit, vt perpetui odij inter Saxones & Boemos fomes tunc accensus, nondum extinctus sit. Otto quoq; qui huius cõcussionis auctor fuerat, ambitionis suæ pœnas luens, ibidẽ necatus est. Sed vt dicit̃, Flebile principiũ melior fortuna sequet̃. sic & hunc principẽ melior fortuna secuta, ad tantũ apicẽ prouexit, vt sedatis omniũ tempestatũ motibus, cũ triumpho & victoria de Italia rediens, in ipsis montibus viuendi fecerit finem. Verũ Fridericus dux, mortua vxore sua Iuditha, dissensionis tẽpore Friderici comitis de Sarbur, fratris Alberti episcopi, filiam Agnetem in vxorẽ duxit, ab eaq; Conradum, qui Palatinus Comes nunc Rheni esse noscitur, & Claritiã Lodouici Turingiæ Comitis vxorem accepit.

Q; mortuo Lothario Conradus rex creatur, & quis Alberto Mogunti no successerit. CAPVT XXII.

DEfuncto imperatore Lothario, ac in monasterio Lutre, quod in eius proprio fundo situm est, humato, principes regni apud Galliæ opidum Confluentiã, vbi Mosella Rhenũ influit, conueniunt, & de eligendo principe consiliũ ineunt. Igitur Conradus Friderici ducis frater, ab omnibus qui aderãt, exposcitur, ad regnũq; leuatus in palatio Aquis eo

ronatur. Quod eo facilius fieri potuit, ꝙ imperatoris Henrici odium in mentibus plurimũ iam deferbuerat, Albertusq; Moguntinus archiepꝰ, iam recenter viuendi finẽ fecerat. Accessit etiã ad huius negocij ꝓmotionẽ, ꝙ Henricus Noricorũ dux, pro nota superbiæ pene omniũ, qui in expeditione Italica cũ Lothario imperatore fuerãt, odiũ cõtraxerat. Itaq; Fridericus dux Moguntiã, quę tũc pastore suo orbata vacabat, venit, omnesq; tam clericos, ꝙꝫ laicos ad hoc vt Albertũ iuniorẽ, vxoris suę quã secũdo acceperat fratrẽ, eligerẽt induxit, principe ad hoc corroborãdũ ascito. Qui patruũ suũ seniorẽ Albertũ nõ exuens, nõ bene gratus beneficiorũ extitit, nec plene fidũ principi suo se exhibuit. Qualiter vero Henricus dux Noricorũ, prædictæ sublimationi principis contradixerit, & quẽ finem ipse sortitus fuerit, quomodo etiã princeps tam de ipso, ꝙꝫ de multis alijs triumphauerit, in priori historia dictum sufficiat.

Qualiter soror Gerdrudis reginæ, sociata est Manuel Græcorum imperatori. CAPVT XXIII.

CIrca idem tẽpus, Ioannis Regiæ vrbis imperatoris Apocrysarij, viri clarissimi, Romanorũ principẽ adeunt, tam confœderationis vinculũ ob Rogerij Siculi insolentiã, inter duo imperia Hesperiæ videlicet, & Oriẽtis renouare cupiẽtes, ꝙꝫ in huius rei argumentũ aliquã regalis sanguinis puellã filio suo in vxorẽ dandam postulantes. Princeps cõparis suæ sororẽ potius illo destinauit, in huiusq; rei confirmationẽ venerabilem Herbipolensem epm Embriconẽ virũ prudentẽ, & literatũ, in Græciã misit, Ioanne iam mortuo, sedenteq; in vrbe filio suo prædicto Manuel. Qui omnia sapienter, & sollerter ordinans, nuptias proxima post Epiphaniã hebdomada, in vrbe regia celebrari cũ fastu, & decore regio persuasit. Et ipse nõ paucis ibi diebus ad promotionẽ huius, & aliorũ regni negociorũ manens, dũ remigando ad patriam redire cogitaret, militis Græcorũ xenijs honoratus, & oneratus, apud Aquileiã vita decessit. Super his autẽ negocijs, inter vtrũq; principẽ hmõi directæ inueniunt epistolæ. Quæ ne omnes ponerentur, compendiũ in causa fuit.

¶ Conradus dei gratia Romanorũ imperator Augustus, Ioanni eadẽ gratia Constantinopoli imperatori, Salutẽ, & dilectionẽ fraternã, amicitiã, honorem, & gloriã. Vt parentes nostri videlicet Romanorũ imperatores, antecessores nostri ad antecessores vestros scilicet regnũ & populũ Græcorũ cõstituerũt, consti tuo, & sicut seruauerũt, cõseruabo. Nõ est gẽs, regnũ, aut populus, qui nõ nouerit nostræ Romanæ reip. vestrã nouã Romã & dici, & fore filiã ex huius radice ramos, & fructus eius, ꝓcessisse. propter ꝙd hæreditatẽ, quæ a matre debet filię, constituimus, æternãq; volumus, & eo amplius, ꝙ quæ matri debet, filiã velle cernimus, scilicet vt auctoritas materna pręcinat cõsilio, auxilio, respõdeat aũt gloria, & honore filiastina dilectio. Sũt ergo res vtriusq; cõmunes, vtriusq; amicus idẽ, idẽ inimicus, siue in terra, siue ĩ mari. & cognoscat, ac timeat matris virtutẽ & valentiã, qui nõ honorauerit filiã, siue Normãnus, siue Siculus, siue qs alter quicũq;, vbicũq;. Neq; em̃ obliti sumus, vel ego, vel principes nostri imperij, ꝙscũq; hostiũ nostrorũ incursus, vel inuasiones in imperiũ, & magnificentiã Romanã. Sed cũ diuina clemẽtia subueniet, retribuemus vnicuiq; ipsorũ scd'm multitudinẽ ipsorũ malitiæ. Videbit ergo, & audiet vniuersa regnorũ latitudo ꝙꝫ facili manu prosternent latrones, qui insurrexerunt in vtriusq; imperij nostri

monarchiã, quia cooperante deo, si alas excutiemus, hostẽ modo volitantẽ capiemus, & cordis eius euiscerabimus audientiã, quę modo extollit cõtra vtriusq; imperij nostri honorẽ & gloriã. Cõseruamus igit quæ iusta, & amicabilia sunt ad vos, eadẽ vos ad nos, & tãto studiosius, quãto ꝓ cõiugiũ sororis dilectissimę cõiugis nostræ, imperatricis videlicet nobilissimę, & filij tui cõfœderati sumus ꝓpinquius. Verũ quia de nostris hilarescere successibus, dilectionis & nobilitatis tuę credimus experientiã, quid post discessum prudẽtissimorũ apocrisiariorũ tuorũ in generali, & solẽni curia cũ vniuersis imperij nostri principibus celebrata, cui eos interesse voluimus, deo auxiliãte actũ sit, tibi sicut vnico fratri nostro & amico dilectissimo dignũ duximus intimare. Noueris igit ꝙ omnes qui imperiũ nostrũ offendisse videbant, cooperante deo, potẽter in nostro imperiali iure inclinauimus, eosq; in plenitudinẽ gratię nostræ suscipiẽtes, vniuersas imperij nostri partes abundanti pace ditauimus. Ad hoc Frãcia & Hispania, Anglia Dania, cæteraq; regna imperio nostro adiacẽtia, ꝗtidiana legatiõe sua, cũ debita reuerẽtia & obsequio nos frequẽtant, ad ea quæ imperij nostri mandata sunt se prõpta esse tam obsidibus, ꝙꝫ sacramẽtis affirmantes. Nolumus etiã latere discretionis tuæ prudentiã, ꝙ dñs papa, totaq; Apulia, Italia, & Longobardia, de die in diẽ aduentũ nostrũ desyderãt, & vt nostra eis imperiali subueniamus potentia, cũ omni deuotione expostulãt. Huius rei gratia dilectissimũ, & ꝓcordialem imperij nostri principẽ Embriconẽ, venerabilẽ Herbipolẽsem epm amicũ tuũ, ad exquirendã dñi papæ voluntatẽ, Romã direximus. Cognita vero ipsius circa nos voluntate, cõmunicato principũ nostrorũ cõsilio, eaq; ad vtriusq; imperij nostri honorẽ spectant, ꝓ charissimos & prudẽtes nũcios nostros, Robertũ scilicet principẽ Capuanũ, illustrẽ vtiq; virũ, ac nobilẽ, nobisq; fidelem, necnõ Albertũ dilectũ capellanũ nostrũ, & in fide constantẽ, tuæ significamus nobilitati. Hos igit tanq; nos audias, & quæ tibi dixerint, sicut decet excellentiã tuã, & sicut de te speramus & credimus, ad effectũ ꝓducas, & honestos & idoneos apocrisiarios tuos, vna cũ nũcijs nostris sine dilatione ad nos remittas. Pręterea de Rutenis, qui ad cõemptũ imperij nostri occisis hoĩbus nostris, pecuniã nostrã sibi vsurpauerũt, sicut cõuenit in causa amici, & ꝓpinqui tui, & sicut nobis scripsisti, ita facias. Militibus ꝗq; imperij nostri Alemannis, s. qui apud te sunt, sicut decet excellẽtiã tuã, benignus existas. Nihilominus etiã te rogamus, vt hominibus imperij nostri, Teutonicis videlicet, qui Cõstantinopoli morant, locũ in quẽ ad honorẽ dei ecclesiã ædificẽt, cõcedas, tum respectu diuinæ remunerationis, tum & interuentu, ac petitione nostræ dilectionis. Recordari ꝗq; debet tua discretio, quod nos in literis prioribus per præfatũ capellanũ nostrũ tuæ nobilitati præsentatis, hoc idẽ a te pro dei amore & honore petiuimus. quia si ipse qui dat salutẽ regibus, fuerit in medio nostri, certũ est ꝙ nõ gaudebunt inimici nostri. Datum. xvij. Calen. Ratisponæ, in Christo fœliciter. Amen.

Exemplar literarũ tũc tẽporis hincinde missarũ. CAPVT XXIIII.

IOannes in Christo deo fidelis rex Porphirogenitus, sublimis, fortis Augustus, Cominos & imperator Romanorũ, ad nobilissimũ fratrẽ & amicũ imperij mei. Nobilissime & dilecte amice imperij mei rex, Litera tuæ nobilitatis fraterni affectus signũ, ad nostrã delata mansuetudinẽ ꝓ prudentissimũ apocrisiariũ nobilitatis tuæ, multa nos lætitia reple

uit. Nam bona tuæ nobilitatis voluntas, & cognationis, & amicabilis affectio & dilectio, quã demõstrasti, & p̃ literas, & per verba, & p̃ opera ipsa erga imperiũ nostrũ, nostrã consequenter pietatẽ totã, toto animo ad tuũ amorẽ pertraxit. Quare etiã diuersos fidelissimos, & familiarissimos hoim suos ad tuã nobilitatẽ emisit, re cõmunicare p̃ eos volens nobilitati tuę totis de causis, ꝑpter quas & mãdasti, & scripsisti ei. Vult eñ in deo in oĩbus amice sapere, & cognationabiliter, & fraterne ad tuã voluntatẽ, & oĩa agere secundũ q̃d videt̃ ei, quę ad honorẽ sunt nobilitatis tuæ. Quia vero prudentissimus dux Venetię Petrus Polanus mediator a nobilitate tua in his causis assumptus est, sicut vir bonus & fidelis ambabus partibus, & hoc nobis placere dignũ visum est. De causa Apuliæ, & Longobardiæ, prudentissimis apocrisiariis nostris, quæ a nobis visa sunt, iussimus. Nam & si quidã hos ad susceptionẽ magis nobilissimæ cũ deo futuræ nurus imperij mei, missi sunt, tñ etiã cõmuniter eis notũ imperij mei velle. De causa quæ facta est in Russia, sicut imperio meo scripsisti, sicut cõuenit imperio meo facere in causa amici & ꝑpinqui sui, sic & feci. Sed de caballarijs nobilitatis tuæ, quod scripta tua nominatim cõprehendebãt, & magis de eo qui defecit in viuentibus ex eis, sic fecit imperiũ meũ, vt scripsisti. Vale nobilissime amice imperij mei rex. ¶ Conradus dei gratia Romanorũ impator Augustus, charissimo fratri suo. E. Porphirogenito Comiano, illustri & glorioso regi Greçorũ Salutẽ, & fraternã dilectionem. Nobilitatis tuæ literas, vt a tanto, & tam charo amico nostro serenitati nostræ transmissas, gratãter excepimus. & viso earundẽ tenore, de incolumitate & sublimitate tua admodũ gauisi sumus. Sed auditis a Nykyforo tuæ dilectionis prudẽti apocrisiario, prẽter illa quæ in literis cõtinebantur, quibusdã verbis duris, & vt verũ fateamur, ab omni retro tẽpore inauditis, & nostræ maiestatis vltra q̃ lingua explere valeat, ꝑturbata est mansuetudo, & est admirata vniuersa imperij nostri latitudo. Vnde vel a quo hoc tã amarũ verbũ, p̃ cesserit, miramur. præsertim cũ inter cætera huius mundi regna, Greçorũ regnũ omni sapientia, & discretione hactenus floruerit. Si eñ idẽ nuncius tuus Nykyforus vnicũ filiũ nostrũ Henricũ in p̃sentia nostra morti dedisset, ad maiorẽ iram maiestatis nostræ animũ, ꝓuocare non poterat. Cũq; iã p̃ triduũ in hoc aceruo laborasset, & rigorẽ nostri animi nullo ingenio, nullaq; sapiẽtia ad suã voluntatẽ inflectere potuisset, vix tandẽ quarto die alijs verbis dulcioribus excellentiã nostrã exhilarauit, nostræq; furore indignatiõis mitigato, nobilitatis tuæ volũtatẽ nobis aperuit. Et qm̃ ita nũc est, & esse debet, q̃ tu amicorũ amicissime, vxorẽ accipies dilectissimã filiã nostrã, sororẽ videlicet nobilissimæ cõtectalis nostræ, volumus vt insit æternũ fœdus perennis amicitię, quã videlicet amicitiã p̃sentiæ apocrisiario tuo ore, & manuscripto firmari iussimus, ita videlicet vt & amici amicorũ tuorũ, & inimici simus inimicorũ tuorũ. Proinde certa sit prudẽtia tua, q̃ si tuæ nobilitati vndecũq; aliqua molestia vel iniuria fuerit illata, nõ hãc tibi tantũ, sed etiã nobis factã iure dilectionis reputamus. qm̃ virtutis tuæ nobilitas, & maxime generosi sanguinis, quo in pignus ꝑpetuæ dilectionis cõfœderati sumus, ꝑpinquitas nos inuitat, vt te tanq̃ filiũ charissimũ, totius vlnis charitatis amplectamur, & cuncta quæ tibi placita sunt, libẽti aĩo faciamus. In qua re iustũ arbitramur, vt eãdẽ amicitiã nobis, & imperio nostro firmari facias, vt cõpletis oĩbus honorifice, vtriq; imperio debitus honor exinde deferat̃, & pax, & nomen Christi p̃ vniuersum mundũ inde magnificet̃. Por-

ro de quingẽtis militibus, quos nobilitas tua petijt, hoc tibi respõdemus, q̃ nõ solũ quingẽtos, sed etiã duo, vel tria milia, si necesse habueris, tibi mittemus. & quod maius est, anteq̃ detrimentũ aliquod honoris tui pati videremus, elaborata totius imperij nostri fortitudine, in ꝓpria ꝑsona tibi sicut p̃cordiali filio, & fratri charissimo, deficere & deesse nõ possemus. Præterea scripsit nobis tua nobilitas, q̃ magnos, & charos nũcios synceritati tuæ mitteremus. in quo volũtati tuæ acquieuimus. qm̃ quos chariores habuimus, excellentiæ tuæ transmisim⁹, scilicet charissimũ p̃cordialẽ nostrũ Embriconẽ, venerabilẽ Vuirtzburgẽ. ep̃m illustrẽ, & magnũ imperij principẽ, qui est cor nostrũ, & ania nostra, necnõ dilectissimũ nostrũ Robertũ illustrẽ, & nobilẽ principẽ Capuanũ. Misimus etiã q̃si vtraq; manus nostras Germanos duos fratres. s. fratrẽ Bernonẽ virũ sapientẽ, & religiosum, & fratrẽ ipsius Riuuinũ, qui nobis valde charus est & familiaris & nobilis, & honorandũ principẽ imperij nostri Rogeriũ illustrem comitẽ de Adriano, cuius fidẽ & constantiã sæpius experti sumus, & Gualterũ fidelẽ nostrũ. Istis itaq; ea quæ in literis nõ cõtinent̃, industrię tuę referenda cõmisimus. quorũ verbis fidẽ adhibeas, & quæ tibi dixerint, tanq̃ a nobis dicta credas. De Ruthenis vero, ꝑ quibus patri tuo diuæ recordatiõis Ioanni imperatori, p̃ fidelissimũ capellanũ nostrũ Adalbertũ, & p̃ comitẽ Alexandrũ de Grauina scripsimus. & de loco in quo nostris Teutonicis ad honorẽ dei ecclesiã ædificari volumus, & de nobilibus baronibus Apuliæ Alexandro videlicet Clarimõtis Philippi de Surre, & Hẽrico comite, & Senne pustel⁹. Ille noster p̃cordialis Vuirtzburgensis ep̃s, & cæteri familiares nostri voluntatẽ nostrã tibi referent, quibus tanq̃ nobis credas. Super his omnibus fidelem apocrisiariũ tuũ Nykyforum, licet in principio legationis suæ nos cõturbauerit, tibi attentius cõmendamus. & quia constanter perdurauit, vt eum remuneres, rogamus. Vale.

De Friderico iuniore, & de his quæ gessit apud Vuolfratesḣusen. CAPVT XXV.

Creuerat Fridericus, Friderici strenuissimi ducis filius, militiæq; cingulũ iam sumpserat, nobilis patris futurus hæres nobilior. Igit̃ bonę indolis virtutẽ nõ dissimulans educatus, vt assolet, ludis militarib⁹ ad seria tandẽ tyrocinandi accingit̃ negocia, adhuc patre viuẽte, terramq; suã plenarie tenẽte. Nã & comitẽ quendã nobilẽ Henricũ de Vuolfradesḣusen hostẽ denũcians, Baioariã cũ magna militũ copia ingredit̃. Norici & maxime comites, & nobiles, velut tyrociniũ celebraturi, quod modo nundinas vocare solemus, in p̃dicti comitis castro se recipiũt. Itaq; strenuissimus supueniẽs adolescẽs, Noricos ante murũ stantes, ipsumq; armatos expectãtes, nõ vt iocando, sed vt rem seriã agẽdo viriliter aggressus est, diuq; & fortiter vtrisq; pugnantibus, tandẽ vt hostes castro se reciperẽt, coegit. Versis in fugã Noricis, ac exangustia portarũ artatis, comes quidã Conradus de Dachouue tũc nobilis comes postea dux factus Croaciæ & Dalmatiæ, qui incautus extra remãserat, ab hostibus capit̃. Sicq; adolescẽs p̃fatũ ducens comitẽ, ad ꝓpria cũ victoria reuertitur. Cũq; a multis sibi suaderet̃, vt pecuniã magnã ab eo extorqueret, ipse ex innata sibi nobilitate, prauoq; declinauit cõsilia. Nam sicut fortiter captũ, sic eum liberaliter dimissum ad propria redire sine pecuniæ exactione permisit.

Quomõ etiã Bertolfum ducẽ superauit. CAPVT XXVI.

ROst hæc Cõrado duci, supradicti Bertolfi ducis filio, bellũ indicit, captoq; supra memorato Alemãniæ opido Turego, pſidia ibidẽ posuit. Dehinc iũctis sibi etiã quibusdã de Baioaria nobilibus pfati ducis terrã cũ magna manu militũ itroiuit, atq; ad vltima pene Alemãniæ ꝓcedẽs, ad Zaringẽ vsq; eiusdẽ ducis castrũ puenit, nullo sibi obuiãte, vel resistere valente. Nõ multo post etiã arcẽ ipsius quandã, quæ cunctis adhuc cernentibus inexpugnabilis esse videt, cepit, & expugnauit. ac cõtra multoꝝ opinionẽ, fortissimũ & ditissimũ ducẽ tam acriter debellauit, vt ad patrẽ, patruũq; suũ supplicẽ eum venire, ac pacem petere cogeret. Hæc & alia tam ardua in ipsa puerili ætate gessit negocia, vt nõ immerito cum multoꝝ stupore, de ipso dici
Lucæ.1. posset illud euangelij. Quis putas puer iste erit?

Quomõ instinctu Arnoldi, Romani aduersus suũ pontificẽ cõcitant, & senatoriã dignitatẽ instaurare moliunt. CAPVT XXVII.

HIs diebꝰ Arnaldus qdã religiõis habitũ habẽs, sed eũ miníme, vt ex doctrina eius patuit, seruãs, ex ecclesiastici honoris inuidia vrbem Romã ingreditur. ac senatoriã dignitatẽ, equestrẽq; ordinẽ renouare ad instar antiquoꝝ volens, totam pene vrbẽ, ac pręcipue populũ aduersus pontificẽ suũ cõcitauit. Vnde & ad eorundẽ temeritatis, vel potius fatuitatis corroborationẽ, ab eis ad principẽ destinatũ, tale scriptũ inuenitur.

Epistola Romanoꝝ ad Regem. CAP. XXVIII.

EXcellentissimo atq; ꝑclaro vrbis, & orbis totius dño, Conrado dei gratia Romanoꝝ regi semp Augusto, Senatus Populusq; Romanꝰ Salutẽ, & Romani imperij fœlicẽ & inclytã gubernationẽ. Regali excellentiæ ꝓ plurima iã scripta nostra facta, & negocia diligẽter exposuimꝰ, quõ in vestra fidelitate ꝑmaneamꝰ, ac ꝓ vestra imperiali corona exaltanda, & omni modo augẽda q̃tidie decertamus. Ad quæ qa regalis industria, vt postulauimꝰ, rescribere dignata nõ fuit, plane tanq; filij & fideles de dño & patre satis miramur. Nos em̃ quicqd agimus, ꝓ vestra fidelitate & honore facimus. Et qdẽ regnũ & imperiũ Romanoꝝ, vestro a deo regimini cõcessum, exaltare, atq; amplificare cupiẽtes, in eũ statũ, quo fuit tpe Cõstantini & Iustiniani, qui totũ orbẽ vigore senatus, & populi Romani suis tenuere manibꝰ, reducere. senatu ꝓ his oĩbus dei gr̃a restituto, & eis qui vestro imperio semp rebelles erãt quiq; tantũ honorẽ Ro. imperio subripuerãt, magna ex parte cõculcatis, q̃tinus ea q̃ Cæsari, & imperio deberent, ꝓ oĩa, & in oĩbus obtineatis, vehemẽter atq; vnanimiter satagimus, atq; studemus. Et ob huius rei effectũ, bonũ principiũ, ac fundamentũ fecimus. Nã pacẽ & iusticiã oĩbus eã volentibus obseruamus, fortitudines. i. turres & domos potentũ vrbis, qui vestro imperio vna cũ Siculo & papa resistere parabãt, cepimus. & quasdã in vestra fidelitate tenemus, q̃sdã vero subuertẽtes solo coꝗuauimus. Sed ꝓ his oĩbus q̃ vestrę dilectiõis fidelitate facimus papa Frãnpanes, & filij Petri Leonis, hoĩes & amici Siculi, excepto Iordano nostro, fidelitate ĩ vestra vexillifero & adiutore, Tolomeus q̃q;, & alij plures vndiq; nos impugnãt, ne libere vt decet, imperialẽ regio capiti valeamꝰ imponere coronã. At nos, qm̃ amanti nullus labor grauis est, licet inde plurima damna sustineamus, ꝓ vestro amore & honore gratanter patimur. Scimus nãq; nos a vobis, pinde pmiũ sicut a patre accepturos, vosq; ĩ eos sicut in imperij hostes vindictã daturos. Cũ tãta igit̃ nr̃a in vobis fidelitas sit, tãtaq; ꝓ vobis sustineamus, precamur ne spes ista nobis deficiat, ne regia dignitas nos vestros fide

les & filios despiciat. Neq; si in regalibus auribus aura siníſtra de senatu, & nobis flauerit, in eã intendat, aut respiciat. quia q de nobis vestræ altitudini mala suggerũt, de vestra & nr̃a q̃d absit, dissensione lætari volunt, & vtroſq;, vt soliti sunt, callide opprimere moliunt. Sed circa hęc ne fiãt, regalis prudẽtia, vt decet solicita sit, & ꝓuida, reminiscaq; vestra solertia, q̃t & q̃nta mala papalis curia, & dicti q̃ndã ciues nr̃i imꝑatoribus, q fuerũt ante vos, fecerint, & nũc deteriora vobis cũ Siculo facere tẽtauerũt, sed nos Chr̃i gr̃a ĩ vestra fidelitate viriliter eis resistimus, ac plures ex illis ab vrbe, sicut pessimos hostes imperij, vt sunt, pepulimus. Appropinquet itaq; nobis impialis celeriter vigor, qm̃ quicqd vultis in vrbe obtinere poteritis. & vt breuiter, ac succincte loq̃mur, potẽter in vrbe, q̃ caput mũdi est, vt optamus, habitare. toti Italiæ ac regno Teutonico, oĩ clericorũ remoto obstaculo, liberius & melius q̃ oẽs fere antecessores vestri, dñari valebitis. Sine mora ergo ꝑcamur, vt veniatis, & interim de statu vr̃o, quẽ semp desyderamus salubrẽ, & ꝓsperũ, de his regalibꝰ lr̃is ac nũciis nos lętificare dignemini. sumus em̃ ꝓ oĩa vr̃ę volũtati semp obtẽperare parati. Sciatis ꝑterea qa pontẽ Miluiũ extra vrbẽ parũ lõge ꝓ tpa multa, ꝓ imꝑatoꝝ cõtrario destructũ, nos vt exercitus vester ꝓ eũ trãsire queat, ne Petri Leonis ꝓ castellũ sancti angeli vobis nocere possint, vt statuerãt cũ papa & Siculo, magno conamĩe restauramus, & ĩ parui tpis spatio muro fortissimo, & silicibꝰ iuuãte deo cõplebit̃. Cõcordiã aũt inter Siculũ & papã hmõi esse accepimus. Papa cõcessit Siculo virgã & anulũ Dalmaticã & mitrã, atq; sandalia, & ne vllũ mittat in terrã suã legatũ, nisi quẽ Siculus petierit, & Siculus dedit ei multã pecuniã ꝓ detrimẽto vr̃o, & Romani imperij, q̃d dei gr̃a vestrũ existit. Hæc oĩa solicite vr̃a aĩaduertat optime rex prudentia. Rex valeat, quicqd cupit obtineat, supꝑ hostes imperiũ teneat, Romæ sedeat, regat orbẽ. Princeps terraꝝ, ceu fecit Iustinianus, Cęsaris accipiat Cæsar, q̃ sunt sua pꝑsul, vt Chr̃s iussit Petro soluẽte tributũ. Nos de cętero legatos nr̃os ꝑcamur, vt benigne recipiatis, & q̃d vobis dixerit credatis, qa scribere cũcta ne quiuimus. sunt em̃ nobiles viri, Guido senator, Iacobus filius Sixti ꝓcuratoris & Nicolaus eoꝝ socius. At chr̃ianissimꝰ prĩceps hmõi v̄bis, siue nenijs ꝑbere aures abnuit, qnĩmo veniẽtes ad se ex ꝑte Ro. eccl̃iæ viros magnos & claros, q̃ꝝ vnus Guido Pisanus eiusdẽ curiæ cardinalis & cãcellarius erat. renouationẽq; anti q̃ꝝ priuilegioꝝ suoꝝ postulantes, honorifice suscepit, & honeste dimisit.

De diuersis pl̃ijs ꝓ expeditionẽ Hierosoly mitanã sopitis. CAP. XXIX.

EA tẽpestate, vbiq; terrarũ belloꝝ turbine orbẽ replẽte, fermeq; totũ imperiũ seditionũ motibus inuoluẽte. Nã & in Alemãnia inter ꝑdictũ adolescentẽ Fridericũ, & ꝓnoĩatũ ducẽ Cõradũ hoc dissensionis malũ agitabat̃. In Baioaria inter Henricũ Leopaldi marchiõis filiũ eiusdẽ terrę ducẽ, & itẽ Hẽricũ Ratisponẽsem epm̃ grauissimũ bellũ excitatũ, in dies augmẽtabat̃. In Belgica Gallia viris magnis & egregijs Alberone Treuerorũ archiepo, & Henrico Namucẽse comite debellãtibus, oĩaq; ꝑda & incẽdiõ cõmiscẽtibus, maximũ reip. dispẽdiũ expectabat̃. Polonia q̃ttuor fratribꝰ, tribꝰ cũ q̃rto ꝓ ducatu cõtẽdentibus, maximã effusionẽ sanguinis minabat̃. Cæteris q̃q; imperij, puincijs huius mali nõ extorribus, repẽte per dexterã excelsi, tanta facta est mutatio, vt sopitis oĩbus his belloꝝ tẽpestatibus, in breui totã terram quiescere, & inuariabiles ex Gallia & Germania cõtra inimicos crucis, crucibꝰ acceptis, militiã profiteri cerneres. Sed antecq; huius tam inauditæ mutationis historiã attingamus, pauca de priori turbulentia præmittenda sunt.

Qualiter castrũ regis Vngarię Bosan, quod & Bresburgk captũ, & requisitum sit, & de Boritio. CAPVT XXX.

IGit̃ eo tpe quo p̃dictus Henricus Noricoꝝ dux cũ p̃noĩato Henrico Ratisponensiũ epo, ciuibusq; suis, ac Styrensi Marchione Odoacro grauissimã guerrã agitabat, quidã milites de oriẽtali marchia egressi, Pãoniã latẽter ingrediunt̃, ac noctu castrũ Bosan, q̃d & Bresburg quod olim impator Henricus obsidiõe cinxerat, ex improuiso aggressi, capiũt. quibusdã cõprehensis, nõnullis occisis, alijs per fugã elapsis. Quod audiẽs rex Vngariæ Gerza Belî regis filius, p̃missis quibusdã comitibus suis, qui q̃re, vel qualiter hoc factũ fuerat, inquireret, ipse eosdẽ subsecutus, ad liberationẽ castri cũ magna Vngaroꝝ ꝓperat multitudine. Comites qui p̃cesserãt, ab opidanis, cuius rei causa tã grauẽ regi intulerint iniuriã, sollerter ꝓcunctant̃. Qui rñderũt se nec ꝓ Romanoꝝ principe, nec ꝓ duce suo hoc fecisse, sed ꝓ dño suo Boritio. Erat aũt Boritius Colomãni q̃ndã regis Vngariæ filius, p̃dictũ regnũ Vngarię vt in prioribus chronicis dictũ est, iure hæreditario repetẽs. ac ob hoc adipiscendũ, vtroscꝫ principes Romanoꝝ, s. ac Græcoꝝ frequẽter sollicitãs, multosq; ex militibus nostris ad fauorẽ suũ pecunia inducẽs. Igit̃ rex Vngariæ supueniens, castraq; ponẽs, opidũ cinxit, diuersis instrumẽtis, tormẽtorũq; generibus adhibitis, ac sagittarijs oppido circũfusis, Teutonici, eo q; dux in superioribus Baioariæ partibus moraret̃, princeps vero in remotis regni maneret locis, cũ nullũ liberationis suæ solatiũ haberẽt, de faciẽda cũ Vngaris pace ꝓtractare incipiunt. Ita ne multis morer, mutuo colloquentes accepto a rege sub iureiurãdo ꝓmisso trium miliũ librarũ in pondere, castrum sibi reddunt, ipsiq; ad propria redeunt. Rex autẽ Vngaroꝝ damnũ sibi a Teutonicis illatũ grauiter ferens, ducem Noricũ habens suspectũ, hostẽ denunciat, exercitũq; maximũ per totã regni sui latitudinẽ colligit. Sed anteq; de egressione huius gentis dicamus, breuiter quædam de ipsius terræ situ, nationisq; ritu prælibanda videntur.

De situ Vngariæ, & more gentis. CAPVT XXXI.

MAec em̃ ꝓuincia, eo q; circũquaq; syluis & montibus, & p̃cipue Appennino claudit̃, ex antiquo Pannonia dicta, intus planitiæ campi latissima, decursu fluminũ & amniũ cõspicua. Nemoribus diuersarum ferarũ generibus plenis conserta, tam innata amœnitate faciei læta, q; agroꝝ fertilitate locuples esse cognoscit̃, vt tanq; paradisus dei, vel Aegyptus spectabilis esse videat̃. Habet em̃ pulcherrimũ, vt dixi, naturaliter spectaculũ, sed ex barbarice gẽtis mœniũ vel ædiũ rarum ornatũ, terminosq; non tam montiũ vel syluarũ, q; cursu maximoꝝ fluminũ septos. Attingit̃ ab oriente vbi Souua famosus fluuius Danubio recipitur, Bulgaria ab occidẽte, Morauia & orientali Teutonicoꝝ Marchia, ad Astrum Croatia, Dalmatia, Histria, vel Carinthia, ad septentrionẽ Boemia, Polonia, Ruttenia. Inter Austrum, & Orientem Roma, inter Aquilonem, & item Orientem Pecenarorum & Falonum, maximã venationũ copiam habente, sed vomere, ac rastro pene experte Campania. Crebras vero Barbarorum irruptiones passa. Haud mirum, si moribus, aut lingua agrestis manet, & insulsa. Nam primo, quod alibi latius a nobis dictum est, Hunorum, qui iuxta Iordanum ex incubis & meretricibus orti fuerant, direptioni patuit, postmodum Auarorum crudis, & immundis carnibus vescentium conculcationi, ad vltimum Vngarorũ a Scythia egressorum, qui & adhuc eam incolunt, relicta est possessioni. Sunt autem prædicti Vngari fa-

Huni vnde

cie tetri, ꝓfundis oculis, statura humiles, moribus & lingua barbari & feroces, vt iure fortuna culpanda, vel potius diuina patiẽtia sit admiranda, quæ ne dicã hominibus, sed talibus hoĩm mõstris tam delectabilẽ exposuit terrã. In hoc tñ Greꝯ imitant̃ solertiã, q; nullã rem magnã sine crebra, & longa cõsultatione aggrediunt̃. Deniq; cũ vilissima in vicis, vel oppidis ibi, i. ex cannis tantũ, rara ex lignis, rarissima ex lapidibus habeant̃ habitacula, toto æstatis vel autumni tẽpore papiliones inhabitãt. Ad curiã regis sui singulis ex primorib⁹ sellã secũ portantibus cõueniũt, ac de suæ reip. statu ꝓtractare, & discutere nõ negligunt. Hiemis algore in domicilijs qui habẽt, id ipm facientes. At oẽs sic principi suo obsequunt̃, vt vnusquisq; ne dicã manifestis illũ cõtradictionibus exasperare, sed & occultis susurrijs lacerare nefas arbitret̃. Hic est, vt cũ p̃dictũ regnũ p. lxx. vel amplio⁹ diuisũ sit comitat⁹, de oĩ iustitia ad fiscũ regiũ duę lucri partes cedãt Tertia tantũ comiti remaneat, nullusq; in tam spatioso ambitu, rege excepto, monetã vel theloneũ habere audeat. Quod si aliquis ex comitũ ordine regẽ vel in modico offenderit, vel etiã de hoc qñq; nõ iuste infamatus fuerit, quilibet infimæ cõditionis lixa, a curia missus, eũ licet satellitibus suis stipatũ, solus cõprehendit, in vinculis ponit, ad diuersa tormentoꝝ genera trahit. Nulla sentẽtia a principe, sicut apud nos moris est, ꝓ pares suos exposcit̃. Nulla accusato excusandi licentia datur, sed sola principis volũtas apud oẽs ꝓ ratione habet̃. Si qñ vero exercitũ rex ducere voluerit, cuncti sine cõtradictiõe quasi in vnũ corpus adunant̃. Coloni quidẽ, qui in vicis morant̃, nouẽ decimũ, vel etiã septẽ octauũ vel infra, si necesse fuerit, cũ supellectili ad bellũ necessaria instruũt, cæteris pro cultura terræ domi relictis. Qui vero de militũ ordine sunt, nulla occasione nisi grauissima domi remanere audebunt. At in ipsa regis acie hospites, quoꝝ ibi magna copia est, & qui apud eos principes dicunt̃, latus principis ad muniẽdũ ambiunt. Omnes pene tetri, tetris in armis ꝓcedũt, nisi q; iam ab hospitibus, q̃s nũc solidarios dicimus, educati, vel ab eisdẽ etiã geniti, quandã nõ innatã, sed q̃si extrinsec⁹ affixã virtutẽ trahẽtes, prĩcipes tñ & hospites nr̃os i pugnãdi peritia, armorũq; splendore imitant̃. Sed de p̃dictę gẽtis ritu hæc dicta sufficiant.

De pugna habita inter regẽ Vngariæ, & ducẽ Henricũ. CA. XXXII.

HGitur rex ad portã Mesiã, lxx. pugnatoꝝ milia, vel amplius habẽs, erupit. in campoq; inter portã præfatã, & fluuiũ Lithahe, qui Teutonica lingua Viruelt, q̃d nos vacantẽ campũ dicere possumus, castra posuit. Dux etiã cũ suis nõ longe ex altera parte eiusdẽ fluuij, qui imperij Romani, & regni illius ex vno Danubij latere, nã ex altero Maraha fluuio⁹ limes est, suos cõuocans, itidẽ castrametat̃, missis exploratoribus, qui statũ hostiũ diligẽter inquirẽdo ediscerent. Altera die rex in p̃dicto campo ad quandã lignea eccleſiã accedit, ibiq; ab epis, nã eousq; in puerilibus annis positus, nõdũ militẽ induerat, accepta sacerdotali benedictione ad hoc instituta, armis accingitur. Post hæc acies ordinat, militem instaurat, positis in capite duabus alis, in quibus sagittarij, quatenus vim hostiũ eminus repellerẽt. Erãt & e regione vna magna acie, cui auũculus suus Bela dux p̃erat, in ꝓpria legione (vt aiũt) plusq; xij. milia equitũ retinẽs. Dehinc fluuiũ Litahe ex iprouiso exploratorib⁹ ducis nõ bene ꝓpter quod missi erant, obseruãtibus, transuadando permeat. appositoq; mox in vicinis igne, dux itidẽ acies instituerat, & iam quid facto opus esset cõ-

ſultabat,fruſtra exploratores, q̃ aut dolo,aut pigritia tardabãt, expectãs. Cũq; alij pugnandũ,nõnulli ex alio latere amnis Viſcahe,ſup quẽ reſidebat, a termino ad duo tm̃ Teutonica miliaria diſtantẽ expectandũ,atq; robur hoſtiũ meli⁹ explorandũ cõſuluere,ſubito fumus apparẽs,ignis,& hoſtiũ certũ ſignũ dedit. quibuſdã ex noſtris putantibus,ac dicentibus ab hoſtibus in fugã verſis ꝓpria caſtra ignibus data eſſe.Itaq; dux,eſt em̃ manu fortis,mẽte audax,ſed morę impatiẽs,ſubito arma corripit,& ſecus q̃ diſciplina militaris,& ordo expoſcit,nõ pedetentim incedens,ſed p̃cipitanter aduolans, in hoſtẽ ruit,ſuis gregatim aduentantibus,& dirupto legionũ ordine cõfuſe venientibus.Deniq; ex prępetis curſus nimia velocitate,ſagittariorũ impetũ qui in duabus p̃cedentibus aliis poſiti erant,præuenit,ac illas cũ duobus comitibus,qui eiſdẽ preerant,ferme funditus deleuit.Poſt hæc illas duas magnas acies,regis.ſ. & auũculi ſui ducis impegit,ex regis legione nullo egrediẽte, ſed tanq̃ in modũ ſyluæ fixa imobiliter manẽte. Iamiam Vngari de fuga cogitabant,dorſaq; vertere volebant. & ecce Teutonici,qui in poſterioribus alis ducẽ ſuũ ſequebanť,fugã ineũt,duce ignorante,vel ea quæ fiebant,ex pulueris multitudine,quæ illis in partibus ſiccitatis tpe maximus eſſe ſolet,cõſpicere nõ valẽte.Barbari tunc primo vires ſumũt, ducíq; tanq̃ a ſuis deſtituto circũfunduntť.Dux tunc demũ terga hoſti dare cõpellitur, ac tam pugnacis dextræ, q̃ pulueris aerẽ obducẽtis beneficio belli periculis exẽptus,in vicinũ opidũ Hyenis, quod olim a Romanis inhabitatũ Fauianis dicebať, declinauit. Vngari vſq; ad p̃dictũ fluuiũ tantũ Viſcahe hoſtes perſequẽtes ad ꝓpria redeunt. Cecidit in hoc prælio virorũ nobiliũ & illuſtriũ pars magna,vulgi vero multitudo innumerabilis, maior tm̃,vt dicitť,ex Vngaris.Cuius rei,& tam dedecoris facinoris vltio nondum facta, deo opitulante,a victrice præſentis imperatoris dextra futura expectatur.

Quõ Rogerius triremes in Greciã deſtinat,captis atq; expugnatis quibuſdã ciuitatibus ac arcibus,captiuos abducens. CAP. XXXIII.

Circa idẽ tẽpus Rogerius Siculus, aptatis in Apulia,Calabria, Sicilia triremibus & biremib⁹,quas modo galeas ſeu ſagittas vulgo dicere ſolent,aliſq; nauibus bellicis onerarijs,claſſem in Greciã deſtinat,præfectis eis ducibus ſtrenuis,& in nauali prælio gnaris.Armatis itaq; nauibus, Græciæ fines ingrediunť, ac Mutino ſine impedimẽto,grauiq; negocio capto ad Gurſol vſq; fortiſſimũ Grecię caſtrũ ꝓcedũt.Quod dũ nulla capere vi prævalerẽt,ad dolos,& ingenia ſe vertũt.Igiť p̃miſſis quibuſdã,vt dicitť,qui ſe quẽpiã mortuũ humandi gratia deferre ſimularẽt. Eſt em̃ in p̃dicta arce caſtri,ſicut Græcis mos eſt,cõgregatio clericorũ ſeu monachorũ.Idẽ caſtrũ irruũt,arcẽ occupant,Græcis eiectis,p̃ſidijſq; ſuis ibidẽ locatis.Inde ad interiora Greciæ ꝓgreſſi,Corinthũ,Thebas,Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant,ac maxima ibidẽ p̃da direpta, opifices etiã qui ſericos pannos texere ſolent,ob ignominiã imperatoris illius, ſuiq; principis gloriã,captiuos deducũt. Quos Rogerius in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi ſuos edocere præcepit. & exhinc prædicta ars illa prius a Græcis tantum inter chriſtianos habita,Romanis patere cœpit ingenijs. Sed vt ad id,vnde pauliſp digreſſi fuimus,ſtilus redeat,de pacis ſerenitate,quæ poſt hanc orbis cõflictationẽ,cõtra multorũ opinionẽ ſubito reluxit, breuiter aliqua dicenda eſſent.

Quõ auctoritate ſedis apl'icę trãſmarina expeditio p̃ſuaſa eſt. CA.XXXIIII.

Eugenio in vrbe Roma ſedente,Conrado in eadẽ, Lodouico in occidentali Francia regnantibus,imperante in vrbe regia Manuel,Hierosolymis Falcone,Lodouicus dũ occulte Hieruſalẽ eundi deſyderiũ haberet,eo q̃ frater ſuus Philippus eodem voto aſtrictus, morte præuentus fuerat,diutius ꝓtelare nolens ꝓpoſitũ,quibuſdã ex principibus ſuis vocatis,quid in mente volueret, aperuit. Erat illo in tpe in Gallia cœnobij Clareuallenſis abbas quidã Bernardus dictus,vita & moribus venerabilis,religionis ordine cõſpicuus,ſapientia,literarũq; ſcientia præditus, ſignis & miraculis clarus. Hũc principes vocandũ,ab eoq; quid de hac re fieri oporteret,tanq̃ a diuino oraculo cõſulendũ decernũt. Vocať præfatus abbas,cõſiliũq; ipſius ſuper prædicti expoſcit principis voluntate. Ille de tam grandi negocio,ex ꝓprię auctoritatis arbitrio reſponſum dare friuolũ iudicans, vt ad Romani põtificis auctoritatẽ,& examen deferať,optimũ eſſe reſpondit. Itaq; miſſa ad Eugeniũ legatione,totũ illi negociũ aperit. Qui anteceſſorũ ſuorũ exẽpla reuoluens,q̃ videlicet Vrbanus hmõi occaſione tranſmarinã eccleſiã, duasq; patriarchales ſedes, id eſt Antiochiã & Hieroſolymã,ab obedientia Romanæ ſedis ſciſſas, in pacis vnitatẽ receperit, votis prædicti regis pro dilatando chriſtianæ religionis ritu annuit,auctoritate p̃dicandi,animoſq; cunctorũ ad hoc cõmouendi,prenoiato abbati,qui apud oẽs Galliæ ac Germaniæ populos, vt ꝓpheta, vel apl's habebatur,cõceſſa. Vnde eius ſcriptũ tale ad regẽ, principesq; ſuos directũ inueniť. S. Bernardus.

Epiſtola Eugenij papæ ſuper prædicta re. CAPVT XXXV.

Eugenius epũs ſeruus ſeruorũ dei, chariſſimo filio Ludouico illuſtri & glorioſo Francorũ regi,& dilectis filijs principibus, & vniuerſis dei fidelibus p Galliã cõſtitutis, ſalutẽ & apoſtolicã benedictionẽ. Quantũ deceſſores noſtri Romani põtifices ꝓ liberatione oriẽtalis eccleſiæ laborauerũt,antiquorũ relatione didicimus, & in geſtis eorũ ſcriptũ reperimus. Prædeceſſor etem̃ noſter fœlicis memoriæ papa Vrbanus, tanq̃ tuba intonuit. & ad ipſius deliberationẽ ſanctæ Romanæ eccleſiæ filios de diuerſis mundi partibus ſolicitare curauit. Ad ipſius ſiquidẽ vocẽ vltramontani,& p̃cipue Frãcorũ regni fortiſſimi,& ſtrenui bellatores,& illi etiã de Italia, charitatis ardore ſuccenſi cõuenerũt.& maximo cõgregato exercitu,nõ ſine magna ꝓprij ſanguinis effuſione, diuino eos auxilio comitante,ciuitatẽ illã, in qua ſaluator noſter ꝓ nobis pati voluit,& glorioſum ipſi⁹ ſepulchrũ paſſionis ſuæ nobis memoriale dimiſit,& quã plures alias,quas ꝓlixitatẽ vitantes memorare ſupſedimus,a paganorũ ſpurcitia liberarent. Quę p gratiã dei,& patrũ veſtrorũ ſtudiũ qui per interualla tẽporũ eas defendere,& chriſtianũ nomen in partibus illis dilatare pro viribus ſtuduerũt, vſq; ad noſtra tẽpora a chriſtianis detentę ſunt,& aliæ vrbes infideliũ ab ipſis viriliter expugnatæ. Nũc autẽ noſtris,& ipſius populi peccatis exigentibus,quod ſine magno dolore, & gemitu proferre nõ poſſumus, Edeſſa ciuitas,quæ noſtra lingua Rohais dicitť,quæ etiã vt fertur, cũ q̃n dã in oriente tota terra a Paganis detinereť, ipſa ſola ſub chriſtianorũ poteſtate dño ſeruiebat, ab inimicis crucis Chriſti capta eſt, & multa chriſtianorũ caſtella ab ipſis occupata, ipſius quoq; ciuitatis archiepiſcopus cum clericis ſuis, & multi alij chriſtiani ibidem interfecti ſunt,& ſanctorum reliquiæ in infidelium

cõculcationẽ datę ſunt, & diſperſæ. In q̃ quantũ eccleſiæ dei, & toti chriſtianitati periculũ imineat, & nos cognoſcimus, & prudentiã veſtrã latere nõ credimꝰ. Maximũ namq; nobilitatis, & probitatis indiciũ fore cognoſcit, ſi ea quę patrũ ſtrenuitas acquiſiuit, a vobis filijs ſtrenue defendant. Verũtamẽ ſi, quod abſit, ſecus cõtigerit, patrũ fortitudo in filijs imminuta probat. Vniuerſitatẽ itaq; veſtram in dño cõmonemus, rogamus, atq; præcipimus, & in peccatoꝝ remiſſionẽ iniungimus, vt qui dei ſunt, & maxime potẽtiores, & nobiles viriliter accingantur, & infidelitũ multitudini, quæ ſe tẽpus victorię ſup nos adeptũ lætat, ſic occurrere, & eccleſiã orientalẽ tanta patrũ veſtroꝝ, vt prædiximus, ſanguinis effuſione, ab eoꝝ tyrannide liberatã, ita defendere, & multa captiuoꝝ milia cõ fratrũ noſtroꝝ, de ipſorũ manibus eripere ſtudeatis, vt Chriſtiani nominis dignitas veſtro tẽpore augeatur, & veſtra fortitudo, quę p vniuerſum mundũ laudatur, integra, & illibata ſeruet. Sit vobis etiã in exemplũ bonus ille Matathias
1. Mach. 2. qui p paternis legibus cõſeruandis, ſeipſum cũ filijs & parẽtibus ſuis morti exponere, & quicquid in mũdo poſſidebat, relinquere nullatenus dubitauit, atq; tandẽ diuino cooperante auxilio, per multos tũ labores tam ipſe, q̃ ſua progenies de inimicis viriliter triumphauit. Nos autẽ veſtroꝝ quieti, & eiuſdẽ eccleſię deſtitutioni paterna ſollicitudine puidentes, illis qui tam ſanctũ, tamq; pneceſſariũ opus, & laborẽ deuotionis intuitu ſuſcipere, & pficere decreuerint, illã peccatoꝝ remiſſionẽ, quã præfatus prędeceſſor noſter papa Vrbanus inſtituit, auctoritate nobis a deo cõceſſa cõcedimus, & cõfirmamus, atq; vxores & filios eorũ, bona quoq; & poſſeſſiones ſub ſanctæ eccleſiæ noſtra etiã & archiepoꝝ, epiſcopoꝝ, & aliorũ prælatoꝝ eccleſiæ dei ꝓtectione manere decernimus. Auctoritate etiã apoſtolica phibemus, vt de oĩbus quæ cũ crucẽ acceperint, quiete poſſederĩt, nulla deinceps queſtio moueat, donec de ipſoꝝ reditu vel obitu certiſſime cognoſcat. Præterea qm̃ illi qui dño militant, nequaq; in veſtibus p̃cioſis, nec cultu formæ, nec canibus, vel accipitribus, vel alijs quæ portẽdant laſciuiam, debent intendere. Prudentiã veſtrã in dño cõmonemus, vt qui tã ſanctũ opus incipere decreuerint, ad hæc nõ intendant, ſed in armis, equis, & cæteris, quibus infideles expugnẽt, totis viribus ſtudiũ, & diligentiã adhibeant. Quicũq; vero ære premunt alieno, & tam ſanctũ iter puro corde inceperint, de præterito vſuras nõ ſoluant. & ſi ipſi, vel alĩ pro eis occaſione vſurarũ aſtricti ſunt, ſacramento, vel fide, apoſtolica eos auctoritate abſoluimus. Liceat eis etiã terras ſiue cęteras poſſeſſiones ſuas, poſtq; cõmoniti propinqui ſiue dñi, ad quoꝝ feudum pertinent, pecuniã cõmodare aut noluerint, aut nõ valuerint, eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis, vel alijs quoq; fidelibus, libere ſine vlla reclamatiõe impignerare. Peccatoꝝ remiſſionẽ, & abſolutionẽ iuxta præfati prędeceſſoris noſtri inſtitutionẽ, omnipotentis dei, & beati Petri apoſtoloꝝ principis auctoritate, nobis a deo cõceſſa talem concedimus, vt qui tam ſanctũ iter deuote inceperit, & perfecerit, ſiue ibidẽ mortuus fuerit, de omnibus peccatis ſuis, quib⁹ corde cõtrito, & humiliato confeſſionẽ ſuſceperit, abſolutionẽ obtineat, & ſempiternæ retributionis fructum ab omniũ remuneratore percipiat. Datum Veſtrallæ, Kalen. Decembris.

Quomodo prædicatione Bernardi Clareuallenſis abbatis, rex Franciæ cũ ſuis principibus cruces acceperunt. CAPVT XXXVI.

IGitur vt ad narrationis ſeriẽ redeamus, Bernardus abbas venerabilis, cõceſſa ſibi apoſtolicę ſedis auctoritate nõ abuſus, gladio verbi dei fortiter accingit. ac excitatis ad tranſmarinã expeditionẽ multorũ animis, tandẽ curia generalis apud Verzelacũ Galliæ oppidũ, vbi beatæ Mariæ Magdalenæ oſſa recõdita ſunt, indicit. cõuocatis ex diuerſis Galliæ puincijs optimatibus, virisq; illuſtribus. Ibi Lodouicus Francoꝝ rex, crucẽ a prætaxato abbate cũ multa mentis alacritate ſumens, militiã tranſmarinam profeſſus eſt, cũ Theoderico Flandrenſi, & Henrico Theobaldi Bleſenſis filio, comitibus, alijs de regno ſuo baronibus, virisq; nobilibus.

Quomodo ad prædicationẽ cuiuſdã Rodolphi, oriẽtalis Francia ex magna parte eandem militiam profeſſa eſt, & de perſecutione contra Iudæos. CAPVT XXXVII.

INter hæc Rudolphus monachus, vir quidem religionis habitũ habens, religionisq; ſeueritatẽ ſolletrer imitans, ſed literaꝝ notitia ſobrie imbutus, eas partes Galliæ quę Rhenũ attingũt, ingredit. multaq; populoꝝ milia ex Agrippina, Moguntia, Vormatia, Spira, Argentina, alijsq; vicinis ciuitatibus, oppidis ſeu vicis, ad accipiendã crucẽ accendit. Hoc tñ doctrinæ ſuę nõ vigilanter interſerens, q̃ videri in ciuitatibus, oppidiſq; paſſim manẽtes, tanq̃ chriſtianæ religionis hoſtes trucidarent. Quod doctrinæ ſemen in multis Galliæ, Germaniæq; ciuitatibus vel oppidis tam firmiter radicẽ figens germinauit, vt plurimis ex Iudæis hac tumultuoſa ſeditiõe nectis, multi ſub principis Romanoꝝ alas tuitionis cauſa cõfugerent. Vnde factum eſt, vt nõ pauci ex ipſis hmõi immanitatẽ fugientes, in oppido principis, quod Noricũ, ſeu Norenberg appellatur, alijsq; municipijs eius ad conſeruandam vitam ſe reciperent.

Dehortatio Clareuallenſis abbatis ab hac re. CAP. XXXVIII.

AT præfatus Clareuallenſis abbas hmõi doctrinã pręcauendã doces ad Galliæ, Germaniæq; populos nuncios, ſeu literas deſtinauit, in quibus ex auctoritate ſacræ paginæ luculenter oſtendit Iudæos ob ſcelerũ ſuoꝝ exceſſus, nõ occidendos, ſed diſpergẽdos fore. Vnde & Pſalmographi teſtimoniũ induxit, in. lvij. pſalmo dicentis, Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos. Et item. Diſperge illos in virtute tua. Pſal. 58.

Quomodo idem abbas regi Conrado, & multis principibus crucẽ accipere perſuaſit, & de obitu ſenioris Friderici ducis. CAP. XXXIX.

IGitur innumerabilibus in occidẽtali Gallia ad tranſmarinã expeditionẽ excitatis, Bernardus p̃dicatiõis noĩe mouendũ orientale Francorũ regnũ aggredi diſponit, tam ob hoc vt animũ principis Romanorũ ſacræ exhortationis verbo, ad accipiendam crucẽ emolliret, q̃ vt Rudolfo occaſione Iudæoꝝ crebras in ciuitatibus ſeditiones populo contra dños ſuos mouenti ſilentiũ imponeret. Audiẽs hoc princeps, generalẽ curiã in Natiuitate dñi apud Spirã ciuitatẽ celebrandã indixit. Quo veniẽs prædictus abbas, principi cũ Friderico fratris ſui filio, alijsq; principibus, & viris illuſtribus crucẽ accipere perſuaſit, plurima in publico, vel occulto faciẽdo miracula.

Moguntiã q̃q; veniẽs, Rudolfum in maximo fauore populi morantẽ, inuenit. Quo accerſito, p̃monitoq; ne cõtra monachoꝝ regulã, p orbẽ vagãdo, ꝓpria au ctoritate verbũ p̃dicationis aſſumeret. Tandẽ ad hoc eũ, vt ſibi, ꝓmiſſa obedien tia, in cœnobiũ ſuũ tranſiret, induxit. populo grauiter indignante, & niſi ipſius ſanctitatis cõſideratione reuocaret, etiã ſeditionẽ mouere volente. Inter hæc Fri dericus dux nobiliſſimus, in Gallia manẽs graui infirmitate detinebat, acrẽ in mente cõtra dñm, & fratrẽ ſuũ Conradũ regẽ, indignationẽ gerens, q; filiũ ſuũ Fridericũ, quẽ ipſe tanq; primogenitũ, ac nobiliſſimæ prioris cõparis ſuæ filiũ vnicũ cõmittendo ipſius gratiæ, cũ filio ſuo paruulo ſecundã vxorẽ, totius terrę ſuæ hæredẽ fecerat, crucẽ permiſerat accipere. Quẽ p̃dictus abbas viſitandi gr̃a adijt, & benedicẽs ei in oratiões recepit. Ipſe tñ vim doloris nõ ſuſtinẽs, nõ mul tis poſt diebus viuendi finẽ fecit, ac in monaſterio quod ſanctæ Vualpurgis vo cat, ĩ terminis Alſatię ſito, humat⁹ eſt. ſucceſſitq; ei ĩ ducatu filiꝰ ſuus Friderić⁹.

Q; multi de principibus, & innumerabilis multitudo apud Ratiſbonã cruces acceperunt, & q; Saxones contra alios paganos expedi tionem profeſſi ſunt. CAPVT XL.

POſt hæc princeps Baioariã ingrediẽ, ibiq; mẽſe Februario generalẽ curiã celebrauit, ducẽs ſecũ vice Clareuallẽſis abbatis, Eberacẽſem abbatẽ Adam, virũ religioſum, & honeſte eruditũ. Qui miſſarũ ſo lennia ex more celebrãs, inuocataq; ſancti ſpũs gratia, ambonẽ aſcẽ dit, ac lectis apoſtolicæ ſedis, & Clareuallẽſis abbatis literis, breui exhortatiõe facta, pene oĩbus qui aderãt, p̃fatã militiã ꝓfiteri ꝓſuaſit. Neq; eĩ ꝓſuaſibilꝭ humanæ ſapiẽtiæ verbis, vel artificioſæ iuxta p̃cepta rhetoꝝ oratiõis circuitus inſinuatione egebat, cunctis qui aderant, ex priori rumore excitatis, ad accipiẽ dã crucẽ vltro accurrẽtibus. Accepere eadẽ hora crucẽ tres epi, videlicet Henri cus Ratiſponenſis, Otto Friſingenſis, Reginbertus Patauienſis. & dux Norico rũ Henricus, frater regis, de ordineq; comitũ, nobiliũ, viroꝝ illuſtriũ innumera biles. Tanta etiã (mirũ dictu) prædonũ & latronũ aduolabat multitudo, vt nul lus ſani capitis hanc tam ſubitã, q; inſolitã mutationẽ, ex dextera excelſi ꝓueni re nõ cognoſceret, cognoſcendo attonita mente non obſtupeſceret. Guelfo q̃q; Henrici prioris ducis fratr, de nobiliſſimis regni optimatibus, in ipſa natiuita tis dñicæ nocte, in ꝓpria villa Bitengou eandẽ militiã cũ multis ꝓfeſſus fuerat. Sed & dux Boemoꝝ Iabeſlaus, & Styrenſis marchio Odoacer, & Carinthię il luſtris comes Bernardus, nõ multo poſt, cũ magno ſuorũ comitatu, cruces acce pere. Saxones vero, quia quaſdam gentes ſpurcitijs idoloꝝ deditas vicinas ha bent, ad orientẽ proficiſci abnuentes, cruces itidem eaſdẽ gentes bello attenta turi aſſumpſerunt, a noſtris in hoc diſtantes, q; non ſimpliciter veſtibus aſſutæ, ſed a rota ſubter poſita, in altum protendebantur.

Epiſtola Clareuallenſis abbatis ſuper hac re. CAPVT XLI.

EXemplar autẽ epiſtolæ Clareuallenſis abbatis, in Oriẽtale Franco rũ regnũ deſtinatæ, tale eſt. Dñis & patribus chariſſimis, archiepis, epis, & vniuerſo clero, & populo orientalis Franciæ, & Baioariæ, Bernardus Clareuallen. vocatus abbas, ſpiritu fortitudinis abũda re. Sermo mihi ad vos de negocio Chriſti, in q̃ eſt vtiq; ſalus veſtra. Nec dico vt

excuſet indignitatẽ perſonæ loquẽtis auctoritas dñi, excuſet & cõſideratio pro priæ vtilitatis. Modicus quidẽ ſum, ſed nõ modice cupio vos in viſcerib⁹ Chri ſti Ieſu. Ea mihi nunc ratio ſcribendi ad vos, ea cauſa, vt vniuerſitatẽ veſtrã lite ris audeã cõuenire. Agerem id libentius viua voce, ſi vt voluntas nõ deeſt, ſup peteret & facultas. Ecce nunc fratres tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. cõ pioſæ ſalutis. Cõmota eſt ſiquidẽ, & cõtremuit terra, quia cœpit deus cœli per dere terrã ſuã. Suam, in qua viſus eſt, & annis plus q; triginta homo cũ hoibus cõuerſatus eſt. Suã vtiq;, quã illuſtrauit miraculis, quã dedicauit ſanguine pro prio, in qua primi reſurrectionis flores apparuerũt. Et nunc peccatis noſtris exi gentibus, crucis aduerſarij caput extulere ſacrilegũ, depopulantes in ore gladij terram benedictã, terrã ꝓmiſſiõis. Prope eſt, ſi nõ fuerit qui reſiſtat, vt in ipſam dei viuentis irruant ciuitatẽ, vt officinas noſtræ redẽptionis euertãt, vt polluãt loca ſancta agni ĩmaculati purpurata cruore. Ad ipm prohdolor religionis chri ſtianæ ſacrariũ inhiant ore ſacrilego, lectũq; ipm inuadere & cõculcare conant in quo ꝓpter nos vita noſtra obdormiuit ĩ morte. Quid facitis viri fortes? quid facitis ſerui crucis? Ira ne dabitis ſanctũ canibus, & margaritas porcis? Q; mul ti illic peccatores cõfitentes peccata cũ lachrymis, veniã obtinuere. poſtq; parũ gladijs eliminata eſt ſpurcitia paganoꝝ. Videt hoc malignus, & inuidet, denti bus frendet, & tabeſcit. Excitat vaſa iniquitatis ſuæ, ne vlla quidẽ iam pietatis ſigna, aut veſtigia relicturus, ſi qñ forte, quod deus auertat, obtinere valuerit. Verũ id q̃dẽ oĩb⁹ ſęculis deinceps incõſolabilis dolor, q; irrecuperabile dãnũ, ſpecialiter aũt generatiõi huic peſſimæ infinita cõfuſio, & opprobriũ ſempiter nũ. Quid tñ arbitramur fratres? Nunq̃d abbreuiata eſt manus dñi, aut ĩpotens facta eſt ad ſaluandũ? q; ad tuendã & reſtituẽdã ſibi hereditatẽ ſuã exiguos ver miculos vocat? Nunq̃d non põt mittere angeloꝝ plus q̃. xij. legiones, aut certe tm̃ dicere verbo, & liberabit terra? Omnino ſubeſt ei cũ voluerit poſt ſe. Sed di co vobis, tẽtat vos dñs deus veſter. Reſpicit ſup filios hoĩm, vt ſi forte ſit q; intel ligat, & requirat, & doleat vicẽ eius. Miſerat eĩ populũ ſuũ deus, & lapſis gra uiter ꝓuidet remediũ ſalutis. Cõſiderate q̃nto ad ſoluẽdos vos artificio vtit, & obſtupeſcite. Intuemini pietatis abyſſũ, & cõfidite pctõres. Non vult mortẽ ve ſtrã, ſed vt cõuertamini, & viuatis. q; ſic q̃rit occaſionẽ nõ aduerſum vos, ſed ꝓ vobis &c̃. In quib⁹ & circa eandẽ, oratoꝝ more vel ordine, verſat materiã. Et q; Iudęi nõ ſint occidẽdi, rõne ꝓbat, & auctoritate. Vñ eſt illud. Beatã dixeri gene rationẽ, quã appl̃ẽdet tã vberis indulgẽtiæ tps, quã inuenit ſupſtitẽ annus iſte placabilis dño, & vere iubileus. Diffundit eĩ hęc bñdictio in vniuerſũ mũdũ, & ad ſignũ vitę cõuolãt vniuerſi. Quia ergo fœcũda eſt terra vra viroꝝ fortiũ, & robuſta noſcit iuuẽtute referta. ſic laus ẽ vra ĩ vniuerſo mũdo, & virtutis vræ fama repleuit orbẽ. accingimini & vos viriliter, & fęlicia arma corripite. Et de Iu deis ſic. Deꝰ inqt eccl'ia, oñdit mihi ſup inimicos meos, ne occidas eos, viui q̃dã apices nobis ſunt repſentãtes iugiter dñicã paſſionẽ, & plura alia in hũc modũ.

Q; huius rei occaſione, ſubito pax incredibilis facta eſt. CAP. XLII.

HAbitur nõ ſolum ex Romano imperio, ſed etiã ex vicinis regnis. i. oc cidentali Francia, Anglica, Pannonia, innumeris populis, ac natio nibus hac expeditionis fama ad ſumendam crucẽ cõmotis, repentẽ ſic totus pene occidens ſiluit, vt nõ ſolum bella mouere, ſed & arma quempiã in publico portare nefas haberetur.

2. Corin. 6. Pſal. 17. Baruch. 3. Matth. 26. Pſal. 13. & 52. Eçech. 18. Pſal. 58.

Quō Conradus rex filiū ſuū Henricū ſociū regni legit, & coronari fecit, & de filio ducis Henrici. CAPVT XLIII.

AT Conradus Romanorū rex principes cōuocās, in oppido oriētalis Francię Franconefurt, q̄d latine vadū Francorū dici poteſt, eo q̄ Carolus ad debellandos Saxones, cū Frācis p̄ficiſcēs, vadū illo Mogi fluminis, qui Moguntiæ Rheno illabit̄, inueniſſe dicit̄, generalē curiam celebrat. Ibiq̄ filio ſuo Henrico adhuc puero, per electionē principū rege conſtituto, in palatio Aquis eum dñica medianæ Quadrageſimæ regē inungi, ac coronari iubens, regni participē legit. Ad prædictā curiā Henricus Henrici, de quo ſupra dictum eſt, Noricorū ducis filius, qui iam adoleuerat, venit. Ducatum Noricū, quē patri ſuo nō iuſte abiudicatū aſſerebat, iure hæreditario reposcens. Quem princeps multa prudentia, & ingenio inductum, vſq̄ ad reditum ſuum ſuſpendens, quiete expectare perſuaſit.

Q̄ rex Conradus in tranſmarinā expeditionē procinctū mouit, ſubſequente eum rege Francorū cū ſuis. CAP. XLIIII.

HAc hyemalis algoris auſteritate deterſa, cū Veris benigna humilitate ex telluris partu flores, & herbæ p̄crearent̄, cāporūq̄ viriditas lætā terræ faciē mōſtrans, orbi arrideret, Conradus rex a Norico caſtro cū ſuis p̄cinctū mouēs, per Danubiū iturus, Ratiſponæ naues ingredit̄, ac in Aſcenſione dñi, in oriētali Marchia, iuxta Burgū, qui Ardacher vocat̄, caſtra ponēs, ſuos qui iam aduentabant, duobus, ſeu tribus diebus expectauit, Inde vſq̄ ad terminos ferme regni ſui p̄cedēs, nō longe a fluuio Viſcahe manſionē locauit, celebratoq̄ ibi ſancto Pētecoſte, cū vniuerſis pene copijs ſuis Litahe tranſiens, in Pannonia tentoria fixit, alijs p Danubiū nauigātibus, alijs per terrā euntibus. Tantā autē poſt ſe multitudinē traxit, vt & flumina ad nauigandū, camporūq̄ latitudo ad ambulandū vix ſufficere videret̄. Quē Francorū rex Lodouicus, nō multo poſt cū ſuis ſubſecutus eſt, ducens ſecū ex noſtris Lotharingos, quorū principes, ſeu primores erant, Stephanus Metenſis, Henricus Tullenſis epiſcopi, Reginaldus Munzunenſis, Hugo Vuaidemotenſis comes, & de Italia Amedeum Taurinenſem, fratrēq̄ eius Guilhelmū Marchionem de monte Ferrato, auunculos ſuos, & alios q̄plures. Verū quia peccatis noſtris exigentibus, quē finē prædicta expeditio ſortita fuerit, omnibus notū eſt. nos qui nō hac vice tragœdiā, ſed iocundā ſcribere p̄poſuimus hiſtoriā, alijs, vel alias hoc dicendum relinquimus. Qualiter etiā Saxones, vicinas, vt dixi, gentes aggreſſi, principib⁹ inter ſe diſcordantibus, ad p̄pria remeauerint, a memoria eorū qui adhuc ſuperſunt, nondū excidit. Attn̄ ne Friderici principis, qui ī p̄ſentiarū eſt fortuna, quę ei ab adoleſcētia etiā in periculis grauibus, vſq̄ ad p̄ſentē diē nunq̄ ad plenū nubiloſum vultū oſtendit, ſilentio tegat̄. Vnū de omnibus, & p̄ omnibus quæ nobis in eadem via acciderunt, caſum ponere volui.

Breuis narratio de euentu huius expeditionis. CAPVT XLV.

PErmeata magno labore, viarūq̄ difficultatis diſpendio poſt Pannoniā Bulgaria, emenſaq̄, tranſmiſſo Hebro, ſuperiore Thracia, cū iā p̄ aliquot dies in locis fertiliſſimis per inferiorē Thraciā, cum multa mētis lætitia ambulātes, Vrbi Regię accederemus, vij. Idus Septēb.

id eſt proxima ante natiuitatē beatæ Marię feria, vallem quandā iuxta oppidum Chereuach dictū, campi viriditate lætam, amniculi cuiuſdā medio decurſu conſpicuā attingimus. Cuius loci amœnitate capti omnes, illo tentoria figere, iocundūq̄ dei genitricis, ſemperq̄ virginis ortum cū magna iocunditate celebraturi, ea die ibidē pauſare diſponimus, ſolo cum ſuis duce Friderico, auunculoq̄ eius Vuelfone, nam Lotharingiorū legio nondū ſe nobis iunxerat, in latere cuiuſdā montis e regione iuxta nos caſtrametante. Erat in vicino mare Ponticū, quod modo brachiū ſancti Georij ab indigenis dicit̄, duoq̄ ſuper litus eius, vnde mercatū expectabamus, oppida parua, ſalubria & natura. Hoc mare olim Helleſpōtiacū, a nota Phrixis & Helles fabula, vel Propōticū velut ante ponticū dicebat̄, eo q̄ a Pōtico mari duorū maximorū fluminū Tanais & Danubij impetu propulſum, quaſi tenuiter fluēs, vt volunt, in Adriatico ſeu Thyreno mari, iuxta Troiā antiquā recipiat̄. Fateor, toto expeditionis tēpore nunq̄ lætiora habuimus tabernacula, nunq̄, quantū ad ſenſus iudiciū, maiorē ambitum occupauerant tentoria. Et ecce circa vigiliā matutinā nubecula quædā parua exorta, imbrē mitē produxit. Quē ſubito tantus pluuiarū, ventorūq̄ impetu oſus turbo ſubſecutus eſt, vt cōcuſſis & ſolutis, ſeu ad terrā deiectis tabernaculis, grauiſſime qui poſt matutinorū laudes lectis nos reciperam⁹, excitaret, Clamor totū vicinū replens aerē, attollit̄. Amniculus em̄ an ex refluxione proximi maris, imbriūue multitudine, an ex cataractis ruptis in cœlo, ex ſupernæ maieſtatis vltione tantū intumuerat, ex tumoreq̄ præter morē inundauerat, vt totū cooperiret exercitū. Quid ageremus? Diuinā id animaduerſionē potius q̄ naturalem inundationē eſſe cōſyderātes, amplius attoniti fuimus. Ad eq̄rū tn̄ robur cōuolamus, vnuſquiſq̄ prout potuerat, amnē tranſire geſtiēs. Videres alios natantes, alios equis adhærentes, alios vt periculū effugerent, p funes miſerabiliter trahi, alios in flumen inordinate ruentes, ex eo q̄ alijs impræmeditate implicarentur, demergi. populosq̄ quod poſſent p̄tergredi æſtimantes, fluminis ictu abripi, cautibus opprimi, viq̄ gurgitum abſorptos, animā reddere in flumine. Nōnullos natandi indoctos, vbi natantes apprehendiſſent, vt euaderēt, tenere, ſicq̄ aſtrictos defatigare, donec reſupini ceſſantibus brachiorū remigijs, vtriq̄ ſubmerſi ſuffocarent̄. Aliqui ergo de nobis in tentoria Friderici ducis, quæ ſola ab hac pernicioſa clade penitus illæſa manebant, nos tranſtulimus, ibiq̄ ſacra miſſarū ſolennia audientes, nō cū gaudio, ſed cū multa amaritudine cordis, noſtrorū luctum & gemitū audiētes, Gaudeamus cecinimus. Deniq̄ alij amnē cū magno timore ac labore tranſmeabant, alij adunatis rhedis, alijſq̄ quæ habere poterant inſtrumentis adhibitis, contra impetū aquæ quaſi deſperati repagulū ponebant, tranſitū inundationis præſtolantes. Quantū vero damnū tam in perſonis, q̄ in rebus, & vtenſilibus ad tā longā viā neceſſarijs, exercitus noſter ibi acceperit, dicere nō oportet. Cerneres ſequenti die, cū mitigatis aquis, terrarum facies appareret, omnibus nobis hac & illac diſperſis, tam triſtiſſimū tabernaculorū noſtrorū aſpectum, q̄ perendie poteras videre lætiſſimū, vt nō immerito quanta diuinæ celſitudinis eſſet potentia, q̄q̄ humanę iocunditatis nihil firmi habens, velox momentū, luce clarius appareret. Sed de his hactenus.

De Giliberto Pictauienſi epiſcopo, quomodo a ſuis clericis ſuę doctrina ſua pulſatus eſt. CAPVT XLVI.

Vit illis in diebus in Aquitania Galliæ ciuitate Pictauis, epūs Gilebertus noīe, hic ex eadē ciuitate oriundus, ab adolescētia vsq; ad vltimā senectutē, in diuersis Galliæ locis philosophiæ studiū colens, re & noīe magistri officium administrarat, nouiterq; ante hos dies ad culmen pontificale in præfata ciuitate sublimatus fuerat, consuetus ex ingenij subtilis magnitudine, ac rationū acumine, multa prēter cōmunē hoīm morē dicere. Is igit̄ cū quadā vice conuentū de sua diocesi clericorūz magnū celebrans sermoni, quē forte gratia exhortandi habebat, quędā de fide. S. Trinitatis intersereret, a duob⁹ archidiaconibus suis Arnaldo & Calone, tanq; cōtra catholicę normā ecclesiæ doctrinā instituens, ad summi pontificis, Romanæq; sedis examen, interposita appellatione, vocat̄. Sic vtriq; viam carpunt, Romanoq; pōtifici Eugenio ab vrbe in Gallias tendenti, Senis ciuitate Tusciæ occurrūt. Quibus Romanus antistes auditis, causaq; viæ cognita, breuiter respondit se Gallias introire, ibiq; de hoc verbo, eo q propter literatorūz virorū copiā ibidē manentiū, opportuniorē examinandi facultatē haberet, plenius velle cognoscere. Archidiacones in Gallias redeunt, ac consulto Bernardo supra memorato abbate, eū in cōmodum causæ suæ aduersus episcopū inclinant.

Quomodo Abbas Clareuallensis cōtra eum inductus est, & de Petro Abailardo. CAPVT XLVII.

Erat autē prædictus abbas, tam ex christianæ religionis feruore zelotypus, q̄ ex habitudinali mansuetudine quodāmodo credulus, vt & magistros qui humanis rationibus, sęculari sapiētia cōfisi, nimiū inhęrebāt, abhorreret. & si quicq; ei christianæ fidei absonū de talibus diceret̄, facile aurē præberet. Exquo factū est, vt nō multo ante hos dies ipso auctore, primo ab epīs Gallię, post a Romano pōtifice Petro Abailardo silentiū impositū fuerit. Petrus iste ex ea Gallię ꝓuincia, quæ nunc ab incolis Britannia dicit̄, originē trahens. Est em̄ prędicta terra clericorūz acuta ingenia, & artibus applicata habētiū, sed ad alia negocia pene stolidorūz ferax. quales fuerūt duo fratres Bernardus & Theodericus viri doctissimi. Is inquā literarū studijs, alijsq; facetijs ab ineunte ætate deditus fuit, sed tam arrogans, suoq; tantū ingenio cōfidens, vt vix ad audiendos magistros ab altitudine mentis sue humiliatus descēderet. Habuit tñ primo p̄ceptorē Rozelinū quendā, qui prim⁹ nostris tēporibus in logica sententiā vocū instituit, & post ad grauissimos viros Anselmū Laudunensem, Guilhelmū Cāpellensem Catalauni epm̄ migrās, ipsorūq; dictorūz pōdus, tanq; subtilitatis acumine vacuū iudicās, nō diu sustinuit. Inde magistrū induens, Parrhisius venit, plurimū in inuentionū subtilitate non solū ad philosophiā necessariarū, sed & ꝓ cōmouendis ad iocos animis hoīm vtilitū valens. Vbi occasione quadā satis nota, nō bene tractatus, monachus in monasterio. S. Dionysij effectus est. Ibi die noctuq; lectioni ac meditationi incubans, de acuto acutior, de literato efficit̄ literatior, in tantū vt post aliq̄t tēpus ab obedientia abbatis sui solutus, ad publicū ꝓdiret, docēdiq; rursus officiū assumeret Sentētiā ergo vocū seu noīm in naturali tenēs facultate, nō caute theologię admiscuit. Quare de sancta trinitate docēs & scribens, tres psonas, quas sancta ecclesia nō vacua noīa tantū, sed res distinctas, suisq; ꝓprietatib⁹ discretis, hactenus & pie credidit, & fideliter docuit, nimis attenuās, nō bonis vsus exēplis, in

ter cętera dixit. Sicut eadē oratio est ꝓpositio, assumptio & cōclusio, ita eadē essentia est pater, & filio, & spūssanctus. Ob hoc Suessionis ꝓuinciali cōtra eū synodo sub p̄sentia Romanæ sedis legati cōgregata, ab egregijs viris, & noīatis magistris, Alberico Remense, & Leutaldo Nouariense, Sabellianus hæreticus iudicatus, libros quos ediderat, ꝓpria manu ab epīs igni dare coactus est, nulla sibi respōdendi facultate, eo q̄ disceptandi in eo peritia ab oībus suspecta habēretur, cōcessa. Hæc sub Lodouico seniore Francorūz rege facta sunt.

Epistolæ pro eius cōdemnatione ad summū pontificem, & eiusdem pontificis responsiua. CAPVT XLVIII.

Rost hęc dū rursus pluribus diebus legeret, maximāq; post se socioruz multitudinē traheret, sedēte in vrbe Roma Innocētio, in Francia vero Lodouico, superioris Lodouici filio, regnante. ab epīs, abbatęq; Bernardo denuo ad audiētiā apud Senonas euocat̄, p̄sentib⁹ Lodouico rege, Theobaldoq; Palatino comite, & alijs nobilibus, de populoq; innumeris. Vbi dū de fide sua discutereť, seditionē populi timens, apl'icæ sedis p̄sentiā appellauit. Epi vero simul & abbas, missa ad Romanā ecclesiā legatione, ac eis ꝓ quibus ipetebat̄ capitulis, dānatiōis eius sentētiā in lr̄is reportauerūt. q̄z exēplar hoc est. ¶ Reuerēdissimo dño, & dilectissimo patri, dei gra sūmo pōtifici Innocētio. S. Remēsis archiepūs, Iozelinus Suessionis, Guilhel. Cataulanensis. A. Anebanēsis epi, debitæ subiectiōis volūtariū obsequiū. Auribus occupatis ad plurima, verbū facimus breue de prolixo negotio, ꝓ eo maxime q̄ idipm plenius, & diffusius cōtinet̄ in literis dñi Senonēsis. Petrus Abailardus christianę fidei meritū euacuare nitit̄, dū totū q̄d deus est, humana ratione arbitrat̄ cōprehendere. Ascendit vsq; ad cœlos, & descēdit vsq; ad abyssos. Nihil est q̄d lateat eū, siue in ꝓfundū inferni, siue in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis, dispūtās de fide cōtra fidē, ambulans in magnis & mirabilibus sup se. Psal. 130.
Scrutator maiestatis, hæresum fabricator, Iamdudū fecerat librū de. S. trinitate sed sub legato Romanę eccl'ię, igne examinatus est, quia inuēta est in eo iniquitas. Maledictus q̄ reedificat ruinas Hiericho. Surrexit a mortuis liber ille, & cū eo multorūz hęreses q̄ dormierāt, surrexerūt, & apparuerūt multis. Deniq; iā extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; Romā, ꝓpagines eius. Hæc gloriatio hoīs illius, q̄ liber suus in curia Romana habet, vbi caput suū reclinet. hinc cōfortatus, & cōfirmatus est error illi⁹. Proinde cū fiducia p̄dicat verbū iniq̄tatis vsq; quaq;. Propterea cū in cōspectu epoz̄ sup his eū argueret abbas Clareuallensis, zelo iusticię & fidei armatus, ille nec cōfessus est, nec negauit, sed a die, a loco, & iudice, quē ipse sibi elegerat, sine lęsione, sine grauamine, vt ꝓlongaret iniquitatē, sedē apl'icā appellauit. Epi qui ꝓpter hoc vnū cōuenerāt, vestræ reuerētiæ deferentes, nihil in p̄sonā eius egerūt, sed tantūmō capl'a a sanctis olim patribus condēnata, medicinali necessitate, ne morbus serperet, adiudicauerūt. Quia ergo hō ille multitudinē trahit post se, & populū q̄ sibi credat, habet, necesse est vt huic morbo celeri medicina occurratis. Sero em̄ medicina parat̄, cū mala ꝓ lōgas cōualuere moras. Processim⁹ nos in hoc negocio q̄sq; ausi sum⁹. De Remedio amo. 1.
Tuū beatissime pater est de cętero ꝓuidere, ne aliqua hæreticę prauitatis macula decor ecclesię cōtaminet̄. Tibi cōmissa est spōsa Chr̄i, o amice spōsi. Tuū est eandē vni viro virginē castā exhibere Christo. 2. Corin. 11.
¶ Rescriptū vero Innocētij tale.
¶ Innocētius epūs, seruus seruorūz dei, venerabilib⁹ fratribus Henrico Senonēsi Reinaldo Remēsi archiepīs, eorūq; suffraganeis, & charissimo in Christo filio

Bern. Clareuallensi abbati Salutē & apostolicā benedictionē. Testante Apl'o, sicut vnus deus, vna fides esse dinoscit, in qua tanq̄ ĩmobili fundamēto, p̄terq̄ nemo aliud põt ponere, firmitas catholicæ ecclesiæ inuiolata cõsistit. Inde est, q̄ beatus Petrus apl'or̄ princeps, p̄ exímia huius fidei cõfessiõe audire meruit. Tu es ínq̄ beatus Petrus, & sup̄ hanc pe.ædi.ec.meã. Petrã vtiq̄ firmitatē fidei & catholicæ vnitatis soliditatē manifeste designãs. Hæc siquidē est incõsutilis tunica redẽptoris nostri, sup̄ quã milites sortiti sunt, sed eã diuidere minime po tuerũt. Cõtra quã in initio fremuerũt gẽtes, & po.med.sunt ina. Astiterũt re.ter. & prin.cõue.in vnũ. Verũ apl'i duces dñici gregis, & eor̄ successores apl'ici viri, ardore charitatis, & ẓelo rectitudinis succensi, fidē defendere, & eã in cordibus populor̄ p̄ p̄ri sanguinis effusiõe plantare nõ dubitauerũt. Demũ cessante p̄secutor̄ rabie, imperauit vẽtis, & facta est in ecclesia trãquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semp̄ circuit, querens quẽ deuoret, ad expugnandã synceritatẽ fidei, fraudulentã hęreticor̄ fallaciã subinduxit. Cõtra quas veri ec clesiarũ rectores viriliter insurgentes, eor̄ praua dogmata cũ ipsor̄ auctoribus cõdemnarũt. In magna nãq̄ Nicena synodo, Arrius hæreticus est dãnatus. Cõstantinopolitana synodus Manicheũ hæreticũ debita snĩa cõdẽnauit. In Ephesina synodo Nestorius cõdignã sui erroris cõdẽnationẽ recepit. Chalcedonẽsis q̄q̄ synodus Nestorianã hæresim & Euthicianã cũ Dioscoro, & eius cõplicib⁹, iustissima snĩa cõfutauit. Martianus p̄terea licet laicus, christianissim⁹ tñ impator, catholicæ fidei amore succensus, p̄decessori nr̄o sanctissimo papę Ioãni scribens, aduersus eos qui sacra mysteria p̄fanare cõtẽdũt, intra cętera sic loquit di cẽs. Nemo clericus, vl' militaris, vel alterius cuiuslibet cõditõis, de fide chr̃iana publice conet̃ in posterũ tractare. Nã iniuriã facit iudicio reuerẽdissimę synodi si quis semel iudicata, & recte disposita reuoluere, & iterũ disputare contendit. & in cõtẽptores hui⁹ legis tanq̄ in sacrilegos pœna nõ deerit. Igit̃ si q̄s clericus erit, qui publice tractare de religiõe ausus fuerit, a cõsortio clericor̄ remouebit̃ Dolemus aũt, q̃m sicut literar̄ vestrar̄ inspectõe, & missis a fraternitate vestra nobis error̄ capitulis cognouimus, in nouissimis dieb⁹ q̃n instãt periculosa tp̃a M.P. Abailardi p̄nitiosa doctrina, & p̄dictor̄ hæreses, & alia puersa dogmata catholicæ fidei obuiantia, pullulare cœperũt. Verũ in hoc maxime cõsolamur, & oĩpotẽti deo gr̃as agimus, q̄ in partib⁹ vestris, p̄ patribus tales filios suscitauit, & in tpe apostolatus nr̃i ī ecclesia sua tã p̄claros voluit esse pastores, q̄ noui hereticí studeãt cãlũniis obuiare, & ĩmaculatã spõsam vni viro vir.ca.ex. Chr̃o. Nos itaq̄ qui in cathedra sancti Petri, cui a dño dictũ est, Et tu aliq̃n cõuersus cõfirma fratres tuos, licet indigni residere cõspicimur, cõmunicato fratrũ nr̃or̄ ep̃or̄ cardinaliũ cõsilio, destinata nobis a vestra discretione capitula, & vniuersa ipsius Petri dogmata, sanctor̄ canonũ auctoritate, cũ suo auctore damnauimus, eiq̄ tanq̄ hæretico perpetuũ silentiũ imposuimus. Vniuersos q̄q̄ erroris sui sectatores, & defensores, a fideliũ consortio sequestrandos, & excõicationis vinculo innodandos esse censemus. Datũ Laterani. xij. Calen. Aug.

Matth.16. Ioan.19. Psal.2. Matthei. 8. 1.Petri.5. Quattuor synodi generales. Lucæ.22.

De apologetico eiusdē Petri, & sup̄ q̄b⁹ capl'is putabat̃, & obitu ei⁹. Ca. XLIX

RPetrus dãnationẽ sui dogmatis a Romana ecclesia cõfirmatã cognoscẽs, ad Cluniacẽse cœnobiũ se cõtulit, apologeticũ scribẽs, p̄dictor̄ capitulor̄ partim verba, ex toto aũt sensum negãs. qui sic incipit Ne iuxta Boetianũ illud, p̄ cœmĩs nihil afferẽtibus tẽpus terat̃, ad rẽ ipsam veniendũ est, vt innocentiã meã ipsa rerũ veritas potius q̄ verbor̄ excusset, plixitas. Hæc aũt pauca de multis cõtra eũ posita sufficiãt capitula. QQ pa

ter sit plena potẽtia, filius quædã potẽtia, spũssanctus nulla potẽtia. QQ spũs sanctus nõ sit de substãtia patris. QQ spũssanctus sit anima mũdi. QQ Christus nõ assumpsit carnẽ, vt nos a iugo diaboli liberaret. QQ non peccauerunt qui Christũ ignoranter crucifixerunt. Ipse vero non multis post diebus, corã fratribus suis fidẽ suã humiliter expouens, in eodem vitam finiuit cœnobio.

De studio Gilíberti, & de quibus impetereť capitulis. CAPVT L.

IGitur vt ad id a q̄ digressa fuit, redeat oratio, p̄taxati archidiacones adscito sibi tantæ auctoritatis & æstimatiõis viro, abbate Bernardo ep̃m Gilibertũ eadẽ qua p̄dictũ Petrũ via damnare attentabãt. Sed nec eadẽ causa, nec similis erat materia. Iste em̃ ab adolescentia magnor̄ viror̄ disciplinę se subiiciẽs, magisq̄ illor̄ põderi, q̄ suo credẽs ingenio qualis primo fuit Hilarius Pictauiẽsis, post Bernardus Carnotensis, ad vltimũ Anselm⁹ & Radulphus Laudunẽses Germani fratres, nõ leuẽ ab eis, sed graue doctrinã hauserat, manu nõ subito ferulę subducta, a sciẽtia haud cẽsura morũ, vitęq̄ grauitate discordãte, nõ iocis vel ludicris, sed seriis rebus mentẽ applicarat. Hinc erat, vt tã gestu q̄ voce põdus seruans, sicut in factis, sic in dictis se ostẽderet difficilẽ, vt nunq̄ pueriliibus, vix aũt eruditis, & exercitatis quę ab eo dicebanť, paterent animis. Is itaq̄ primo Antisiodorũ, post Parrhisius vocatus est. Erant inter cætera quæ illi obiiciebanť, de diuina maiestate q̃ttuor capitula QQ videlicet assereret diuinã essentiã nõ esse deũ. QQ ꝓprietates p̄sonar̄ nõ essent ipsæ p̄sonæ. QQ theologicæ p̄sonæ in nulla p̄dicarenť ꝓpositione. QQ diuina natura nõ esset incarnata. Et p̄ter hęc alia minora, id est QQ meritũ humanũ attenuãdo nullũ mereri diceret p̄ter Christũ. QQ ecclesiæ sacramẽta euacuando, diceret nullũ baptiẓari, nisi saluandũ, & cætera in hunc modum.

Quibus testibus conuinci putabať posse. CC APVT LI.

TAq̄ p̄sidẽte cũ cardinalibus ep̃is, aliis q̄ viris venerabilibus, & eruditis in iã dicta ciuitate Parrhisius, sũmo põtifice Eugenio, p̄dictus ep̃us Gilibertus consistorio præsentať, de his capitulis responsurus. Producunť cõtra eũ duo magistri, Adam de paruo põte, vir subtilis & Parrhisiensis ecclesię canonicus recenter factus, Hugo de campo florido, cancellarius regis, asserentibus eis, & quasi sub sacramẽto pollicentibus, se aliqua ex his de proprio eius ore audisse, non sine multor̄ qui aderãt admiratione, viros magnos, & in ratione disserẽdi exercitatos, p̄ argumẽto iuramentũ afferre.

Subtilis eiusdẽ responsio. CAPVT LII.

HAbídẽ dũ hincinde multa sibi obiiceretť, pluriũq̄ impulsationib⁹ ad responsionẽ de re tam ineffabili cogeretť, intra cætera dixisse traditť. Audacter cõfiteor patrẽ alio esse patrẽ, alio deũ, nec tamẽ esse hoc & hoc. Cuius dicti obscuritatẽ tanq̄ verbor̄ ꝓphanã nouitatẽ, tam impatiẽter magister Iohelinus Suessionẽsiũ eps excepit, vt iuxta puerbiũ, mediũ. vitando incurreret ripã. Nondũ em̃ auctoritatẽ illã Augustini legerat, vel fortas sis lectã intellexerat, qua de eodẽ altissimo loqui gestiens secreto, inter cętera dicit. Sic aliud est deo esse, aliud subsistere, sicut aliud deo esse, aliud patrẽ esse, vl' dñm esse. Quod em̃ est, ad se dicit̃, pater autẽ ad filiũ, & dñs ad seruientẽ creaturã. Ait ergo p̄dictus eps. Quid est q̄d dicis, Esse deũ nihil est? Erat quippe q̃rundã in logica sentẽtia, cũ quis diceret Socratẽ esse, nihil diceret. Quos p̄fatus eps sectans, talem dicti vsum haud præmeditate ad theologiã verterat. Quo verbo omniũ pene auditorũ ab illo in se retorsit spicula. Post hoc sedato clamore, cũ a

circũstantibus rogareť epus Gilibertus, vt quare in theologia personas in tantũ distingueret, aperire vellet, breuiter respõdit. Quia oĩs psona est p se vna. Et ita nõ sine magno multorũ qui aderant stupore, cõuentus ea die soluiť. Alia rursus die in causam ductus, pulsatusq; de nouitate dictionis, eo q in prosa de S. Trinitate tres psonas tria singularia vocauerit. N. Rothomagẽ. archiepus causam aggrauauit, dicens, deũ potius debere dici vnũ singulare, q̃ tria singularia, non tamẽ sine multorũ scandalo, cum Hilarius in libro de synodis dicat. Sicut duos deos dicere profanum est, ita singularẽ & solitariũ dicere sacrilegiũ est. & itẽ in eodem. Nihil solitariũ ex diuinis sacramentis ad suspitionẽ audientiũ, & ad occasionem blasphemantium proferamus.

Excursus Theologicus. CAPVT LIII.

EPiscopus vero Pictauiensis in præfatis dictis suis se habuisse simplicẽ sensum testabať, affirmans p singularia non theologicas psonas, sed ipsarũ excellentiã intellexisse, secũdũ q̃ antonomastice Paulũ solemus vocare Apostolũ, vel gloriosam dei genitricẽ, virginẽ singularẽ, eo q nec est, nec fuit, nec erit talis virgo, quę videlicet simul sit mater & virgo. ea rationis pportione triũ psonarũ excellentiã se cõsyderasse, cũ tria singularia diceret, asserebat. cũ nec sit, nec fuerit, nec futurus sit talis pater, qui scilicet sit pater & deus. atq; in eundẽ modũ talis filius, talis spũssanctus. Quia vero psonã in theologia tanq̃ rem p se vnã, prenominatũ virũ intellexisse diximus, in ipsius sensum paulisper introire libet, quatenus eiusdẽ iudiciũ dictiõis facilius posteris pateat. Ad cuius intelligentiã hæc diuisio præmittenda videtur. In naturis proprietas substantialis, alia vniuersalis, alia est singularis, vel indiuidualis, vel particularis. Indiuidualis alia personalis, alia non. Personã autẽ a personalitate q̃si denoĩatiue sumptã voco. nõ quã Græci ab anteponẽdo prosopon, Latini a psonando dicunt, sed eã quã Boetius in libro de psona & natura, cõtra Euticen & Nestoriũ disputãs, a Græcis ypostasin, nõ etymologiã vocis, sed rei rationẽ secutus, psonã vocauit, secundũ hoc & sic eã diffiniẽs. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Vniuersalẽ vero dico, nõ ex eo q vna in pluribus sit, q̃d est impossibile, sed ex hoc q plura in similitudie viuẽdo, ab assimilandi vnione vniuersalis, q̃si in vnũ versalis dicať. Qualis est a pluriũ similitudine maior corporeitas, minor animalitas, minima vel vltima humanitas significata. Vnde Boetius. Species est forma indiuiduorũ, & vltima similitudo. post hanc eñ nõ sil'itudo, sed dissimilitudo potius occurrit. Ex quo patet alterũ mẽbrũ, quare videlicet singularẽ, indiuidualẽ, vel particularẽ dixerim ꝓprietatẽ, eã nimirũ quæ suũ subiectũ nõ assimilat alĩs, vt humanitas, sed ab alĩs diuidit discernit, partiť, vt ea quã ficto noĩe solemus dicere Platonicas, a diuidendo in diuidua, a partiẽdo particularis, a dissimilando singularis dicta. Nec opponas, q potius a diuidendo diuiduã, q̃ indiuiduã dici oporteat. Nã cũ suũ subiectũ nõ solũ ab alĩs diuidat, vel dissimilet, sed etiã in sua indiuidualitate & dissimilitudine tam firmiter manere faciat, vt nec sit, nec fuerit, nec futurũ sit aliud subiectũ, quod secundũ eiusmodi ꝓprietatẽ illi assimilari queat, melius indiuiduũ priuando, q̃ diuiduũ ponendo vocať. eiusq; oppositũ q̃d diuidendo pluribꝰ cõmunicat, & cõicãdo diuidit, rectiꝰ diuiduũ dici debet. Sed notãdũ q indiuiduũ & singulare nõ sunt ad se cõuertẽtia. nã omne indiuiduũ singulare, sed nõ oñe singulare indiuiduũ. hæc eñ albedo singulare est, sed nõ indiuiduũ. Deniq; in naturis nullũ simplex indiuiduũ esse potest. Itẽ nõ omne indiuiduũ personale,

sed omne personale indiuiduũ, scd'm prẽmissam subdiuisionẽ, qua dictũ est, In diuiduũ aliud personale, aliud nõ. quod ex anteposita psonæ diffinitiõe facilis patebit. Cũ eñ omne esse ex forma sit, quodlibet subsistens rem & nomen a sua capit forma. Item cũ omnis diffinitio alterius sit, & alteri cõueniat, nõ sine rationis via altero ꝓ altero vti licet. Persona ergo a suo esse, quod ficto noĩe psonalitas dici potest, vocabulũ trahit, sed in diffinitione indiuidua substantia tantũ persona nõ diciť, nisi cũ adiũctione rationalis naturæ. Cuius rei causa videndũ est apud Græcos, qui dicendi inopes non sunt, aliud vsian, aliud vsiosin, aliud ypostasin vocari. At nos vsiã essentiã, vsiosin subsistentiã dicere possumus, ypostasin ex latini eloquij penuria vno nõ valentes verbo exprimere. Nam cũ tam apud nos, q̃ apud illos substantia, vel ypostasis a substando noteť, in hoc est differentia, q nostra substantia ad cuncta quæ substant, est vaga. eorũ vero ypostasis ad ea tantũ, quæ in rationali substãt natura, est accõmoda. Quare latinus interpres, cũ verbũ ex verbo non posset exprimere, maluit sensum ex sensu retinẽdo, personã potius q̃ substantiã transferre. Vnde & personæ ꝑdicta adhibeť diffinitio. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Patet igiť q non omne indiuiduũ est persona, quia nõ omnis indiuidua substantia est rationalis natura. sicut esse huius Berilli singularis, vel vt consortio rationis vtar, ipse Berillus vel est indiuiduũ, vel indiuidua substãtia, nõ tñ rõnalis natura, q̃uis etiã si rõnalis naturæ esset, tamẽ nondũ plenarie Berillus indiuidua substantia dici posset. Neq; eñ indiuiduã substantiã dicere solemus eam rem singularẽ, quę cũ alia itidẽ re singulari, ad aliquod totũ cõstituendũ cõuenire valens, nõ est per se vna. Nã p se vnũ est, quod nec actu, nec natura potest, potuit, poterit cũ alio ad constituendũ aliquod totũ cõcurrere. Ex quo fit, vt hæc anima quæ substantia est, & rationalis naturæ, tñ quia hoc modo non est p se vna, vel indiuidua, eo q cũ hoc corpore ad cõstituendũ hunc hominẽ cõueniat, nõ videať dici persona. cũ scd'm quod ostensum est, ab ea remoueať diffinitio hæc, Persona est rõnalis naturę indiuidua substãtia. Quare & diffinitũ iuxta logicorũ regulã, a quocũq; diffinitio & diffinitũ. Hic leo etiã, quanq̃ præfato modo res sit per se vna, & indiuidua, tñ quia rõnalis natura nõ est, secundũ strictã personæ acceptionẽ, psona dici nequit. Restat vt hic angelus, & hic homo tantũ plenarie in naturalibꝰ personæ vocenť. Prædictus ergo eps duas in naturalibus regulas ponẽs, quę tales sunt, Diuersorũ subsistentiũ diuersas esse subsistentias. Diuersarũ psonarũ diuersas esse personales ꝓprietates. vnã a theologia exclusit, alterã admisit. Priorẽ eñ, qua totidẽ dicunť subsistentiæ quot subsistentes, cũ ab ortodoxis inter Arrium & Sabelliũ diuidentibus, tres psonæ & vna credať essentia, penitus amouit. alterã admittens, cũ nulla personalis ꝓprietas in sancta trinitate patris sit q̃ filij, vel ecõuerso. Ex quo personã a præmisso naturaliũ vsu, nõ ab eo quod psona vocať, ad theologiã transsumptã asserebat, illud Hilarij frequẽter inducẽs, Absit vt idem nunc se patrẽ, nunc se filiũ laruali similitudine mentiať, inde eas personas etiã per se vnas dicebat. Qui autẽ alio patrẽ dixit, alio deum esse, nec tñ hoc & hoc, hunc sensum habuit. Deus in substantia prędicať, pater Adaliquid. quæ diuersa prædicamenta esse etiã in theologia ex libro Boetij, quẽ de S. trinitate scripsit, probať. nec propter hoc recte cõcludi, si est alio pater, alio deus, ergo est hoc & hoc. cũ hoc nõ recte concludať, nisi prius concesso q vtraq; de deo prædicenť in substantiã. vt cũ dicimus, deus est bonus, sapiens, omnipotẽs, hęc

Persona quid.

em cũ prędicent in substantiã, si diuersa essent, p cul dubio deus esset hoc & hoc. Cũ vero idẽ sit, deũ esse sapientẽ, quod bonũ, vt bene contra vsum naturaliũ liceat dicere, est sapientia bonus, bonitate sapiens. ac si ita in naturalibus, p cedere, Hæc margarita est albedine candida, candore alba. non est hoc & hoc, sed est hoc. Quid senserit posui, quid sentiendũ sit, iudicent alij. Sed hæc hactenus. Nunc ad historiæ seriem redeamus.

Qualiter causa episcopi vsq; ad generale concilĩ dilata est, & de hæretico per Eum. CAPVT LIIII.

DVm ita per aliquot dies, iam sæpedictus eps corã summo pontifice de fide sua in ciuitate Parrhisius discuteret, sentiẽs papa, vtpote vir cautus & religiosus causæ difficultatẽ, protelandã eam vsq; ad vniuersale concilĩ adiudicauit. Erat em in proxima mediane Quadragesimæ dñica, apud illius Gallię metropolim Remis generale indictũ cõcilĩ, tam ex eo q; prætaxatus papa p̃secutionẽ populi sui declinando, in Gallijs morabatur, q̃ ob hoc q; quidã pene laicus hæretici honorẽ in vaccis populoꝝ affectans, examini ecclesiæ reseruandus in vinculis tenebat. Iste in angulis Galliæ, i. circa Britanniã & Guasconiã, eo q; remotis ibi a corde Franciæ populis, simplicitas, vel potius (vt ita dixerim) stulticitas, cui facile error obrepere solet, habundat, verbũ prędicationis assumpserat, eumq; tanq; dei filium se nominans, multã post se rudis populi traxit multitudinẽ, dicens q; ipse esset per quẽ omnis oratio concludit, cũ dicimus, Per eum &c.

De condemnatione eiusdem Eum, & de gestis concilĩ, ad quod nuncij Henrici iunioris Romanoꝝ regis venerũt. CAPVT LV.

HAgitur voluente tẽpore, cũ eadẽ mediana Quadragesima aduenire, dũq; a Turcis populi dispersi Hierusalẽ tendentes per altũ nauigaremus æquor, in basilica dei genitricis, semperq; virginis Mariæ, Remis, præsidente summo pontifice Hugenio, sedit concilĩ, p ductus fuit ibi, vt fingere liceat, cũ scriptulis suis prædictus Eum, vir rusticanus, & illiteratus, nec hæretici noĩe dignus, ac p̃ cõtumaci fatuitate, vel fatua cõtumacia sua puniendus, Sigerio abbati. S. Dionysij, qui regni negocia ob absentiã regis in occidentali Francia, iuxta illius cœnobij prærogatiuã, administrabat, cõmissus, ab eoq; artæ custodiæ mancipatus, vitã in breui finiuit. Venerũt ad p̃dictũ concilĩ cũ bulla aurea nuncij iunioris Romanoꝝ regis Henrici, tam de sublimatione sua ad imperiũ Romano pontifici significantes, q̃ de tribus fratribus Polonię, qui electo quarto, & seniore, ducatũ intra se diuiserant, ac de episcopis illius prouinciæ, qui sup hoc patri ipsoꝝ iuramẽtũ præstiterant, querimoniã facientes. Famæ quoq; malum omnibus motabilibus velocius, iuxta illud, Fama malũ, quo nõ aliud velocius illum Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo, immensitatẽ sali ex naturæ suę celeritate transuolans, de expeditionis nostrę euentu certa promens indicia, in auribus, oreue omniũ ibi versabatur.

Vergi. 4. Aenei.

Quomodo episcopus Gilibertus post concilĩ discussus est, & respõsio eiusdem, & qualiter Gallicani episcopi conuenientes, fidem suã in scripto digesserunt. CAPVT LVI.

TAq; finita synodo, salutiferisq; ad innouationẽ seu confirmationẽ antiquoꝝ ibidẽ, p mulgatis decretoꝝ capitulis, prudẽtiores & viciniores, ad causam epi Giliberti terminandã reseruant. Decursa medianæ quadragesimæ ebdomada, sacroq; dñicæ passionis tẽpore in choante, eps Pictauinus, manente adhuc summo pontifice Remis, rursus ad iudiciũ trahit. in cubiculo vbi vrbis eps cũ senioribus sedit, vocat. & ab eo qd de fide sanctæ Trinitatis sentiat, subtiliter interrogat. Ille ortodoxoꝝ patrũ, quas nõ in scędulis, sed in corpore librorꝝ integras attulerat, legi facies auctoritates, eandẽ se quã illi fidẽ tenere asserebat. Cũq; huiuscemodi sermone, seu legẽdi p̃lixitate dies detineret, tanq; tedio affectus Romanꝰ inquit Antistes. Multa frater dicis, multa, & ea fortassis quæ a nobis nõ intelliguntur, legi facis. Sed simpliciter a te cognoscere velim, an ne illã summã essentiã, qua tres psonas profiteris vnũ deũ, credas esse deũ. Qui diutina collatione fatigatus, minus p̃meditate respondit, Nõ. Quod dictũ mox ab eius ore raptũ notarius excepit, scribẽs in hũc modũ, Eps Pictauiensis scripsit, & dixit, q; diuina essentia nõ est deus. In cõmentario em sup Boetiũ de Trinitate, vbi auctor theologica a naturalibus p̃dicamẽta discernens, inter cætera posuit, Substantia qua deus est, iste apposuit, nõ quæ deus est, id est vt nõ ad subsistentẽ, sed ad subsistẽtiã referat. Sicq; in hæc verba cõuentus ea die dimittit. Epus totũ quod superfuit illius diei spatiũ, cũ nocte sequẽte, amicos suos ex cardinalibus, quos habuit nõ paucos circuit. In crastino ipso denuo corã summo põtifice in causa posito recitatur scriptũ, cuius vt ab eo reddat ratio, exposcit. Ipse se hoc nõ simpliciter cõcessisse asserebat. Diceb at em hoc nomen deus, quãdoq; in designatione naturæ, qñq; in designatione psonæ vnius etiã poni. In designatione naturę, vt cũ dicit, Deus tuus vnus est. Personæ vt cũ dicit, Pater est deus, filius est deus. Personę & vnius tantũ de tribus, vt ibi Ascẽdit deus in iubilatione. q̃d de persona filij dictũ esse nemo ambigit. Quare & aiebat se, diuinitatẽ esse deũ, i illo tantũ sensu cõcedere, quo deus ponit p̃ natura. In eo vero absolute cõcedere nõ audere, quo p̃ qualibet personarũ hoc nomen deus accõmodatur. ne videlicet si indeterminate profiteret diuinitatẽ esse deũ. i. quãlibet personarũ, cogeretur sine determinatione cõcedere quicquid de qualibet personarũ, & de essentia. sicq; in hanc incideret absurditatem, vt sicut persona filij, ita diuinã essentiã indeterminate incarnatã, passam confiteret. Ex qua absurditate facile sensus hereticus, iuxta Sabellĩ emergeret, vt eadẽ res diceret & generans, & genita, & eadẽ seipsam genuisse. Q̃ autẽ inter naturã & psonã nõ mathematica abstractione, sed theologica cõsideratiõe, quoquo modo diuideret ratio, & ratione, & auctoritate probare nitebat. Ratione, ne videlicet iuxta Arriũ, sicut personarũ, ita & pluralitatẽ admitteret essentiarũ. vel secundũ Sabellĩ, ad essentiæ singularitatẽ, christianæ fidei religio pluralitatẽ restringeret personarũ. hac Theoderici contra Sabellĩ vtens auctoritate. Oportet ergo desyderantẽ spirituales diuitias, & volentẽ christianoꝝ dogmata vendicare, rerum nõ ignorare proprietatẽ, ne forte aliud pro alijs intelligens, circa dogmata peccet. Qui em naturã & personã idem esse intelligit, aut in diuisionẽ Arrij incidit, aut in confusionẽ Sabellij. Et illa Hilarij. Discerne igitur o hæretice spiritũ Christi ab spiritu dei, & excitati a mortuis spiritũ Christi a spiritu dei Christũ a mortuis excitantis. Et quæro nunc, in spiritu dei vtrũ naturã, aut rem naturæ significatã existimes? Non idem est em natura, quod naturæ res est. Sicuti non

Psalm. 47.

idē est homo, & ꝙd hominis est, nec idē ignis, & quod ipsius ignis est. & ſcd'm
hoc nō idem est deus, & quod dei est. Itē ꝙ nō natura, sed filij ꝑsona carnē susce
Ioan. 1. pisse credēda sit, hac auctoritate Toletani cōcilij ostēdit. Solū verbū caro factū est, & habitabit in nobis. Et cum tota cooperata sit trinitas formationē susceptī hominis, quoniā inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamē accepit hominē in singularitate personæ, nō vnitate diuinæ naturæ, id est, id quod est propriū filij, nō quod cōmune trinitati. Quā auctoritatē cū determinare vellet Clareual lensis abbas, aliqua vetba quæ cardinalibus displicerent, protulit. episcopo Pictauino dicente, & hoc scribaſ. Ad quod ille respondit, Scribaſ stilo ferreo, vngue adamantino. Moxꝙ ad publicū progressus, omnes quos poterat conuocauit. Ibi cū archiepiſcopis, virisꝙ religiosis, & eruditis, cōtra quattuor prędicta, quæ Pictauino eꝑo imponebanſ capitula, fidem suam in hunc modū, ipse cum alijs, & alij cū ipso exposuerunt. ¶ Credimus simpliciter naturā diuinitatis esse deum, nec aliquo sensu catholico posse negari, quin diuinitas sit deus, & deus diuinitas. Si vero dicit, sapientia sapientē, magnitudine magnū, æternitate æternū, vnitate vnū, diuinitate deum esse, & alia hmōi. credamus nō nisi ea sapientia quæ est ipse deus, sapientē esse, nō nisi magnitudine quæ est ipse deus, magnū esse, nō nisi ea æternitate, quæ est ipse deus, æternū esse, nō nisi ea vnitate, qua ipse est, vnū esse, nō nisi ea diuinitate deum, quæ est ipse, id est seipso sapientē, magnū, æternū, vnū deum. ¶ Cū de tribus ꝑsonis, patre, filio, spiritu sancto loquimur, ipsas vnū deū, vnā diuinā substantiā fatemur esse, & econuerso. Cum de vno deo, vna diuina substantia loquimur, ipsum vnū deū, vnā diuinam substantiā esse tres personas profitemur. ¶ Credimus solū deum patrē, & filiū, & spiritū sanctū ęternū esse, nec aliquas omnino res, siue relationes, siue proprietates, siue singularitates, vel vnitates dicantur, & huiusmodi, alia a deo esse, quæ sint ab æterno, & non sint deus. ¶ Credimus ipsam diuinitatem, siue substantiā diuinam, siue naturam diuinam dicas, incarnatam sed in filio esse.

Quod Cardinales Romanæ ecclesiæ de hoc indignati sunt, & oratio eorum contra papam Eugenium, & quomodo tandem hæc contentio finem habuerit, & quomodo Gilibertus episcopus euaserit. CAPVT LVII.

QVod Gallicanæ ecclesiæ factū tam grauiter sacer cardinalitū sena tus accepit, vt cū magna mētis indignatione curiā intraret, ac tanꝯ vnum corpus effecti, vna omnes voce pontifici suo dicerent. Scire debes, ꝙ a nobis, per quos tanquā per cardinales vniuersalis ecclesiæ voluitur axis, ad regimē totius ecclesiæ promotus, a priuato vniuersalis pater effectus, iam deinceps te nō tuū, sed nostrū potius esse oportere. nec priuatas & modernas amicitias antiquis & cōmunibus præponere, sed omniū vtilitati cōsulere, Romanæꝙ curię culmen ex officij tui necessitudine curare, & obseruare debere. Sed quid fecit abbas tuus, & cū eo Gallicana ecclesia? qua frōte, quo ausu ceruicē cōtra Romanæ sedis primatū & apicē erexit? Hæc est ēm sola quæ claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Ipsa sola de fide catholica discutere habens, a nullo etiā absens, in hoc singulari honore præiudiciū pati potest.

Sed ecce Galli isti, etiā faciē nostrā cōtemnentes, super capitulis quæ his diebꝰ nobis assidentibus agitata sunt, tanꝯ finiturę sentētię vltimā manū apponēdo nobis incōsultis fidē suā scribere præsumpserūt. Certe si in oriente, vtpote Alexandria vel Antiochia, corā omnibꝰ patriarchis hmōi tractaret negociū, nihil firma stabilitate solidū, sine nostra diffiniri valeret auctoritate, quinīmo iuxta antiquorꝫ patrū instituta vel exempla, Romano seruaret examini terminandū, quō ergo isti in nostra præsentia vsurpare audēt, quod etiā remotioribus & maioribus nobis non licet? Volumus igit huic tam temerariæ nouitati celeriter assurgas, ipsorūꝯ contumaciā punire nō differas. Quos Romanus pōtifex blando mitigans eloquio, abbate ad se vocato, de hoc facto, qualitateve facti sollerter inquirit. Cui ille humiliter, & cū reuerentia respondit, se vel dños eꝑos nihil de præfatis capitulis diffinisse, sed quia ab eꝑo Pictauino audierat, vt fides sua scriberet, idcirco quia solus nollet illorꝫ auctoritate, ac testimonio simpliciter se quod sentiret, exposuisse. Hoccꝯ tam humili, cꝯ modesto ipsius respōso, ꝑdicta cardinaliū indignatio cōquieuit, ita tñ vt præfatū scriptū tanꝯ incōsulta curia prolatū, velut auctoritatis pondere carens, pro symbolo in ecclesia, quod in cōcilijs cōtra hereses cōgregatis fieri solet, nō haberet. Benedictus ꝑ oīa deus, qui sic ecclesiæ suæ, spōsæ suę prouidit, ne vel summa mēbra a capite suo dissiderēt, vel tantus religiosārū, & discretarū ꝑsonarū numerus Gallicanæ ecclesiæ aliꝙd iudicij pondus a sede Romana reportans, schismatis nō parui occasio esset. Hęc pauca ex multis de illius concilij agenda dixisse sufficiat, hoc tñ apposito, ꝙ de tribus capitulis ꝓpter p̄missam tumultuationē nihil diffiniri potuit. Nec mirū, in quarto ēm nō multū ab alijs discordabat eps Gilibertus, cū illi ꝓfiterent naturā incarnatā, sed in filio, iste ꝑsonā filij incarnatā, nō sine sua natura. De prędicatione ꝑsonarū quid diffinirēt, cū eius vsum quidē, quid scilicet ꝓprie p̄dicari diceret ab alijs magistris etiā in naturalibus alienū, nō haberēt. De ꝓprietatibꝰ an ꝑsonæ essent, tā ob p̄dictā causam, cꝯ ob theologicas rationes, quæ hincinde habenſ, suppressum est. De primo tm̄ Romanus pōtifex diffiniuit, ne aliqua ratio in theologia inter naturā & ꝑsonā diuideret, ne ve deus diuina essentia diceretur ex sensu ablatiui tantū, sed etiā noīatiui. Vnde adhuc a ꝓbatioribꝰ eiusdē eꝑi auditoribus teneſ, ne ratio ibi discernat in intelligendo, sed in dicēdo. Eꝑus vero præmissam summi pōtificis sententiā reuerēter excipiēs, archidiaconibus suis in gratiā receptis, cū ordinis integritate, & honoris plenitudine, ad ꝓpriam diocesim remeauit. Vtrū autē p̄dictus abbas Clareuallensis in hoc negocio ex humanę infirmitatis fragilitate, tanꝯ homo deceptus fuerit, vel eꝑus tanꝯ vir literatissimus ꝓpositū astute celando, ecclesiæ iudiciū euaserit, discutere, vel iudicare nostrū nō est. Quod eī sancti & sapientes viri, corruptibili carne circūdati, frequēter in talibus fallanſ, & nouis, & antiquis probaſ testimonijs. Nam vt de illo taceam, quod beatus Gregorius sancto Dauid, in quē spiritus dñi directus asseritſ, ad patriā, a qua a filio propulsus fuerat, reuertenti a seruo Miphiboset cū xenijs occurrenti surreptū, inducit exemplo. Christianis tēporibus beatus Epiphanius Salaminæ Cypri eps, tam eximiæ, vt mortuū quoꝙ suscitaret, sanctitatis, aduersus Ioannē Crisosthomū, cuius hodie in ecclesia viget memoria, tam acriter ab æmulis induci potuit, vt eū in ꝓpria ciuitate declinās, cōicareꝙ nolens, etiā populū sibi cōmissum, quantū in ipso fuit, cōtra illū cōcitaret. Quod ī priori nostra ex triptita sumptū historia plenius dictū est. Hactenꝰ ista.

De exercitu nostro,& rege Francoꝝ, vbi in transmarinis applicuerit, & quãdo Hierosolymã venerit,& de rege Conrado, & de præfato rege Lodouico,qualiter & vbi se inuicẽ viderint. CAP. LVIII.

DVm hęc & hmõi agunt̃ in Gallia,exercitus noster (vt supra dictum est)nauigãdi labore dispersus pelagus operiebat, quolibet prout poterat,& quãdo diuersa ꝑ loca litus attingere conante. Nam Ludouicus Francoꝝ rex iuxta Antiochiã patrui cõparis suæ principis terrã circa mediã quadragesimã applicuit,in eo loco qui portus.S.Symeonis vocat̃, alijs ex nostris apud Ptolomaidã,quæ & Achon,alijs apud Tyrũ & Sidonẽ,in Sarepta oppido Sidonioꝝ, nõ sine naufragij metu optatũ portũ capientibus, nõnullis ipsum naufragiũ passis, quibusdã aquis absorptis, cæteris seminudis euadentibus. Illi ergo qui tam mature applicuerant, circa palmas ciuitatẽ sanctam intrauere,dñicam passionẽ,sanctãq; resurrectionẽ,singula loca vbi hęc facta sunt,circũeundo,ac vt dicit̃,oculo ad oculũ videndo,cũ multa cordis deuotione celebrantes. At Conradus Romanoꝝ princeps,habens adhuc in comitatu suo ex principibus Ortlibũ Basiliensem epm̃,Arnaldũ cancellariũ suũ, Fridericũ ducẽ Sueuoꝝ,Henricũ ducem Baioarioꝝ,Guelfonẽ ducẽ,alios comites, virosq; illustres & nobiles,in ipsa paschali ebdomada Ptolomaidæ applicans,ac post paucos dies Hierosolymã veniens,in magna cleri & populi iocunditate,cũ ingenti honore suscipit̃. Mortuus tunc fuit in comitatu regis vir clarissimus Fridericus,Ratisponensis ecclesiæ aduocatus,ac ad vrbẽ sanctã deportatus, & in cœmitetio militũ templi nõ longe ab antiquo templo dñi sepultus. Rex per aliquot ibi dies in palatio templariorum, vbi olim regia domus, qua & templũ Salomonis,constructa fuit,manẽs. & sancta vbiq; loca peragrans, per Samariã & Galileã Ptolomaidã redijt, omnes aduentantes quos poterat milites,pecunia ad remanendũ inducens. Conuenerat em̃ cũ rege illius terræ,& patriarcha,militibusq; templi circa proximũ Iuliũ,in Syriã ad expugnationẽ Damasci exercitũ ducere. Qua de re multa large dispersa pecunia, militẽ quẽ tunc poterat collegit.Rex etiã Franciæ Ludouicus idem pro posse suo sectãs, de Antiochia reuersus, apud Tyrũ manebat. Ambo itaq; inter Tyrũ & Ptolomaidã, in loco qui Palma nomen a re sortitus appellatur, mense Iunio circa natiuitatẽ S.Ioannis Baptistæ cõueniunt,, de die,loco,vbi,& quando exercitus instauraretur ordinantes. Nondũ tamẽ ex tot, & tantis attritionibus fastus inter eos regalis decoctus conquieuerat. Vnde quẽ & prouentũ, & euentũ hæc quoq; Damascena sortita fuerit expeditio,alias,& fortassis ab alijs dicenda erunt.

De reditu regis Conradi, & q̃ Fridericum ducem ante se remisserit. CAPVT LIX.

EXpleta vero hac expeditione, principes ad propria redire disponũt Romanus quidẽ per Græciã,alter vero per Calabriã & Apuliã. Itaq; Conradus Romanoꝝ princeps, naues apud Ptolomaidã ingressus, ac per æquor nauigans, fratrẽ & amicũ suũ Manuel, Regiæ vrbis principẽ,in Achaiæ seu Thessaliæ finibus inueniens adijt. cũ eoq; tanꝺ ex longa via fatigatus,laboribusq; fractus,& nõ modica infirmitate correptus, ꝑ aliquot tẽporis spatiũ quieuit.Ibi de reditu ordinans, Fridericũ ducẽ fratris sui

filiũ,ad cognoscendũ,vel potius ad corroborandũ imperij statũ præmisit. Qui per Bulgariã,Pannoniãq; iter faciens,mense Aprili ad ꝓpria redijt,& illo q̃sdã ex proprijs ministerialibus suis pro bono pacis, boni iudicis exercens officium suspendio peremit.Porro patruus suus rex,transactis aliquot quibus in Græcia quieuerat diebus,habens secũ prædictũ Basiliensem episcopũ,& cancellarium Arnaldũ, fratrẽq; suũ Noricoꝝ ducẽ Henricũ. Nam Guelfo dux per Calabriã, & Apuliã reuersus fuerat,per Illyricũ,Dalmaticũq; remigans æquor,in ꝓprijs imperij sui finibus apud Polam Histriæ ciuitatẽ applicuit. ibiq; sonipede insidens,ac per Aquileiam transiens,in Iuuauia,quæ nunc Saltzeburga dicta, Baioariæ metropolitana sedes esse nosc̃it̃,Pentecosten celebrauit,expletis ab eo,q̃ idem festum in Pannoniæ finibus egerat,duobus annis. Inde Ratisponæ cum magna principũ frequentia curiam celebrauit.

Excursus ad excusandũ euentũ illius expeditionis. CAPVT LX.

ROrro quia nõnulli ex pusillis ecclesiæ fratribus scãdaliçati mirant̃, mirando scandaliçant̃,de prætaxatæ nostræ expeditionis labore,q̃ tam arduo & bono inchoata principio,tam humilem,& nõ bonum exitũ acceperit, ipsis hoc modo respondendũ videt̃. Nihil vere dici bonũ potest,illo solo excepto,qui nõ aliunde,sed ex se habẽs quod est,& verissime esse,& verissime bonus esse dicit̃,iuxta illud. Nemo bonus, nisi solus deꝰ. Marci.10. Cætera vero ab eo,nõ ex ipsius essentiæ sectione, sed ex eiusdẽ bonitatis denominatione bona dicunt̃. Quicquid autẽ in naturalibus bonum vocat̃, aut id fit simpliciter,aut sc̃m quid. Sed si simpliciter fit,tunc datũ naturæ dicit̃,sicut cõcessum gratiæ donũ,iuxta illud. Omne datũ optimũ, & omne donũ perfectum Iacobi.1. de sursum est. Ipsum vero datũ naturæ, quod simpliciter bonũ diximus, velut in ciuili facultate generalissimũ,per donũ gratiæ tanꝺ per differentiã ad constituendam quodãmodo speciẽ informat̃. Sed q̃ aliqua dicimus iusta,sobria. Cũ ergo aliqua simpliciter in natiuis bona dicunt̃,proculdubio bonũ naturæ intelligitur. Vnde dictũ est. Vidit deus cuncta quæ fecerat,& erãt valde bona. Quo Gene.1. modo lapis & lignũ erit bonũ. Cũ autẽ ad eius proximã speciẽ descẽdimus,vniuersalitate generis per specificã differentiã,quã donũ gratiæ diximus,ad rationalẽ restricta naturã, illam tantũ solemus dicere iustam vel sobriã, nunq; vero lapidẽ,sicut bonũ,sic vocamus sobriũ vl̃ iustũ. Denicq; vt verbis Boetij in libro regularũ vtar,qui bonũ generale,iustum speciale ponens,adnectit. Nec species descendit in omnia,id est vt de omnibus quę supponunt̃ generi prędicet̃. Ita ex opposito dicere licet,q̃ genus ad ea tantũ ad quæ species prædicatione sua non cõtrahat̃.Iuxta logicoꝝ em̃ regulã, Methodus a genere ad destruendũ,a specie valet ad construendũ. Sicut ergo cũ simpliciter aliquid bonũ dico,naturæ datũ quod velut vniuoce de suis speciebus prædicat̃, intelligo. sic cum sc̃m quid aliquid bonũ assero,vtilitatẽ potius q̃ naturæ fontẽ intueor. Quo vsu eius acceptio ad infinita equiuocat̃. Hinc dicimus equũ bonũ ex vsu vectigandi,vestem bonã ex vtilitate induendi, alimentũ bonũ ex emolumento nutriendi. Itẽ eadẽ ratiõe quod alteri speciei bonũ, alteri asserit̃ malũ. Verbi gratia. Iusquiamũ alit passerẽ,necat hominẽ. Eadẽ quoq; res alia consideratione eiusdẽ speciei cõtentis,vel etiã eidẽ singulari erit bona,& erit nõ bona. Vnde & solemus dicere,bonũ est isti calorẽ febrilem sentienti bibere aquam, bonũ est illi propter infirmi-

1.Timot.5. tatem stomachi,iuxta Apostolũ,modico vino vti.Nec ex hoc sequitur, si scd'm quid bonũ ísti,vel illi simpliciter esse bonũ, sicut nõ sequiẽ,si æthiops est albus dente,ergo est albus.vel ecõuerso,nõ est niger dente, ergo non est niger. Quod etiã ex diuinæ paginæ vsu patet.Velut cũ dicimus,nõ erat bonũ Iudeis, vel Iudæ Christũ tradere,vel crucifigere,& si nobis esset bonũ.Sicut vero in humana philosophia,albũ habere dentẽ,nõ aufert æthiopi esse nigrũ,sic in diuina pagina malũ Iudæoꝝ nõ demit vniuersitati passionẽ Christi nõ esse bonã. Ex quo fit a simili propter eandẽ causam,de prædicta nostra expeditione, ꝙ si non fuit bona ꝓ dilatatione terminoꝝ,vel cõmoditate corpoꝝ,bona tñ fuit ad multarꝝ salutẽ animarũ.sic tamẽ vt bonũ nõ pro dato naturæ, sed pro vtili semper accipias. Et ex eo vsu hæc emergat subdiuisio,vt sicut supradiximus, bonum qñq; simpliciter dici,quandoq; scd'm quid.& quando scd'm quid dicit̃,ad diuersum vsum vtilis equiuocari,ita hoc bonũ,idem vtile,qñq; simpliciter,qñq; secundũ quid vocari. Quãuis si dicamus sanctũ illũ abbatẽ spiritu dei ad excitãdos nos afflatũ fuisse,sed nos ob superbiã,lasciuiãq; nostrã salubria mandata non obseruantes,merito rerũ,personarũve dispendiũ deportasse,non sit a rationibus,vel antiquis exemplis dissonũ.quanq; & spiritus ꝓphetarũ nõ semper subsit ꝓphetis.Qualiter vero prædictus bonus vir ei libro, quẽ Eugenio papæ de consideratione scribens super hac re,ad excusationẽ sui apologeticũ interseruerit,curiosus rerum indagator inuenire potest.

Quomodo, & quibus epistolis idem rex a papa Eugenio exceptus sit. CAPVT LXI.

QVomõ autẽ Eugenius papa Romanoꝝ principẽ de tam graui tribulatione redeuntẽ,paternis consolationũ verbis exceperit, subter annotatum est. ¶ Eugenius epũs,seruus seruoꝝ dei,charissimo in Christo filio Conrado dei gratia Romanoꝝ regi illustri, Salutẽ,& apostolicã benedictionẽ.Cũ in hoc mundo cuncta mutabilitatis ordo corrumpat,sicut nec prosperis eleuari,ita nec frangi aduersis,cõfidentes de diuina miseratione,debemus,quia dei & hominũ mediator admiranda dispensatione cõsueuit omnẽ filiũ quẽ recipit, aduersitatibus flagellare, vt dum ipm per amorẽ
Hebre.12. ad æterna præmia vocat,præsens mundus eius animũ pturbationes quas ingerit,a seipso repellat.tantoq; facilius ab huius sæculi amore recedat, quanto magis impelliẽ,dum vocatur.Quod in Israelitico populo, Moyse vocante & Pharaone signañ,Moyses nãq; tunc ad vocandũ missus est, cũ Pharao duris eũ operibus perurgebat,quatinus alter vocãdo pertraheret,alter impelleret sæuiẽdo, vt plebs in seruitio turpiter fixa,vel prouocata bonis,vel impulsa molestijs moueretur.Hoc itaq; ratiõis debito incitati,discretionẽ tuã cõmonemus,& exhortamur in dño,quatinus tribulationes,quas tibi & exercitui tuo omnipotẽs deꝰ irrogauit,patiẽter supportes,& in eo spem tuã constituas, qui quẽ vult pmittit affligi,& confidentes in se, misericorditer liberare cõsueuit. Si em̃ patientiã,& humilitatẽ in aduersis perfecte tenueris,per desertũ huius vitæ,sub ꝓtectiõe columnæ nubis & ignis,id est patientiæ solatiũ,& charitatis ardore intrepidus ꝓduceris.Quia igit̃ personã tuã vera charitate diligimus, & de te valde confidimus, si post tuũ reditũ sine delatione, de his quæ ad honorẽ sanctæ ecclesiæ, & regni spectare noscunt̃, tecũ mutuis potuissemꝰ tractare colloquijs, nobis vtiq;

gratũ fuisset.Verũ qa id nobis tpis q̃litas denegauit,& de tua salute sumus solliciti, q̃sdã de fratribꝰ nr̃is, postq; te ad Lõgobardię partes auctore dño incolumẽ pueníse accepimus,sicut ꝓ venerabiles frẽs nr̃os, Artuuicũ Bremensem archiepm & Anshel.Hamelburgẽ.epm tibi significauimꝰ,ad tuã serenitatẽ duximus destinãdos,vt affectũ & beniuolẽtiã, quã erga te gerimus, tibi exponerẽt, & q̃dde te audire cupimus,ipsoꝝ relatiõe noscerem̃us.Quibꝰ dedimus ĩ mãdatis,vt tibi tanq; charissimo filio nostro, & catholico pricipi, atq; speciali Romanæ sanctæ ecclesiæ defensori,ipsius ecclesiæ statũ,& nostrũ exponerẽt. Qui siquidẽ in Tusciã vsq; progressi, exquo te ad Teutonicas partes ꝓtransisse nouerũt lõgitudinẽ viæ,& difficultatẽ itineris ꝓpter æstatis intẽperiẽ metuentes,ad nostrã præsentiã redierunt. Cæterũ quia statũ tuũ, & dilecti filij nostri Henrici iunioris regis, quẽ post discessum tuũ paterno affectu dilexerimꝰ, & in posterũ actiones eius ꝓsperari in dño ꝓptamus, cognoscere cupimus, cũ fratres nostri ꝓpter æstatis feruorẽ,laborẽ tanti itineris perficere nõ valerẽt, per fidelẽ nostrũ Franconẽ latorẽ ꝑsentiũ, & apostolica scripta tuã excellentiã visitãtes, nobilitatem tuam monemus,& exhortamur in dño, quatinus ea quæ circa te & ipm geruntur,& statũ regni,per eundem Franconẽ nobis studeas intimare, & hoc tpe deuotionẽ quã erga matrẽ tuam sanctã Romanã ecclesiã geris,ostendas, vt nostro respondere affectui congrue videaris, & beati Petri apostoloꝝ principis intercessionibus,cui te totũ debes exponere, creatoris nostri largiorẽ debeas gratiam promereri.Datũ Tusculˀ.viij.calen.Iulij.

De obitu Henrici iunioris regis, & Hartliebi Traiectensis episcopi, & Arnaldi Colonien sis epi. CAPVT LXII.

CIrca idẽ tẽpus filius regis Henricus,quẽ ipse,vt supradictã est, ꝓ electionẽ principũ regẽ ordinauerat,diem obijt,habens adhuc aliũ fratrẽ paruulũ noĩe Fridericũ. Ea quoq; tẽpestate in inferiori Traiecto Fresiæ vrbe, Hardelebo eiusdem ecclesiæ pontifice obeunte, graue schisma ibidẽ oritur, quibusdã Fridericũ Adulfi comitis filiũ, alijs Hermannũ ecclesiæ.S.Gereonis in suburbio Colonien si sitæ præpositum,in illius ecclesiæ præsulẽ eligentibus.Illi vero qui Hermannũ elegerant,alios ꝓoccupantes principẽ apud Noricũ castrũ adeunt,ab eoq; inuestiturã regaliũ suscipiũt.Quos altera pars in ciuitatẽ Galliæ Spirã subsecuta, inducias ab eo vsq; ad proximos dies Rogationũ in palatiũ Nouiomagẽsem accepit. Inter hæc Arnaldus quoq; Colonien sis archiep̃s, vir ad oĩa ecclesiastica & sæcularia negocia inutilis vitã finiuit.Igitur Conradus rex tam de subrogatione Coloniẽsis, ꝙ sup determinatione illius cõtrouersiæ,quæ in Traiectensi ecclesia agitabaṫ,examẽ laturus,inferiores Rheni partes adijt, habens secũ ex Baioaria Ottonẽ Frisingensem,ex Saxonia Albertũ Misinẽsem epos.Cũq; ad Bobardiã villã regalẽ, in territoriũ Treueroꝝ sup Rhenũ positã venisset,legatos obuios habuit,nunciantes Arnaldum cancellariũ suũ in præfata Colonien si ecclesia electũ esse, sed eũ huius rei assensum vsq; ad aduentũ ipsius distulisse.Quod verbũ gratãter rex accepit, ac inde extra viam paulisper digrediens, duas arces fortissimas, quarũ altera sup Mosellã Cohina,altera sup Rheni litus posita Rinecca dicebaṫ,expugnauit,in Cohina præsidia ponẽs, alterã igni tradẽs. Ibi p̃nominatũ Colonien sem electũ excipiẽs,cũ eoq; ad inferiora descendẽs,capellã operosam,quã ille non longe a

Colonia in ꝓprio fundo constructerat, a prædictis quos secũ duxerat epis, cõsecrari fecit. Inde naues ingressus, ac per Rhenũ remigans, Coloniã Agrippinam venit, cũ maximo cleri ac populi tripudio susceptus. Igit finita, vt assolet, ꝓcessionis solennitate, rex in principali. b. Petri ecclesia sedens, Arnaldum renitentẽ valde & reclamantẽ, pontificatus simul & ducatus regalibus inuestit, sicq; ad Nouiomagense palatium Traiectensiũ causam iudicaturus venit. Traiectẽses Fridericũ in ciuitate nõ sine fastu habebant, Hermanno eiecto. Itaq; conductũ primo de ꝓsonarũ incolumitate petẽtes, cũ magna multitudine nauiũ a Rheno per Vual fluuiũ, qui ab eo scissus ipsius brachiũ esse nosci, veniunt. Quos rex in causa ponens, ad pacẽq; cũ aduersarijs suis sine litis cõtestatiõe reuocare volens, cũ hoc modo ꝓcedere nõ posset, tandẽ eis iuris districtionẽ obtulit. Illi viaticũ redeundi postulauerunt, dicentes se eo ꝙ causa ipsa tanq; ecclesiastica ad ecclesiasticũ iudicẽ, i. ad aures summi pontificis translata esset, respondere coram cincto iudice nõ posse. Cõtra quos vtpote aduersus Romanũ principẽ agentes maiestatis reos, quia incõtinenti semp̃ præstitũ cõmeatũ vlcisci nõ valuit, acerba rex vsus cõquestione, mox etiã pro huius temeritatis debita vindicta sumenda, ad ciuitatẽ ipsoꝝ processisset, nisi ꝙ propter quorundã Noricoꝝ comitũ insolentiam, in eandem reuocabatur prouinciam.

Conradus rex ad inferiores Rheni partes proficiscit, & quõ post auditã causam Traiectensiũ, Baioariã ingressus est, & ibi omnibus bene cõpositis Babenbergæ diẽ obijt. CAPVT LXIII.

Igitur proximũ Pentecosten in Confluentia, vbi & nũtios regis Hispanoꝝ, iamdiu secum moratos dimisit, sub corona incedendo celebrans, Baioariã ingredit. Ratisponæq; curiã habens, duos ex Cardinalibus Romanæ sedis legatos, Iordanũ scilicet, & Octauianũ obuios excepit. Post hæc Palatino comite Ottone ob filioꝝ suorũ excessus ꝓscripto, vicinũ eius castrũ Cheleheũ dictũ, rapido Danubij fluminis ambitu clausum obsidione cingit, eumq; ad hoc vt vnũ filioꝝ suorũ obsidẽ daret, coegit. Inde in Gallias rediens, Traiectensiũ negotiũ reuocatis omnibus ad subiectionẽ Hermanni, cũ imperij honore terminauit, ac ne aliquis in posterũ eius facti scrupulus haberet, a Romana sede ratihabitionẽ obtinuit. Ipse vero nõ multo post omnibus bene in Gallia & Germania compositis, cũ etiã iurata expeditione in proximo imperij coronã accepturus esset, nõ sine suspitione quorundã, quos ex Italia habuit, medicoꝝ, quasi ex Rogerij Siculi metu submissoꝝ morbo corripit, sicq; tñ tãto nõ fractus infirmitatis dolore, curiã celebraturus, Babenberg venit, vbi cũ multoꝝ planctu raptus, prioris fortitudinis in vltimo discrimine retinens animũ, proxima a capite ieiunij sexta feria, i. xv. Calen. Martij vitã finiuit. Regalia duci Friderico cũ vnico suo itẽ Friderico cõmẽdans. Erat em̃ tanq; vir prudẽs de filio suo adhuc paruulo, ne in regẽ sublimaret, quasi desperatus, idcirco & priuatæ & reip. melius ꝓfuturũ iudicabat, si is potius qui fratris sui filius erat, ob multa virtutũ suarũ clara facinora, sibi succederet. Volẽtibus vero familiaribus suis, iuxta eius, vt asserebant, petitionẽ eũ ad Laureacense monasteriũ deferre, ibiq; in proprio fundo iuxta patrẽ humare, Babenbergensis ecclesia hoc cõtumelioſum sibi fore iudicans, nõ permisit, quinimo cõueniẽtissimũ, & honestissimũ & ecclesiæ illi, & imperio decernens, iuxta tumbã imperatoris

Henrici, eius loci fundatoris, qui nup̃ auctoritate Romanæ ecclesiæ in loca sancta leuatus, pro sancto habet, regio cultu eum sepeliuit. Hæc & alia Augustorũ inuictissimæ excellentiæ tuæ scribunt. quædam tibi vt tibi, quædã tibi, sed nõ vt tibi. quæ acutus clericoꝝ tuorũ discernere debebit oculus. Verũ quia iuxta quod proposui, decursis summatim aui, patris, patruiq; tui, non sine aliqua tui mentione factis, ad tua principaliter gesta venimus, huic primo volumini, qui escendi paulisper causa, finem imponere liceat, vt ad ea quæ de tua dicẽda erũt magnificentia, facilius resumatur spiritus.

PROLOGVS IN SECVNDVM LIBRVM.

Non sum nescius imperatorũ, seu regum decus, dum gestoꝝ tuorum magnificentiã prosequi conor, crebrescentibus victorijs stilũ materiæ succubiturũ. Inter duo tamẽ, vt ita dixerim, mala melius fore iudicaui, minus dicendo a materia opus superari, q̃ cuncta tacẽdo gloriosa facta silentio tecta, deperire. Verũ quia priorẽ libellum vsq; ad regni, seu imperij tui ortum in obitu glorioſissimi patrui tui Cõradi regis terminaui, huic Secundo operi de tui principatus gloria contenturo, tale deo fauente, imponatur initium.

De electione Friderici ducis Sueuoꝝ (qui fuit fratruelis Conradi regis) ad imperium. CAPVT PRIMVM.

Anno ab vrbe condita. M. Dccc. ab incarnatione vero dñi. M. clij decedente ab hac luce vernali tempore, i. sexta feria proxima, vt dictum est, post caput ieiunij, in ciuitate Babẽbergensi, pijssimo rege Conrado, iij. Nonas Martij, i. tertia feria post Oculi mei, in oppido Franconefurt, de tam immensa transalpini regni latitudine, vniuersum mirũ dictu, principũ robur, nõ sine quibusdã ex Italia baronibus, tanquã in vnũ corpus coadunari potuit. Vbi cũ de eligendo principe primates consultarent, nam id iuris Romani imperij apex, videlicet nõ per sanguinis propaginẽ descendere, sed p̃ principũ electionẽ reges creare sibi tanquã ex singulari vendicat prærogatiua. tandem ab omnibus Fridericus Sueuoꝝ dux, Friderici ducis filius petitur, cunctorũq; fauore in regem sublimatur.

Ratio quare in eum tam facile consenserit vniuersitas principum. CAPVT II.

Vius cõsultationis summa, in illãq; personã tam vnanimis assensus ratio, vt recolo, hęc fuit. Duę in Romano orbe apud Gallię, Germaniæve fines famoſę familię hactenus fuere, Vna Henricoꝝ de Guelbelinga, alia Guelforũ de Alltdorfio, altera imperatores, altera magnos duces producere solita. Istæ, vt inter viros magnos, gloriæq; auidos assolet fieri, frequenter sese inuicem æmulantes, reipu. quietem multotiẽs perturbarant. Nutu vero dei, vt creditur, paci populi sui in posterũ prouidentis, sub Henrico quinto factum est, vt Fridericus dux pater huius, qui de altera, i. de regum

familia descenderat, de altera Henrici scilicet Noricorꝫ ducis filiam in vxorem acciperet, ex eaꝫ Fridericũ, qui in præsentiarũ est, & regnat, generaret. Principes ergo non solum industriam, ac virtutẽ iam sæpe dicti iuuenis, sed etiã hoc ꝙ vtriusꝫ sanguinis consors, tanquã angularis lapis, vtrorũꝫ horũ parietũ dissidentiã vnire posset, cõsiderantes, caput regni eum constituere adiudicauerũt. plurimũ reipub. profuturũ præcogitantes, si tam grauis, & diutina inter maximos imperij viros, ob priuatũ emolumentũ simultas, hac demũ occasione, deo cooperante sopiretur. Ita nõ regis Conradi ẓelo, sed vniuersitatis, vt dictum est boni intuitu, hunc Fridericũ eius filio, item Friderico adhuc paruulo præponere maluerunt. Hac consideratione, & ordine electio Friderici celebrata est.

Qꝫ post acceptam fidelitatem a principibus Aquisgrani conse-
cratur, secumꝫ Fridericus Monasterien sis episcopus.

CAPVT III.

AStrictis igitur omnibus qui illo confluxerant, fidelitate & hominio principibus, cum paucis, quos adhoc idoneos iudicauit, cæteris in pace dimissis, Rex cum multa iocunditate quinta feria naues ingreditur, ac per Mogum & Rhenum nauigans, in villa regali Sinciche applicuit, ibi equos ascendens, in proximo sabbato Aquisgrani venit. Sequẽti die, id est ea dominica qua Letare Hierusalem canitur, ab episcopis a palatio in ecclesiã beate Mariæ semper virginis deductus, cũ omniũ qui aderant applausu, ab Arnaldo Colonien si archiepiscopo, alijs cooperantibus coronatus, in sede regni Francorꝫ, qui in eadem ecclesia a Carolo magno posita est, collocatur. non sine multorꝫ stupore, ꝙ in tam paruo temporis spatio, nõ solum tanta principum, seu de regno nobiliũ confluxerat multitudo, sed & ꝙ de occidẽtali Gallia, ad quã nondũ huius facti rumor peruenisse putabaꝫ, nonnulli aduenerant. Nec prætereundum æstimo, ꝙ dum finito vnctionis sacramento, diadema sibi imponereꝫ, quidã de ministris eius, qui pro quibusdã excessibus grauib⁹, a gratia sua adhuc priuati, sequestratus fuerat, circa mediã ecclesiã ad pedes ipsius se proiecit, sperãs ob præsentis diei alacritatẽ, eius se animũ a rigore iustitiæ emollire posse. Ipse vero mentẽ in priori seueritate retinens, & tanquã fixus manens constantiæ suæ omnibus nobis nõ paruũ dedit indiciũ, dicens non ex odio, sed iustitiæ intuitu illum a gratia sua exclusum fuisse. Nec hoc etiã sine admiratione pluriũ, ꝙ virum iuuenem, tanquã senis indutũ animo, tanta flectere a rigoris virtute ad remissionis vitiũ non potuit gloria. Quid multa? Non illi misero intercessio principũ, non arridentis fortunæ blandimentum, non tantæ festiuitatis instans gaudiũ suppeditare poterant, ab inexorabili inexauditus abijt. Sed & hoc silentio tegendũ nõ erit, ꝙ eadem die, in eadem ecclesia, Monasterien sis electus item Fridericus, ab eisdem a quibus & rex episcopis, in episcopũ consecratur, vt reuera summus rex & sacerdos præsenti iocũditati, hoc quasi prognostico interesse crederetur, quia in vna ecclesia, vna dies duarũ personarũ, quæ solæ noui ac veteris instrumenti institutione, sacramentaliter vnguntur, & Christi domini rite dicuntur, vidit vnctionem.

Qui legati ad vrbem, & in Italiam destinati sint, & quo Rex diuerterit. CAPVT IIII.

REactis omnibus quæ ad coronæ decorem spectabant, princeps in palatij secreta se recipit, vocatisꝫ prudentioribus, seu maioribus ex numero principũ, de statu reipub. consultans, legatos ad Romanũ pontificem Eugenium, vrbem, ac totam Italiam destinandos dispo nit, de promotione sua in regnum significaturos. Mittunt itaꝫ Hilinus Treuerensis electus, & Eberhardus Babenbergensis episcopus, viri prudentes, & literati. Dehinc Traiectensiũ contumaciã, qua vt superius dictum est, in patruum suũ Conradum regem vsi fuerant, vlturus, inferiores Rheni partes adijt. ipsisꝫ pecuniaria pœna multatis, ac Herimano episcopo confirmato, ad superiora remeando, sanctũ Pascha Coloniæ Agrippinæ celebrauit. Inde per Gueſſaliam transiens, Saxoniam intrauit.

Quomodo litem duorum consanguineorũ de regno Datiæ dederit. CAPVT V.

ERat illo tempore in regno Danorum inter duos consanguineos, Petrum scilicet, qui & Suetuus, & Guuotonem de regno grauis controuersia. Quos rex ad se venire præcipiens, curiam magnam in ciuitate Saxoniæ Martinopoli, quæ & Merseburg, cum multa principũ frequentia habuit. Eo præfati iuuenes veniẽtes, eius se mandato humiliter supposuerunt, eorumꝫ ad vltimũ causa, iudicio seu consilio primatum, sic decisa fuisse dicitur. Guuoto relictis sibi quibusdam prouincijs, regiũ nomen per porrectum gladium abdicaret. Est enim consuetudo curiæ, vt regna per gladium, prouintiæ per vexillum a principe tradantur, vel recipiantur. Petrus vero accepto ab ipsius manu regno, fidelitate & hominio ei obligareꝫ. Ita corona regni per manũ principis sibi imposita, in die sancto Pentecostes ipse coronatus, gladium regis sub corona incedentis portauit. Gualdemarus etiã qui eiusdem sanguinis particeps fuit, ducatũ quendam Daniæ accepit.

Quomodo rex controuersiam, quæ in Magdeburgensi ecclesia orta fuit, terminauerit. & ꝙ Vngaris bellum indicere voluerit. CAPVT VI.

CIrca idẽ tempus Magdeburgensis ecclesia, quæ Saxoniæ metropolis esse dinoscit, pastore suo viduata, ad electionẽ faciendã resedit. Dumꝫ alij eiusdẽ ecclesiæ prepositũ Gerardũ, alij decanũ eligereꝫ, diuisis hincinde personis, regem adhuc in Saxonia morantẽ adire dispnũt. Quos dũ multis modis ad vnitatẽ, & vinculũ pacis princeps reducere faugeret, ac proficere non valeret, alteri parti. i. decano cum suis persuasit, vt Guimannũ Cicensem epm, virũ adhuc iuuenẽ, sed nobilẽ eligerent, eiꝫ accersito, regalia eiusdẽ ecclesiæ concessit. Tradit em curia, & ab ecclesia eo tempore quo sub Henrico quinto de inuestitura epoꝝ decisa fuit inter regnũ & sacerdotiũ cõtrouersia, sibi concessum autumat, ꝙ obeuntibus episcopis, si forte in eligendo partes fiant, principis arbitrij esse, epm quẽ voluerit, ex primatum suorꝫ consilio ponere, nec electũ aliquẽ ante consecrandũ, ꝙ ab ipsius manu regalia per sceptrũ suscipiat. Rex omnibus in Saxonia bene ordinatis, cunctisꝫ prin-

NOTA

cipibus illius prouinciæ ad nutū suū inclinatis, Baioariā ingredit, ac Ratispo-
næ Norici ducatus metropoli, in festiuitate apostolorꝝ in monasterio. S. Emme
ranni, nā maior ecclesia, cū quibusdā ciuitatis vicis cōflagrauerat, coronat. Ad
eandē curiā legati ad Eugeniū papam, vrbē, ac cæteras ciuitates Italiæ directi,
læta reportantes redeūt. Ibi etiā princeps, eo ꝙ omnibus in proprij imperij fini
bus ad eius voluntatē cōpositis, virtutē animi quā intus gerebat, extra ferri dis
poneret, Vngaris bellum indicere, ipsosq; ad monarchiæ apicē reducere vole-
bat. Sed cū assensum super hoc principū, quibusdā de causis latentibus, habere
non posset, ad effectum tunc perducere ea quæ voluebat mente, non valens, ad
opportuniora tempora distulit.

Quō ꝓpter litē duorꝝ ducū terminandā, apud Herbipolim curiā celebra uerit, & ibi expeditionē in Italiā iuraret. CAPVT VII.

ERat vero multa sereniſſimi principis anxietas, cū omnia prospere i
regno agerent, qualiter cōtrouersia quæ inter eius carnē & sangui-
nē, id est Henricū patruū suū, & itidē Henricū auunculi sui filiū, du
ces, de Norico ducatu agitabat, sine sanguinis effusione terminari
posset. Fuit nāq; Henricus iste Henrici quondā Norici ducis filius, quē vt alibi
dictū est, Conradus rex a Baioaria eiectū, in Saxonia manere cōpulerat, ducā-
tūq; ipsius primū Leopaldo Marchionis Leopaldi filio, ac deinde fratri ipsius
huic Henrico cōcesserat. Rex ergo prædictā litem iudicio vel cōsilio decisurus,
vtriq; autumnali tempore mense Octobri, in ciuitate Herbipoli curiā præfigit,
quo dum alter. i. Henrici ducis filius veniret, alter se absentaret, iterū & iterum
vocat. In eadē curia exulibus Apuliæ, quos Rogerius de solo natali ꝓpulerat,
lachrymabiliter conquerentibus, ac ad pedes principis miserabiliter se proij-
cientibus, expeditio Italica tam pro afflictiōe horū, q̄ pro corona imperij accip.
enda, paulo minus q̄ ad duos annos iurata est.

Q; Gerardus Magdeburgen. præpositus Guicmannū Cicensem epm Romæ accusauit, & epla papæ sup hoc. CAP. VIII.

ROrro Gerardus præpositus Romā pergēs, Eugeniū papā adijt, ic;
causam Magdeburgen. ecclesię aperiens, Guicmannū a princip, vt
supra dictū est, p electionē alteri⁹ partis ibi locatū, multis modis de
intrusione accusauit. Hanc rem q̄ grauissime Romanus pōtifex ex-
cepit, tam ex literis, in quibus nōnullis epis, qui p eo ob amorē regis Romanæ
ecclesiæ scripserant, respōdit, q̄ ex cardinaliū, qui postmodū ad transalpina di-
recti sunt, viua voce percepim⁹. Literarū autē talis tenor fuit. ¶ Eugenius eps
seruus seruorꝝ dei, venerabilibus fratribus Eberhardo Saltzburgēsi, Arnuico
Bremensi, & Hillino Treuerēsi archiepis, Eberhardo Babenbergēsi, Hemāno
Constantiensi, Henrico Ratisponensi, Ottoni Frisingensi, Cōrado Patauiensi,
Danieli Pragen. Anshelmo Hāmelburgen. & Burckardo Eistadensi epis, Salu
tem & apostolicā benedictionē, Literas quas p causa Magdeburgen. ecclesiæ
vestra nobis prudētia delegauit, debita benignitate suscepimus. In lectione aūt
& cognitione earū stupore nimio, & ammiratione repleti sumus, eo ꝙ longe ali
ud in eis q̄ vobis ex officio pontificatus imineat, perspeximus cōtineri. Cū em

in ecclesiæ vertice sitis ex diuina ꝓuidentia cōstituti, vt de medio eius quæ fue-
rint nociua ꝓpellere, quæ vtilia debeatis attento studio cōseruare, in causa ista
sicut ex suggestione literaꝝ vestrarū nobis innotuit, nō quod expediat ecclesiæ
dei, quod sacrorū canonū sanctioni cōcordet, quod exinde a cœlesti arbitrio ap
probet, sed quod terrenis principibus placeat, attendistis. & qui eorꝝ animos a
sua minus recta debuistis deflectere intentione, atq; vbi esset via dñi, demōstra
re, nō persuasistis quod rectū est, nec stetistis murus pro domo Israel. quinimo
ipsis, vt ait ꝓpheta, parietē ædificantibus, vos, quod sine grandi animi rancore Ezech. 13.
vix dicimus, liniuistis illū luto absq; paleis. Nō ita sentiebat prīceps apl̄orꝝ, q
ex fidei suæ confessione, vt totius ecclesiæ fundamentū esset, accepit. sed cōmi-
nantibus sæculi filijs, & apostolis si p̄dicarent in noīe Iesu mortis exterminium
intentantibus, cōfisus de dñi virtute respōdit. Oportet obedire deo magis q̄ ho- Actuū. 5.
minibus. Vos autē ne a terrenis videamini principibus dissentire, illi causæ fa-
uorē vestrū impenditis, cui & ecclesiasticæ auctoritas cōstitutiōis, & supnæ vo
luntatis examen ꝓ certo credit obuiare. Cū em̄ translationes epoꝝ sine manife-
stæ vtilitatis & necessitatis indicio, diuinæ legis oraculū non permittat, cū etiā
multo ampliorꝝ q̄ in alijs electionibus cleri, & populi eas debeat præuenire cō
cordia, in faciēda translatione de venerabili fratre nostro Guicmanno Cicensi
epo, nihil horꝝ est, sed solus fauor principis expectat. & nec inspecta necessitate
illius ecclesiæ, nec cōsiderata vtilitate personæ, clero nolente, immo (vt dicit) ex
parte maxima reclamante, in Magdeburgen. eū dicitis ecclesiā supplantandū.
Super quo tanto amplius ammiramur, quāto ꝑsona illa cuius grauitatis sit atq;
scientię, ab anteactis agnouimus, ac perinde quantū ecclesię illi sit vtilis, nō pe
nitus ignoramus. Quoniā igit quicunq; tēporalis auræ flatibus agitent, nos in
illius petræ soliditate fundati, quę in fundamēto meruit ecclesię collocari, sicut
nō debemus, ita nec volumus omni vento circūferri doctrinæ, aut a sacrorꝝ ca-
nonū rectitudine impulsu aliquo deuiare. per præsentia vobis scripta manda-
mus, quatenus causæ isti fauorē vlterius nō præstetis, & apud charissimū filiū
nostrū Fridericū, quē deus hoc tēpore, p seruanda libertate ecclesiæ in eminen-
tiam regni euexit, efficere vestris exhortationibus studeatis, vt & ipse a sua sup
hoc intentione desistat, & cōtra deū, cōtra sacros canones, contra regiæ dignita
tis officiū, eidē causæ fauorē suū vlterius nō impendat, sed ecclesiæ Magdebur
gen. sicut & alijs ecclesijs regni a deo sibi cōmissi liberā facultatē, quē voluerit
secundū deū eligendi, relinquat, & electionē ipsam postmodū fauore suo, sicut
decet maiestatē regiam, prosequat. Nos em̄ si quod de supradicto fratre nostro
facere nititur, videremus ratione fulciri, nec voluntati eius, nec postulationi ve
strę duceremus aliquatenus obuiandū. Cōtra deū autē, & sacrorꝝ canonum san
ctiones, nulli omnino petitioni possumus præbere cōsensum. Datū Signię. xvi.
Calen. Septemb.

Quomō per duos Cardinales assensu principis, quidā epi depositi sunt. & de duobus ducibus Henricis. CAPVT IX.

AT rex in proximo Pascha Babenberg coronā gestans, duos cardina
les, videlicet Bernardū pbyterū, & Gregoriū diaconū ad depositio
nē quorundā epoꝝ ab apostolica sede destinatos, secū habuit. Proxi
mū dehinc Pentecosten Vormatiæ ferians, Henricū Moguntinę se-

dis archiepm, virũ p distractione ecclesiæ suæ frequẽter correptũ, nec correctũ, per eosdẽ cardinales deposuit. ac Arnaldũ cancellariũ suũ p quorundã ex clero & populo, qui illuc venerãt, electionẽ ei subrogauit. Ad prædictã curiã pnomi nati duces, ambo Henrici, p ducatu Norico, vt dictũ est, cõtendentes venerunt, sed altero q̃ legitime vocatus nõ fuerit, prętendente, debitũ finẽ negociũ ibi ha bere nõ potuit. Idem etiã cardinales permissu principis Burckardũ Eistetẽsem senio grauẽ, de inutilitate causantes, itidẽ submouere. Dumq̃ post hæc in Mag deburgeñ. & quosdam alios sententiã ferre cogitarẽt, a principe inhibiti, & ad propria redire iussi sunt.

Q̃ mortuo Eugenio, Anastasius subrogat. & q̃ Cardinalis Gerardus insolenter agere volens, phibitus & in via mortuus est, & Guic mannus in episcopatu confirmatus. CAP. X.

EA tẽpestate Eugenius papa, vir iustus, & religione insignis, ab hac luce transiens, Anastasio homini veterano, & in cõsuetudine illius curię exercitato, sedẽ reliquit. A quo dũ cardinalis quidã Gerardus noïe, ad terminandã Magdeburgeñ. electi causam missus fuisset, ac principẽ in eadẽ ciuitate natale dñi celebrantẽ adĩsset, cũ quędã ibi secus illius nutum tractare vellet, indignationẽ eius incurrens, infectis negocijs pro quib⁹ venerat, mandatis sæuioribus inglorie redire coactus, in via etiã vita decessit. Verũ princeps missis ad Anastasiũ cũ Guicmanno nuncijs, nõ solũ facti sui ra tihabitionẽ, sed etiã palliũ obtinere eum fecit, nõ sine quorundã scandalo, qui ne vnq̃ id fieret, immobiliter fixum Romanos tenere a proprio ipsor̃ ore audi erant. Exhinc non solũ in sæcularibus, sed & in ecclesiasticis negotijs disponen dis, auctoritas principis plurimũ creuit.

Q̃ legatos in Græciam destinauerit, & q̃ Henrico Saxonũ duci du catus Baioariæ adiudicatur, & q̃ rex in Italiam procinctũ mouit. CAPVT XI.

CIrca idẽ tempus mense Septembri, principes, maiores q̃ Baioariæ a rege Ratisponæ cõuocanẽ, sed nihil ibi de bono pacis in illa ꝓuin cia, propter duor̃ ducũ litẽ, terminari poterat. Rex tñ quia nõ mul to ante hæc p apostolicæ sedis legatos, ab vxore sua ob vinculũ con sanguinitatis separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuel Græ cor̃ imperatorẽ tam pro hoc negocio, q̃ꝫ ꝓ Guilhelmo Siculo, qui patre suo Ro gerio nouiter defuncto, successerat, vtriusq̃ imperĩ inuasore debellãdo, in Græ ciã legatos destinãdos ordinat. sicq̃ primatũ suor̃ cõsilio, Ansʃhelmus Hamel burgensis, & Alexãder Apulię quondã comes, sed a Rogerio cũ cæteris eiusdẽ prouintię nobilibus, ob suspitionẽ dominãdi propulsus, eandẽ legationẽ susci piunt. Proximo dehinc mense Decẽbrio vtriq̃ duces, Henricus, itidẽ & Henri cus in ciuitate Spira, principis adsistũt iudicio. sed iter̃ altero de legitima voca tione se excusante, res protelat. Itaq̃ Fridericus dũ iam fere per bienniũ ad deci dendã litem duor̃ principũ, sibi vt dictũ est, ex ꝓpinquitate sanguinis tam affi nium laborasset. Tandẽ alterius instantia, qui in paternã hæreditatẽ, a qua diu ꝓpulsus fuerat, redire cupiebat, flexus, imminẽte etiã sibi expeditionis labore,

in qua eundẽ iuuenẽ militẽ, sociũq̃ viæ habere debuit, finẽ negocio imponere cogebat. Proinde in oppido Saxoniæ Goslaria curiã celebrans, vtroſq̃ duces, datis edictis, euocauit. Vbi dum altero veniẽte, alter se absentaret, iudicio prin cipũ alteri. i. Henrico Saxonię duci, Baioariæ ducatus adiudicat. Post hęc prin ceps de Saxonia in Baioariã se recipiens, ac inde p Alemanniã transiens, anno regni sui tertio, in Campania Lici fluminis termino Baioariæ, cõtra ciuitatem Augustensem, circa principiũ mensis Octobris, militẽ in Italiã iturus collegit, finitis exquo iurata fuerat primo expeditio duobus annis. Nec illustrẽ animũ a tam illustri facto, ex recenter prolata in tam magnũ imperĩ principẽ sententia, & exhinc obortũ nõ paruũ alior̃ principũ murmur reuocare poterat, quin oĩa quæ retro erant, tanq̃ floccipendens, deo se cõmittẽdo in anteriora extenderet. Per Brixinorã itaq̃ & vallem Tridentinã transiens, emensis alpiũ angustijs, in campestribus Veronensiũ, iuxta stagnũ Garde castrametat. Vbi dũ de ꝓcessu ad vlteriora cũ principibus consiliũ iniret, primo cœli principẽ conciliandũ de creuit. Deniq̃ miles p claustra montiũ transiens, ob difficultatẽ locor̃ victui ne cessaria inuenire nequiens, dum penuriã magnã, quod in exercitibus molestũ esse solet, pateret, nõnulla sacra loca violarat. Ad hæc q̃uis prædictã necessitu dinis excusationẽ habere viderent, expiãda, rex a toto exercitu collectã fieri iu bet, & sic nõ modicã coadunatã pecuniã p quosdã religiosos viros duobus epis Tridentino scilicet, & Brixinorensi remittendã, ac p singula sanctor̃ loca, quæ damnũ passa fuerant, diuidendã statuit. pulchre cõmuni vtilitati consulẽs, pul chre rectoris officiũ implens, vt maxima adorsurus negocia, ante oĩa rectorẽ & plasmatorẽ omniũ, sine quo nihil bene inchoatur, nihil prospere cõsummatur, placandum, eiusq̃ offensam a populo suo auertendam intenderet.

Quõ apud Roncalias quibusdã epis regalia abiudicata sint. CAP. XI.

HInde castra mouens in campo Rancoliæ super Padũ, nõ longe a Pla centia, mense Nouembrio resedit. Est autẽ consuetudinis regũ Fran corũ, quæ & Teutonicor̃, vt quotiẽscunq̃ ad sumendã Romani im perĩ coronã, militẽ ad transalpiçandũ coegerint, in prędicto campo mansionẽ faciant. Ibi ligno in altũ porrecto scutũ suspendit, vniuersorũq̃ equi tum agmen feuda habentiũ, ad excubias proxima nocte principi faciẽdas, per curiæ præconẽ exposcit. quod sectantes qui in eius comitatu fuerũt, singuli sin gulos beneficiatos suos p p̃cones exposcunt. At sequẽti die quicũq̃ nocturnis vigilijs defuisse deprensus fuerat, denuo ad p̃sentiã regis, aliorũq̃ principũ, vel viror̃ illustriũ euocat. sicq̃ omnes omniũ beneficiati, qui sine bona voluntate dominor̃ suorũ domi remanserunt, in feudis cõdemnant. Hunc morẽ principe secuto, nõ solum laicor̃ feuda, sed & quorundã episcopor̃. i. Hartuici Bremen sis, & Vlrici Halberstatensis regalia personis tantũ, quia nec personis, sed eccle sijs ꝓpetualiter a principibus tradita sunt, abiudicata fuere. Sed qm̃ huius terrę mẽtio habita est, de ipsius situ, ac ritu, & a quibus prius inhabitata, quove noïe dicta, a quibus postmodũ possessa, quo censeatur vocabulo, paucis absoluam.

De situ Italiæ, & more gentis eiusdẽ. Itẽ de situ & superbia Mediolani. & de cõsuetudine & iustitia regni, atq̃ de diuersis querimonijs ad principem delatis. CAPVT XII.

AEc Pyreneo, seu Apennino altissimis & scopulosissimis alpibus in oblongũ ductis, hincinde septa, tanꝯ eorundẽ, vel potius eiusdem montis vmbilicus, vt ve delitiarũ hortus, a Tyrrheni mari vsꝙ ad Adriatici ęquoris oram protendit, habens ad Septẽtrionẽ Pyreneas vt dictũ est, alpes. ab Austro Apenninũ, qui modo mutato noĩe mõs Bardonis vulgo dicit. ab occidente Tyrrhenũ, ab oriente Adriaticũ æquor. Padi vel Eridani fluminis, quẽ vnũ inter tria Europę flumina famosissima Topographi ponunt, cæterorũꝙ amniũ decursu irrigua, soli dulcedine, cœliꝙ tẽperie, frumẽti, vini, & olei ferax, intantũ vt arbores fructiferas, præcipue castaneas, ficeta, & oliueta instar nemoꝝ educet. Romanoꝝ colonia vlterior Italia olim dicebatur, tribus distincta prouincijs, Venetia, Emilia, Liguria, quarũ primæ Aquileia, secundæ Rauenna, tertię Mediolanũ metropoles fuere. At in ipso Apennino, vbi & vrbs Roma sita esse noscitur, quæ modo Tuscia vocat, eo ꝙ Apennino inclusa, vrbem quoꝙ ipsam in sinu suo cõtineat, interior Italia iure dicta est. Illa vero quæ post emensionẽ montiũ Campania excipit, vnde & a re nomẽ trahens, Campania adhuc dici solet, ac vsꝙ ad Farũ, brachiũ maris, nauibus ob syrtes importunũ, Siciliã a solido seiungens producit. Nam Sicilia Europã terminãs, Sardiniæ, cæterisꝙ Italiæ insulis adnumeratur, olim citerior Italia, vel maior Græcia vocabat, nũc Apulia vel Calabria dicta. Quãuis aliqui hanc & mediã pro vna reputantes Italia, citeriorẽ seu maiorẽ Græciã dicere maluerint Italiã, non tres, sicut præmissum est, sed duas tantũ, vlteriorẽ & citeriorẽ ponentes Italias. Nonnulli tamẽ prædictas alpes Apenninũ, & Pyreneũ eadẽ montana esse volunt, eo ꝙ circa eas partes qua Ianua ciuitas in naualibus prælijs satis exercitata, super Tyrrhenũ æquor sita est, cõueniendo, prædictã claudant prouinciã. in argumentũ suæ assertionis inducentes, ꝙ Pannonia iuxta Isidorum, tanquã Apennino clausa nomen accepit, quã nõ Apenninus, qui mons Bardonis, sed Pyreneæ attingunt alpes. Patet, vt arbitror, cur hanc terrã duorũ montium, vel eiusdẽ, supra vmbilicũ dixerim. Barbaroꝝ vero incursionibus, ac dñationi, qui a Scanȩa insula cũ Alboni duce venientes, Pannonias primo inhabitarũt, subiacere incipiẽs, ab eisdẽ, eo ꝙ ad augendũ exercitũ, fœminis reflexis ad mentũ crinibus, sicꝙ virilem, & barbatã faciẽ mutantibus, & idcirco Longobardis a longis barbis vocatis, & ipsa Longobardia appellari consueuit. Ex quo contingit, vt circa exarchatũ Rauennatensem artatis antiquis eiusdẽ prouintię incolis, ea pars Italiæ quæ antea Emilia dicebat, nunc Romaniola, quod diminutiuũ a Roma tractũ noscit, vulgo vsꝙ hodie dici soleat. Verũtamẽ barbaricę depositio feritatis rancore, ex eo forsan ꝙ indigenis per connubia iuncti, filios ex materno sanguine, ac terræ, aeris ve ꝓprietate aliquid Romanę mansuetudinis & sagacitatis trahentes, genuerint, latini sermonis elegantiã, morũꝙ retinẽt vrbanitatẽ. In ciuitatũ quoꝙ dispositione, ac reip. cõseruatione, antiquoꝝ adhuc Romanoꝝ imitant sollertiã. Deniꝙ libertatẽ tantopere affectant, vt potestatis insolentiã fugiendo, consulũ potius ꝙ imperantiũ regant arbitrio. Cũꝙ tres inter eos ordines, i. capitaneoꝝ, vaiuassorũ, plebis esse noscant, ad reprimendã superbiã, nõ de vno, sed de singulis prædicti consules eligunt, neue ad dñandi libidinẽ prorumpant, singulis pene annis variantur. Ex quo fit, vt tota illa terra intra ciuitates ferme diuisa, singulæ ad cõmanẽdũ secũ diocesanos cõpulerint, vixꝙ aliquis nobilis, vt vir magnus, tam magno ambitu inueniri queat, qui ci

uitatis suę nõ sequat imperiũ. Consuerunt autẽ singuli singula territoria ex hac cõminandi potestate, comitatus suos appellare. vt etiã ad cõprimẽdos vicinos materia nõ careant, inferioris cõditionis iuuenes, vel quoslibet cõtemptibiliũ etiã mechanicarũ artiũ opifices, quos cæteræ gentes ab honestioribus, & liberioribus studijs, tanꝯ pestẽ propellunt, ad militiæ cingulũ, vel dignitatũ gradus assumere nõ dedignant. Ex quo factũ est, vt cæteris orbis ciuitatibus, diuitijs, & potẽtia præmineant. Iuuant ad hoc nõ solũ vt dictũ est, morũ suoꝝ industria sed & principũ in transalpinis manere assuetorũ absentia. In hoc tñ antiquę nobilitatis immemores, barbaricę fecis retinent vestigia, ꝙ cum legibus se viuere glorient, legibus nõ obsequunt. Nam principẽ, cui voluntariã exhibere deberent subiectionis reuerentiã, vix aut nunꝯ reuerenter suscipiunt, vel ea quæ secundũ legũ integritatẽ sanciuerint, obedienter excipiunt, nisi eius multi militis adstipulatione coacti, sentiant auctoritatẽ. Ob ea frequẽter cõtingit, vt cuius ciuis lege flectendus, aduersarius armis cõgendus secundũ leges sit, ipsum tamẽ quẽ vt propriũ principẽ mitẽ suscipere oportebat, sępius iura propria exposcentem, hostiliter excipiant. Exquo duplex reip. nascit detrimentũ, vt princeps ad subiugationẽ, ciuis in colligẽdo exercitu distrahat, & ciuis nõ sine magno rerũ suarũ dispendio ad obedientiã principis cõpellat. Quare eadẽ ratione qua populũ sup hoc incusat temeritas, sic principẽ apud deũ & hoies excusare debebit necessitas. Inter cæteras eiusdẽ gẽtis ciuitates Mediolanũ primatũ nũc obtinet, inter Padũ & Pyreneũ sita. Ticino & Adua ab eodẽ Pyreneo nascentibus, ac in Pado se recipientibus, & ob hoc sinũ quendã fertilissimũ in modũ insulę facientibus media posita, rite Mediolanũ vocatur. cuius nõnulli ex quodã portẽtuoso sue, vnã medietatẽ setas, & alterã lanam habente, a fundatoribus Mediolanum dictam putent. Hæc ergo nõ solũ ex sui magnitudine, virorũve fortiũ copia, verumetiã ex hoc ꝙ duas ciuitates vicinas, in eodẽ sinu positas. i. Cumã & Laudã ditioni suę adiecit, alijs vt dictum est, ciuitatibus celebrior habet. Porro vt in rebus caducis ex arridentis fortunæ blandimento fieri solet, rebus secũdis elata, in tantã elationis extumuit audaciã, vt nõ solũ vicinos quoscꝙ infestare nõ refugiat, sed & ipsius principis maiestatẽ nõ reformidando, eius ausa fuerit incurrere recenter offensam. Quod quibus de causis exordiũ sumpserit, breuiter aperiã Interea quædã de iustitia regni dicenda vident. Mos em̃ antiquis, ex quo imperiũ Romanũ ad Francos deriuatũ est, ad nostra vsꝙ deductus est tẽpora. vt quotienscunꝙ reges Italiã ingredi destinauerint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas ciuitates seu oppida peragrando, ea quæ ad fiscũ regalẽ spectant, quæ ab accolis Fodrũ dicunt, exquirãt. Ex quo fit, vt principe aduenięte, plurimæ ciuitates, oppida, castella, quæ huic iustitiæ vel omnino cõtradicendo, vel integraliter nõ persoluendo reniti conant, ad solũ vsꝙ ꝓstrata, proteruiæ suæ documentũ pôsteris ostendant. Alia itidẽ ex antiqua cõsuetudine manasse tradit iustitia, vt principe Italiam intrante, cunctæ vacare debeãt dignitates, & magistratus, ac ad ipsius nutũ scd'm scita legũ, iurisꝙ peritorũ iudiciũ, vniuersa tractari. Tantã ei quoꝙ iudices terræ recognoscere dicunt iurisdictionẽ, vt ex omnibus quæ terra producere solet, vsui necessarijs, exceptis vix bubus & seminibus, ad excolendã terrã idoneis, de cæteris quantũ necesse fuerit militi profuturis, ad regios vsus suppeditare æquũ arbitrent. ¶ Igitur rege apud Roncalias per quinꝙ, vt aiunt, dies sedente, & ex principũ, ac de vniuer-

Mediolanũ vnde.

sis pene ciuitatibus consulum seu maiorũ conuentu curiam celebrante, diuersa hinc inde diuersis ex querimonijs emersere negocia. Inter quę Guilhelmus marchio de monte Ferrato, vir nobilis & magnus, & qui pene solus ex Italiæ baronibus ciuitatũ effugere potuit imperiũ, simul & Astensis epus, grauẽ vterq; super Astensiũ, alter. i. Marchio super oppidanorũ Kaire cõquestionẽ facientes in solentia. Neq; em̃ multũ ad principis triumphi titulũ, respectu ipsius gestorum fortiũ, facere arbitramur, si de castellis, rupibus, oppidis, villisq; magnis, quæ ab ingressu suo nõ solũ militari ordine, sed etiã armigerorũ tumultuatiõis assultu subuersa sunt, diceremus, ad maiora festinantes. Aderant etiã Cumanorũ seu Laudensiũ consules, de attritionis suæ diutina miseria, lachrymabilẽ sup Mediolanensiũ superbia faciẽtes querimoniã, præsentibus duobus cõsulibus eiusdem ciuitatis, Oberto de orto, & Gerardo nigro. Princeps igiẽ his de causis superiores Italiæ partes aditurus, per Mediolanensiũ fines transire volens, prædictos consules tanq; viæ duces futuros, & de idoneis tabernaculorũ locis disposituros, secũ retinuit. Venerunt etiã ad eandẽ curiã legati Ianuensiũ, qui nõ longe ante hæc ipsa captis in Hispania inclytis ciuitatibus, & in sericorũ pannorũ opificio p̃nobilissimis Almaria & Vlyxibona, Sarracenorũ spolijs onusti rediẽrãt, leones, struthiões, psitacos, cũ cęteris p̃ciosis munerib⁹ principi p̃sentãtes.

Quibus occasionibus rex in Mediolanẽses arma cõuerterit. CAP. XIII.

FRidericus ergo ad superiora, vt dictum est, vlterioris Italiæ, pfectus a Roncalijs copias ducẽs, in territorio Mediolanensiũ castra posuit. Dumq; a prænoiatis cõsulibus p arida, vbi nec stipendia inueniri, nec ex mercatu haberi possent, circũduceret loca, indignatione motus, iussis primo vt ad propria redirent consulibus, in Mediolanenses arma cõuertit. Accessit ad huius indignatiõis cumulũ, q̃ ex maxima imbriũ effusiõe totus exacerbatus fuisse dicit̃ exercitus, vt ex hac duplici inedię videlicet & cœli inclementię molestia, cuncti prout poterant, principẽ aduersus eos cõcitarẽt. Alia itidẽ huius cõmotionis causa nõ parua fuit, q̃ princeps temeritatis illorũ in hoc tumorẽ præsenserat, q̃ nõ solũ ciuitates quas destruxerãt, reedificari pati nollent, quinetiã ad iniquitatis illorũ assensum, ipsius nobilem & incorruptũ hactenus animũ pecunia inclinare, ac corrumpere satagebãt. Rex castra de aridis locis mouens, ad fertilia ipsius territorij habitacula non longe a ciuitate se transferens, militem lassatum refecit.

Quædam oppida ac castra Mediolanensiũ euertuntur, & de Nouaria suoq; comite. CAPVT XIIII.

ERat in vicino oppidũ quoddã satis populosum Rosatũ, vbi Mediolanenses circiter quingentorũ equitũ armatorũ præsidia locauerãt. Iubentur ergo equites ad ciuitatẽ redire, direptisq; oĩbus vsui necessarijs, ip̃m oppidũ flãmæ datur. Ibi quidã ex equitibus principis vsq; ad portas Mediolanensiũ progressi, quibusdã vulneratis, quosdam cepere. Mediolanẽses nõ solũ damno p̃sentiũ, sed & metu futurorũ stupefacti, Gerardi cõsulis, tanq; huius mali auctoris, domũ, principis iram mitigaturi, dirimũt. At princeps huius rei nihil pensi habens, ad Ticinum vsq; amnem maiores hisclades irrogaturus procedit. Is amnis a Pyreneo, vt supra ostensum est, surgens

& Padũ seu Eridanũ iuxta Papiã, quæ exhinc Ticinũ vocat̃, influens, insulam Mediolanensiũ ab occidẽtali latere cingit. Ibi duos põtes ligneos, quos ipsi ob incursum in Papienses & Nouarienses cõstruxerant, ac ob illorũ impetũ reprimendũ, ppugnaculis munierant, occupat, transmissoq; p eos milite ignibus tradit. Deniq; tria ipsorũ castra munita, & decora, i. Mũmã, Gailardã, Tricam, quę ad expugnationẽ Nouariensiũ in ipsorũ territorio firmauerant, expugnata cremantur. Est aũt Nouaria ciuitas nõ magna, sed exquo ab imperatore Henrico olim euersa, reedificari cœpit muro nouo, & vallo nõ modico munita, comitẽ habens in sua diocesi Guidonẽ Blanderatensem, qui præter morẽ Italicũ, totũ ipsius ciuitatis territoriũ, vix ipsa ciuitate excepta, Mediolanensiũ possidet auctoritate, inhiantibus adhuc Mediolanensibus, vt & hanc simul & Papiã, sicut alias absorbeant ciuitates. Facta est hæc victoria Mense Decẽbrio, natalecq; dñi circa p̃dictorũ excidiũ castrorũ a principe cũ magna celebratur alacritate.

De subuersione Cairæ, & Astæ, & de treuga militũ. CAPVT. XV.

ROst hæc princeps per Vercellũ & Taurinũ transiẽs, transuadato ibi Pado ad inferiora versus Papiã iter reflectit. Verũ oppidani Cairæ, simul & Astenses ciues, eo q̃ precepta principis de exhibenda Marchioni suo Guilhelmo de mõte Ferrato iustitia minime paruissent, tanq; rebellionis rei hostes iudicati p̃scribunt̃. Ad quorũ puniendã cõtumaciã dũ rex exercitũ ducit, illi relictis munitionibus, velut viribus suis diffidẽtes, ad vicina montana diffugiunt. Rex primo Cairam veniens, inuentis sufficiẽter victualibus, per aliquot ibi dies mansit. Turres quæ nõ paucæ ibidẽ fuere, destruxit, oppidũq; succendit. Inde Astã p̃cedens, vacuãq; nõ opibus, sed habitatore reperiens ciuitatẽ, nõ paucis ibi diebus manens, igni eam & direptioni dedit. Ante vero q̃ abinde castra mouerent̃, cõsilio sapientũ rex habito, ppter crebras quæ in exercitu ortæ fuerant seditiones, aliqua militi in posterũ profutura ordinare disponit. Nõ solũ ergo edicto dato, sed & a singulis maioribus & minoribus sacramẽto præstito, legẽ dedit, ne quis infra castrorũ ambitũ gladiũ ad q̃dlibet cõmilitonis nocumentũ portare auderet, adijciens pœnã, vt quicũq; hanc treugam violando, quempiã de socijs vulneraret, manu mutilaret̃, vel etiã capite obtruncaret̃. Hacq; tam sapienti, q̃ necessaria lege data, de cætero iuuenilium irrationabilis impetus animorũ conquieuit.

De Terdona, & quare obsessa sit, & de eius situ, atq; præsidijs. & quomõ obsessa, ac impugnata, qualiterve a suis defensa fuerit. CAP. XVI.

VIt nõ lõge ab eo loco ciuitas Terdona, natura & arte munita, Mediolanensibus amica, ipsisq; cõtra Papienses fœdere iuncta. Igitur Papiensibus cõquerentibus plus a Terdona se q̃ a Mediolano molestari, eo q̃ q̃uis ciuitas Papia in sinu quidẽ Mediolanensiũ posita robur in comitatus sui vltra Ticinũ fluuiũ habeat, isti nullo mõtis seu fluminis obiectu expositũ, iussa est a principe a Mediolani cõtubernio recedere, Papiæq; sociari. Quod dũ facere recusaret, dumq; magis seditiose & inimice, q̃ pacifice & amice regibus ciuitati adhærere delegisset, tanq; maiestatis rea, & ipsa inter hostes imperij adnumerata proscribit̃. Princeps Terdonensiũ sicut & Astensiũ vindicaturus insolentiã, ab Asta castra mouens, in marchia quadã, quæ Busca

dicitur,tentoria fixit. Ibi per aliquot dies moram faciens, quosdã ex militibus cũ fratre suo Conrado,Bertolfo Burgundionũ duce,Ottone vexillifero suo, ex Baioaria Palatino comite præmittendos,sitũq; ciuitatis exploratores decreuit. Qui transmisso amne, qui Tanera vulgo dicitur, vsq; ad ipsam ciuitatẽ decurrentes, ac omnia circũspicientes, non longe ab ea super prædictũ amnẽ metanẽ castra. Tertia dehinc luce rex suus insecutus,altera fluminis ripa tabernacula fixit,suis ex prædicti amnis inundatione,qui ex subita imbriũ multitudine plus solito excreuerat, iungi nõ valens. Attamẽ nõ multo post fluuio aliquantisper mitigato,transuadandi labore suis adiunctus, ad ciuitatẽ properauit. Primoq; assultu suburbia muro,turribus suffulta,cepit & expugnauit,ciuibus vix ad superiorẽ ciuitatis arcem se recipiendi,ex noctis,quæ iam incumbebat, & superuenientis tẽpestatis beneficio,facultatẽ habentibus. Est autẽ Terdona pene in pede Apennini montis, ex ea qua Apenninus & Pyreneus, vt supradictũ est, iunguntẽ,parte sita,Campaniã Papię seu Mediolani tanq; e specula prospiciẽs. In monte terete scopulosam faciẽ in prærupto laterũ prætendente posita, turribus,& præcipue vna laterítia, a Tarquinio Superbo olim facta, quæ & rubea nunc ab indigenis dicebat,superba in decliuo montis suburbio, ex muroꝝ ambitu, ac turriũ celsarum, populiq; multitudine, cuiusdam amniculi per mediũ transeũtis insignis. Princeps nobilis,capto(vt dictum est)suburbio, arcẽ ipsam seu ciuitatẽ obsidione clausit. Erat autẽ prædicta arx nõ solum suis viribus,sed etiã Mediolanensiũ fortitudine,& vicinorũ Baronũ,quoꝝ vnus Marchio Opitius,cognomento mala spina fuit,præsidijs munita,obq; tantæ opis confidentiam,ad ꝓpellendã principis iram instruí ausa. Initiata est hæc celebris Terdonæ obsidio mense Februario incipiente, post caput ieiunij proxima Quadragesimæ hebdomada. Receptis igitur ad angustias arcis Terdonensibus, tantaq; multitudine velut vno carcere inclusis, mons ipse circũquaq; a principe, ne vllus effugiendi pateret miseris aditus,obsidione vallatur,principe ipso ex occidentali parte Henrico duce Saxoniæ in suburbio, quod meridiẽ versus Apenninũ respicit,Papiensibus in Campania, quæ contra Papiã seu Mediolanũ ad orientẽ vel Aquilonẽ extendit, residentibus. Nec mora machinæ, diuersorũq; tormẽtorũ genera fabricant,sagittarij,balistarij, fundibularij arcem circũseptã obseruant. Tentabat omnia virtus principis. & vbi infirmiora arcis videbat loca, valentiori vrgebat manu. At Terdonenses artissimis septi claustris, effugij locũ nõ habentes,ex desperatione audaciã sumunt. Nulla emꝫ,vt ait ille Historiographus,promptiorẽ bello militẽ reddit,q; necessitas præliandi ex prærupto periculoꝝ. Vrgentur iaculis, vrgentẽ balistis. quodq; his grauius est,ꝓpria remordentẽ cõscientia,eo q; proprio principi rebellando,quicũq; ex eis deprehensi fuissent,patibuli quod in presentiarũ erectũ cernebant,expectabãt supplicij. Sicut emꝫ est magna miseris tyrãnicæ obuiantibus immanitati cõsolatio, cõscientiæ spes,sic econuerso tali principi,qui nõ solum legitimus iudex,sed & primus præsul dici potest,reluctari conantibus,miseriæ miseriã cumulat,cõtra cõscientiã debitæ sententiæ metus. Crebris tñ excursionibus, quasi nullo timoris periculo vrgerentẽ,militẽ in castris manentẽ lacessebant.iuuenilesq; animi, lautis(vt assolet)auidi,virium suarũ experientiã vtrobiq; capessebant.illis pro salute,istis pro triũpho dimicantibus. Nec hoc sine vtriusq; partis damno. Nã & ex nostris duo nobiles iuuenes Kadolus ex Baioaria, & Ioannes de Saxonia,

pluribus sautiatis,nẽcantẽ. Ex illis vero,exceptis his quos occisos, vel vulneratos intus celabant,nõnulli viui deprehensi,ligni supplicio in oculis omniũ pœnas meritas luebant. Ferunt quadã die lapidẽ vi tormenti ex balista,quã modo margam vulgo dicere solent,propulsum,ad superiora mœnioꝝ loca cõscendisse,ex collisiõe parietũ tribus fractis frustis,tres simul milites armatos inter maiores ciuitatis, iuxta principalẽ ecclesiã de suæ reipu. statu consultantibus stantes,vno ictu percussisse,necq; dedisse. Quia vero castra Papiensiũ,maiorem incursum cæteris sustinebant,iunguntẽ eis ex imperio principis Guilhelmus marchio de monte Ferrato, & quidã alij ex Italicis Baronibus. Erat emꝫ ex ea parte puteus seu fons, quo solo poterant oppidani vti, & idcirco Papiensibus prohibẽtibus, illisq; suprema necessitudine, cuius propriũ est periculoꝝ discriminis immemorẽ,audacter decertantibus,maior immo quasi quotidiana instabat cõflictatio. Nam amniculus,qui medius,vt supra ostensum est,percurrebat suburbium,ex ruina turriũ, cæterorũue mœnium,a proprio alueo excussus, ne in ipsorũ vsum etiã feculentus prouenire posset,a duce Saxoniæ, suisq; acriter seruabatur. Videns princeps plus cupito obsidionẽ produci, anhelabat emꝫ ad accipiendã orbis,& vrbis monarchiæ coronam, non solum turres machinis quati, sed etiã inusitato satis vtens artificio, cuniculos versus turrim Tarquinij, quæ rubea dicebat,fieri iubet,vt sic ad turrem ipsam per ipsos subterraneos meatus procedentes,fundamento læso,eam ruinæ darent. Nam cũ prędicta ciuitas nõ in modũ aliarũ ciuitatũ vallo seu fossa,sed pręruptis vndiq; prope intercluſa rupibus, naturali præsidio muniatur, ex illa tantũ parte aliquantisper remissior, hispidæq; rupis firmamento carens,prædictæ turris munimentũ,magniq; fossati robur,tanq; huius suæ imbecillitatis adiumentũ artificialiter admisit. Oppidani nõ sine quorundã ex nostris proditionis suspitione ingeniũ præsentiũt, cõmentisq; vsi,iuxta fundamentũ turris & ipsi cuniculos faciunt. sicq; quibusdam ad euersionẽ turris procedẽtibus,suffocatis,cæteri a cœpto desistunt. Post hæc rex naturã naturæ ope vincere volens.i.vt naturæ præsidijs septos per inopiam cogeret potus, prædictũ fontẽ humanis vsibus inutilem facere disponit. Inijciuntur ibi hominũ,pecoꝝ fœtida,& putrescentia cadauera. Sed nec sic repelli poterat misera oppidanoꝝ auiditas. Aliud itidẽ inuenitur ingeniũ. Incuti untur prædicto fonti ardentes faculæ,sulphureas & piceas flãmas ferẽtes, sicq; aquæ ipsæ,humanis vsibus deinceps inutiles,amaricantur.

De inuasione cuiusdam castri. CAPVT XVII.

ERat in vicinio castrum quoddã Mediolanensiũ. N. vocitatũ, natura,& ingenio munitũ. Fiunt in castris,cernentibus Terdonensibus, scalæ,cæteraq; pro ascendendis muris instrumẽta vtilia,oppidanis arbitrantibus ad ipsorũ hæc fieri nocumentum. Deliguntur gnari quiq;,& fortes de equitũ ordine viri,prefectisq; sibi duobus ducibus, Bertolfo duce, & Ottone Palatino comite, ad prædictũq; castrum eo tẽpore quo noctis beneficio propositũ celari poterat,properatur. Nec mora iactis ad murũ scalis, ad superioris conuexa tendunt, castrum ingrediuntur, ac sine dubio cunctis sopore depressis, voto potiti fuissent, nisi ex præmaturata clamoris concitatione oppidani excitati,ad fugamq; parati,vix tandem fiducia sumpta,ad arma conuolassent.

De audacia cuiusdã scutiferi, & de miserabili conquestione Terdonensium. CAPVT XVIII.

NEc prætereundũ erit de cuiusdam præruptæ audaciæ stratoris virtute, qui dum tedio longæ obsidionis affectus, cæteris assiliendi arcẽ exemplũ dare vellet, gladio tantũ & clypeo, paruaq; (vt id genus hominũ solet) securi, qua sellæ ab eis alligatæ portant, vsus, aggerem qui turri rubeæ præiacet, aggreditur, viamq; securi qua pedem figeret, faciens, montẽ ascendit. Non illũ crebri lapidum ictus, qui a machinis principis cõtra turrim, vi tormentorũ propellabant, deterrere, nõ eum iaculorũ, seu saxorum abarce admodũ imbriũ, nõ interpolati iactus reuocare poterant, ad turrim vsq; iã semidirutã processit, ibiq; viriliter dimicando, militẽ etiã armatũ ad terram ictibus deiecit, atq; inter tot periculorũ discrimina illæsus, ad castra redire potuit. Quẽ rex ad se vocatũ, militari cingulo ob tam præclarũ facinus, honorandum decreuit. At ille cũ se plebeiũ diceret, in eodẽq; ordine velle remanere, sufficere sibi conditionẽ suam, honeste donatum, ad propria redire permisit cõtubernia. Sed vt ad id vnde digressi sumus, redeamus. Vrgent aquis amaricatis oppidani, intolerabili potus inedia, graui sitis molestia. Appropinquabat paschale festum, & princeps religionis intuitu quattuor diebus, i. a quinta cœnę dñi feria, vsq; ad proximæ Paschalis ebdomadæ secundã feriã, ab arcis impugnatiõe cessandũ statuit. Itaq; proxima dehinc feria, i. ea die qua passio dñi in Paraseue a cunctis christicolis celebrat, clerici & monachi cũ oppidanis inclusi, vestibus sacris induti, cũ crucibus, thuribulis, cæterisq; christiani ritus ornamentis, portis apertis egressi, ad tentoria principis venire cupiebãt. Quos rex de longe prospiciens, missis in occursum epis, virisq; literatis, cur, & ad quid venirẽt, inquisiuit. At illi, Terdonæ nos aiunt, infœlix portio, ad pedes regalis excellẽtiæ venire desyderabamus, calamitates deploraturi, quas sustinemus non merito nostro, sed perditæ ciuitatis, perditissimorũq; ciuiũ contagio. Nunc autẽ quia ad præsentiã nõ admittimur principis, liceat interim pedibus vestræ prouolui benignitatis, obnixe postulantes, vt humanitatis gratia nos hoies animaduertendo, humanæ miseriæ tanq; vestrã sortem in nobis recognoscatis. Neq; p cõdem nata ciuitate, nec pro ciuibus maiestate reis preces afferimus. Quos o vtinam nunq; nostri vidissent oculi, nunq; eis sors iunxisset, quorũ nobis sors tam futuna fuerat obnoxia. Nunquid insons cũ sonte, cũ nocente innocens, innoxius cũ reo? pari pœna ab æquo iudice plectendus erit? Vallamur claustrorũ diuturnitate, quatimur tormentorũ acerbitate, sitis infesta ariditate, piceas ac sulfureas, vsibusq; humanis ineptas, aquas haurire cogimur. vndeq; magis dolendũ est nõ nobis hoc sacrosancto dñicæ passionis tempore deo seruire licet, quia nec libet. Astantes em̃ sacris altaribus, sagittarũ terremur spiculis, saxorum percellimur ictibus. sicq; semper ad omnẽ etiã naturalẽ motũ pauidi, a mentis tranquillitate tanq; amentes circũferimur. Nõ securi in lectulis, nõ in oratorio impercussi, animũ ex periculorũ instantia distractũ, ad offerendũ deo sacrificiũ pacis colligere pacificũ nõ valemus. Quid fecimus? quid luimus? Nũquid Mediolano associati, rea contra Papiã arma tulimus? Nunquid ex fœdere seditiosæ ciuitatis iram principis incurrimus? At nos hactenus armorũ ignari, ne dicam cũ fa-

ctiosis, sed nec vllis mortalibus confœderati, soli deo armis spiritalibus, nõ carnalibus instructi, militare cõsueuimus. Sine nostro consilio miles armat, nobis inconsultis, imo ignorantibus in prælio certatur. consulũ, maiorũq; ciuitatis hęc est dispositio, illorũ nutu hæc geruntur. procerũ motus (vt dicitur) hæc cuncta sequunt. Ad nos nil spectat, nisi ecclesiasticarũ excubiarũ sollicitudo, pro regum cæterorũve in sublimitate positorũ tranquillitate ad regem regũ deum quotidiana efflagitatio. At dicet aliquis. Ex hostis contubernio & tu iudicaris hostis. Sis eius in pœna socius, cuius fuisti in malefactis socius. Nam tangens picem coinquinat. Eccĩ.13.
Cũ peruerso manẽs peruertĩ. Dicit em̃ Palmista. Cũ sancto sanctus eris, & cũ peruerso querteris. Psal.17.
Nunquid nostro magis arbitrio, q̃ diuina puidentia ciuibus his cõmanẽdi necessitudine, nõ ex malefaciendi assensione adiũcti sumus? Nunquid nõ cũ Babylonicis, qui affectu, nõ loco fugiẽdi sunt, nos non Babylonici in vno septo esse possumus? Possum cũ malefactore esse, nec tñ malefactoris socius, vel amicus iure dici. Possum necessitatis lege sic p̃sonę iungi, vt p̃sonæ nõ iungar vitio iure naturæ in hoĩe. naturã sic hoĩs diligere, vt naturę abhorreã casum. Nam qui ex inducto Sapiẽtis, vel Psalmographi testimonio, scilicet q̃ ex cõtubernio bonorũ bonus, ex cõsortio malorũ malus fiat, probare nititur. nõ sic auctoritatẽ notabit, quasi nõ de quodã sic, & de quodã nõ sic, sed de omni sic & semp accipiat. verũ & si de quodã sic, & de quodã nõ sic, nõ tñ de omni sic vel semper, sed vt frequẽtius dictũ putet. Quẽ vsum in naturalibus nõ mathematicorũ, sed physicorũ sequunt artes. Nec rite pice tangi ex cõmanendi sed cõsentiendi dicet ratione. Quãuis & aliũ prædictæ auctoritati, prophetiæ præcedẽtia & cõsequẽtia generent sensum, vt nõ de nobis, sed de creatore hæc asserant. qui. s. sicut sancto sanctus apparet misericorditer eũ iustificando, sic peruerso peruersus putat iuste illũ puniendo. ea locutione, vel p̃portionis ratione, qua linea recta curuo parieti appositæ, irrationali sensus opinione, non recta videtur. Vnde & alibi ab eodẽ propheta dicitur. Q̃ bonus Israel deus his qui recto sunt corde. Psal.72.
Et hic subsequenter adnectit. Quoniã tu populũ humilẽ saluũ facies, & oculos superborũ humiliabis. Psal.17.
Imitet princeps terrę principẽ cœli, & si in eadem ciuitate cũ superbo humilis inueniat, non tamẽ cum superbo humilis puniatur. Miseremini ergo domini & patres conditionis nostræ, respicite in nobis quæ gestamus stigmata Christi. & quos ad pietatem nõ flectit nostræ calamitatis acerbitas, inclinet saltem caracter domini. Sed heu mortalium sortem. Commenta Papiæ luis Terdona, non tua delicta. Accusas de malefactis Papiæ Terdonam, cũ tu si comparationẽ dissimilitudo qualitatũ admittit, peius feceris. At inquies. Improbæ ciuitati, suaq; contumaci superbia vicinos quosq; prementi fœdere nexa, ab æquo principe iure pœnas subire debes. Esto, Mediolano associata est Terdona. Quare? Non illius gratia, sed tuo metu. non vt per illius potentiam imperaret, sed vt per eius vires a tua excuteret violentia. Sensirem meam, inquit Terdona, agi, dum paries proximus Lunellum dico arderet, sub Mediolani confugi alas. Mediolanum iudicas, quod Cumas legitima occasione destruxerit. Teipsam non respicis, quæ Lunellum imperiale oppidum, magna & robusta equitum manu stipatum, Palatini comitis tui habitatione inclytum, oppidanis ipsis ad colloquium pacis dolo vocatis, fraudulenterq; captis, ad solum vsq; sine causa prosternere non timueris. Factus est ille inter Italiæ proceres nobilissimus inquilinus tuus, qui debuit esse dominus,

Reddit tibi nunc vectigal, cui tu principis vicem gerenti vectigal persoluere so lebas. Videat prīceps, & animaduertat qua honestate sui, imperijue honore ip sius lateri iudiciū de Italis laturus assideat. Vectigalis tuus cōsideret, quo deco re securis, qua rei in Italia iure plectendi sunt, ante ipsum deferat̄, qui sub tuis modo militat signis. Iudicetur igit̄ a iusto rerū arbitro æqua lance primo Ticī num, eiusq; exēplo cæterarū Italiæ vrbiū corrigant̄ excessus. Sed quid ad nos
Hora. ī epi. Boe. lib. 2. metro. 5. de talibus? Tractent fabrilia fabri. Nos miserū vulgus, nos dei tantum seruitio mancipati, nostrā intueamur sortem. Nihil ad nos de tyrannis terræ. Atq; o vti nam fœlix nimiū prior ætas, atq; aurea Saturni redirent secula, vt colonus ter ræ sarculo, ligoneq; & rastro, nō cū naturæ consorte, sed cū terra pugnaret, sicq; ordo deo sacratus orationibus, obsecrationibus libere inuigilare posset. Pereat qui ad cruentandū hominū genus arma extulit, qui beluina feritate hominē se non recognoscens, humanū sanguinē primo fudit. Ad nos redeamus. Nihil fe cimus, alienas ob culpas plectimur. Nobis quæsumus pietas parcat principis, & si miserrimæ nō vult ignoscere ciuitati, nos saltem inermes iam ex fœtore pe stilentiæ morbidos, & iam morti propinquos, libertati datos, de tam grauibus claustris exire permittat. Hęc dicūt. & manus ad cœlos tendentes, lachrymisq; obortis rigantes genas, cum magno eiulatu ad pedes eorum qui missi fuerant, se prosternunt.

Q; multis malis attriti Terdonenses de pace cogitant. CAP. XIX.

Cognitis his princeps animū quidē intus ad misericordiā flexū præ sensit, sed dissolutionis suspitionē vitans, extra eū in prioris seuerita tis constantia seruauit, illis vt ad arcē redeāt iussis. Condescendebat miseræ cleri sorti, sed subridebat superbi populi fortunæ, quē hoc in dicio quasi desperatum, & desolationi proximū animaduertebat. At oppidani nondū tot malis victos se fingētes, infra quattuor dies, quibus ꝑ christiani cul tus deuotione principē hostibus pacē dedisse diximus, baleare tormentū instru unt, ignorante principe, ac eos treugam datā obseruare æstimante. Finito vt di ctum est, quatriduo, oppidani rursus machinis pulsant̄. Illi suo quod fecerant vim tormenti propellentes, vnū etiā quo magis infestabant̄, quatiēdo frangūt. Quo sine mora reparato, acrius solito vrgentur. Tot impulsionū, ac maxime si tis defatigatione fracti, vltimaq; desperatione correpti Terdonenses, tandē de reddenda per deditionis præsidiū pertractant arce.

De euersione ciuitatis, & quō rex apud Papiā triumphū agens coronat̄, & inde in Tusciā iter agit. & quō rex ad vrbē tendēs, Romanū pōti ficē obuiū habuit. & de Arnaldo schismatico. CAP. XX.

Igitur tertia post paschalē solennitatē hebdomada, mēse Aprili, ani mabus solū ex miseratione & māsuetudine principis saluti & liber tati datis, ciuitas primo direptioni exposita, excidio & flāmæ mox traditur. Eripitur ibi de graui qua tenebatur captiuitate, quidam ex Greco; proceribus, quē Opitius cognomento mala spina, male ꝑpter pecunię exactionē ceperat, asperisq; locis inclusum in ipsa arce tenebat. Videres miseros oppidanos, cū iam securitate cōcessa, de miseris clausto; ergastulis ad libe ram prodirent aeris temperiē, funebri facie tanq; de bustis egredientes imitari,

in semet prætendentes, quod dicit̄ omnium miserabilius esse, claudi obsidione. Peracta victoria, rex a Papiēsibus ad ipso; ciuitatē triumphū sibi exhibituris inuitat̄, ibiq; ea dnica qua Iubilate canit̄, in ecclesia. S. Michaelis, vbi antiquū regū Longobardo; palatiū fuit, cū multo ciuium tripudio coronat̄. deductis ibi cū magna ciuitatis lętitia & impēsa tribus diebus, inde per Placentiā transi ens, iuxta Bononiā Pentecosten celebrat, ac ibidē transcenso Apennino citeri orem Italiā, quæ modo Tuscia vocari solet, perlustrat. Illic Pisanos viros in in sulis, & transmarinis ciuitatibus potentes obuios habuit, eisq; vt naues contra Guilhelmū Siculū armarent, in mandatis dedit. Circa idē tempus Anselmus Hamelburgeñ. eps a Græcia reuersus, Rauennatensem archiepiscopatū ꝑ cleri & populi electionē, simul & eiusdē prouintiæ exarchatū laboris sui magnificā recōpensationē a principe accepit. Igitur rex ad vrbem tendens, circa Biterbiū castrametat̄. Quo Romanus Antistes Adrianus cū cardinalibus suis veniens, ex debito officij sui honorifice suscipit̄, grauiq; aduersus populū suū cōquestio ne vtens, reuerenter auditus est. Prædictus em̄ populus, exquo senato; ordinē renouare studuit, multis malis pontifices suos affligere temeritatis ausu nō for midauit. Accessit ad huius seditiosi facinoris argumentū, q; Arnolfus quidam Brixensis, de quo supradictū est, sub typo religionis, & vt euangelicis verbis vtar, sub ouina pelle lupum gerens, vrbem ingressus, ad factionem istam rudis populi animis præmolli dogmate ad animositatē accensis, innumerā post se du xit, immo seduxit multitudinē. Arnaldus iste ex Italia ciuitate Brixia oriūdus, eiusdēq; ecclesiæ clericus, ac tantū lector ordinatus, Petrū Abailardū olim pre ceptorē habuerat. Vir quidē naturæ non ebetis, plus tamē verbo; profluuio q; sententiarū pondere copiosus. Singularitatis amator, nouitatis cupidus, cuius modi hominū ingenia ad fabricandas hęreses, schismatūq; perturbationes sunt prona. Is a studio a Gallijs in Italiam reuertēs, religiosum habitū, quo amplius decipere posset induit, omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens. Clerico rum ac episcopo; derogator, monachorū persecutor, laicis tantū adulans. Dice bat em̄ nec clericos proprietatē, nec episcopos regalia, nec monachos possessio nes habentes, aliqua ratione saluari posse. Cuncta hæc principis esse, ab eusq; beneficentia in usum tantū laicorū cedere oportere. Præter hæc de sacramento altaris, baptismo paruulo; nō sane dicitur sensisse. His alijsq; modis, quos lon gum est enumerare, dum Brixensem ecclesiam perturbaret, laicisq; terræ illius pruriētes erga clerū aures habentibus, ecclesiasticas malitiose exponeret pa gīnas, in magno concilio Romæ sub Innocentio habito, ab episcopo ciuitatis illius, virisq; religiosis accusatur. Romanus ergo pōtifex, ne pernitiosum dog ma ad plures serperet, imponendum viro silentiū decernit. sicq; factum est. Ita homo ille de Italia fugiens, ad transalpina se cōtulit. ibiq; in oppido Alemānię Turego officium doctoris assumens, pernitiosum dogma aliquot diebus semi nauit. Comperta vero morte Innocentij, circa principia pōtificatus Eugenij, vr bem ingressus, cum eam contra pontificē suū in seditionē excitatā inuenisset, vi ri sapiētis haud sectatus consiliū, de huiusmodi dicentis, Ne in eius ignē ligna struas. amplius eā in seditionē excitauit, ꝑponēs antiquo; Romano; exēpla, qui ex senatus maturitatis cōsulto, & ex iuuenū animo; fortitudinis ordine & integritate, totū orbē terræ suū fecerint. Quare reedificādū capitoliū, renouādū dignitatē senatoriā, reformandū equestrē ordinē docuit. Nihil in dispositione

vrbis ad Romanũ ſpectare pontificẽ, ſufficere ſibi eccleſiaſticũ iudiciũ debere. In tantũ vero huius venenoſæ doctrinæ cœpit inualeſcere malũ, vt nõ ſolũ nobiliũ Romanorꝫ, ſeu cardinaliũ diruerent̃ domus, & ſplẽdida palatia, verũetiã de cardinalibus reuerendæ perſonæ, inhoneſte ſautiatis quibuſdã, a furenti plebe tractarent̃. Hæc & his ſimilia cum multis diebus, i. a morte Celeſtini, vſq; ad hæc ab eo inceſſanter, & irreuerenter agerent̃ tẽpora, cũq; ſentẽtia paſtorũ iuſte in eum, & canonice prolata, eius iudicio tanꝯ omnino auctoritatis vacua contemnerent̃, tandem in manus quorundã incidẽs in Tuſciæ finibus captus, principis examini reſeruatus eſt. & ad vltimũ a præfecto vrbis ligno adactus, ac rogo in puluerẽ redacto funere, ne a ſtolida plebe corpus eius veneratioñi habere tur, in Tyberim ſparſus. Sed vt ad id vnde digreſſus eſt ſtilus redeat, iũctis ſibi in comitatu rerũ apicibus, ac per aliquot dies vna ꝓcedẽtibus, quaſi inter ſpiritalẽ patrẽ & filiũ dulcia miſcent̃ colloquia, & tanꝯ ex duabus principalib⁹ curijs vna repu. effecta, eccleſiaſtica ſimul & ſæcularia tractant̃ negocia.

De legatis Romanorꝫ, & eorum legatione, & quale reſponſum a principe acceperint. item qualiter hortatu ſummi pontificis Leoniam vrbem, & eccleſiã ſancti Petri princeps occupari fecerit. CAPVT XXI.

AT Romanorꝫ ciues de principis aduentu cognoſcentes, prętẽtandũ ipſius animũ legatione adiudicarunt. Ordinatis ergo legatis induſtrijs & literatis, qui eũ inter Sutriũ & Romã adirent, accepto priuſ de ſecuritate viatico, ſicq; præſentatis regalis excellentię cõſiſtorio viris, taliter adorſi ſunt. Vrbis legati nos, vrbis nõ paruũ momentũ rex optime ad tuã a ſenatu populoq; Ro. deſtinati ſumus excellentiã. Audi ſerena mẽte, benignis auribus, quæ tibi ab alma orbis dña deferunt̃ vrbe, cuius in ꝓximo adiuuãte deo, futurus es princeps, imperator, & dñs. Pacificus ſi veniſti, immo qa vt arbitror, veniſti gaudeo. Orbis imperiũ affectas, coronam præbitura gratanter aſſurgo, iocanter occurro. Cur em̃ ſuum viſitaturus populum non pacifice aduenirꝫ, non glorioſa munificentia reſpiceret, qui indebitum clericorum excuſſurus iugum, ipſius magna ac diutina expectatione præſtolatus eſt aduentum? Reuertant̃ opto priſtina tempora, redeant rogo inclytæ vrbis priuilegia, orbis vrbs ſub hoc principe recipiat gubernacula. refrenet̃ hoc imperatore, ac ad vrbis reducat̃ monarchiã orbis inſolentia. Talis rector Auguſti ſicut nomĩe ſic induatur & gloria. Scis q; vrbs Roma ex ſenatoriæ dignitatis ſapientia, ac equeſtris ordinis virtute & diſciplina, a mari vſq; ad mare palmites extendens, nõ ſolum ad terminos orbis dilatauit, quinetiã inſulas extra orbẽ poſitas orbi adijciens, principatus eo ꝓpagines propagauit. Non illos ꝓcelloſi fluctus equorum, nõ hos ſcopuloſę & inacceſſibiles rupes alpiũ tueri poterant, Romana virtus indomita cuncta perdomuit. Sed exigẽtibus peccatis, longe poſitis a nobis principibus noſtris, nobili illo antiquitatis inſigni, ſenatũ loquor, ex inerti quorundã deſidia neglectui dato, dormitante prudentia, vires quoq; minui neceſſe fuit. Aſſurrexi tuæ, ac diuæ reip. profuturũ gloriæ, ad ſacrũſanctũ vrbis ſenatũ, equeſtrẽq; ordinẽ inſtaurandũ, quatenus huius conſilijs, illius armis, Romano imperio, tuæq; perſonæ antiqua redeat magnificẽtia. Nunquid hoc placere nõ debebit tuę nobilitati? Nõne etiã remunerabile iudicabit̃ tam inſigne facinus?

tamq; tuæ cõpetens auctoritati? Audi ergo princeps, patienter & clemẽter pauca de tua, ac de mea iuſticia, priuſ tamẽ de tua q̃ de mea. Etem̃, Ab Ioue principium. Hoſpes eras, ciuẽ feci. Aduena fuiſti ex tranſalpinis partibus, principem cõſtitui. Quod meũ iure fuit, tibi dedi. Debes itaq; primo ad obſeruãdas meas bonas cõſuetudines, legesq; antiquas, mihi ab anteceſſoribus tuis impatorib⁹ idoneis inſtrumẽtis firmatas, ne barbarorꝫ violent̃ rabie, ſecuritatem præbere. officialibus meis, a quibus tibi in capitolio adclamandũ erit, vſq; ad quinq; milia librarũ expenſam dare, iniuriã a rep. etiã vſq; ad effuſionẽ ſanguinis propellere, & hæc omnia priuilegijs munire, ſacramentiq; interpoſitione ꝓpria manu confirmare. ¶ Ad hæc rex tam ſuperbo, q̃ inuſitato orationis tenore, iuſta indignatione inflãmatus, curſum verborꝫ illorũ de ſuę reip. ac imperij iuſtitia, more Italico lõga cõtinuatione, periodorũq; circuitibus ſermonẽ ꝓducturus interrupit. & cũ corporis modeſtia, orisq; venuſtate regalẽ ſeruans animũ, ex improuiſo nõ improuiſe reſpõdit. Multa de Romanorꝫ ſapiẽtia, ſeu fortitudine hactenus audiuimus, magis tñ de ſapiẽtia. Quare ſatis mirari nõ poſſumus, q; verba veſtra plus arrogantiæ tumore inſipida, q̃ ſale ſapiẽtiæ condita ſentimus. Anti quã tuæ ꝓponis vrbis nobilitatẽ, diuæ tuæ reip. veterẽ ſtatũ ad ſydera ſuſtollis. Agnoſco, agnoſco, vt & tui ſcriptoris verbis vtar, fuit fuit quondã in hac repu. virtus. Quondã dico, atq; o vtinã tam veraciter, q̃ libenter nũc dicere poſſem⁹. Senſit Roma tua, imo & noſtra viciſſitudines rerũ. Sola euadere nõ potuit ęterna lege ab auctore omniũ ſancitã cunctis ſublimari globo degentibus ſortem. Quid dicã? Clarũ eſt qualiter primo nobilitatis tuæ robur ab hac noſtra vrbe tranſlatũ ſit ad oriẽtis vrbẽ regiã, & per annorꝫ curricula, vbera delitiarũ tuarꝫ Græculus eſuriens ſuxerit. Superuenit Francus, vere noĩe & re nobilis, eamq; quæ adhuc in te reſidua fuit ingenuitatem fortiter eripuit. Vis cognoſcere antiquã tuæ Romæ gloriam, ſenatoriæ dignitatis grauitatẽ, tabernaculorꝫ diſpoſitionẽ, equeſtris ordinis virtutẽ & diſciplinã, ad conflictũ ꝓcedentis intemeratã ac indomitã audaciã noſtrã intuere rẽp. Penes nos cũcta hęc ſunt. Ad nos ſimul omnia hæc cũ imperio demanarũt. Non ceſſit nobis nudũ imperiũ, virtute ſua amictũ venit, ornamenta ſua ſecũ traxit. Penes nos ſunt conſules tui, penes nos eſt ſenatus tuus, penes nos eſt miles tuus. Proceres Francorũ ipſi te conſilio regere, equites Francorũ ipſi tuam ferro iniuriã, ꝓpellere debebunt. Gloriaris me per te vocatum eſſe, me per te primo ciuem, poſt principẽ factum, quod tuũ erat a te ſuſcepiſſe. Quæ dicti nouitas q̃ ratione abſona, q̃ veritate vacua ſit, eſtimationi tuæ, prudentũq; relinquatur arbitrio. Reuoluamus modernorꝫ imperatorum geſta, ſi non diui noſtri principes Carolus & Otto, nullius beneficio traditam, ſed virtute expugnatã Græcis ſeu Longobardis vrbem, cũ Italia eripuerint, Francorũq; appoſuerint terminis. Docet hæc Deſyderius & Berengarius tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanꝯ principibus innitebaris. Eos a Francis noſtris nõ ſolum ſubactos & captos fuiſſe, ſed & in ſeruitute ipſorꝫ conſenuiſſe, vitam finiſſe, vera relatione didicimus. Cineres ipſorꝫ apud nos reconditi, euidẽtiſſimũ huius rei reꝑſentant indiciũ. Sed dicis, Vocatiõe mea veniſti. Fateor, vocatus fui. Redde cauſam q̃re vocatus fuerim. Ab hoſtib⁹ pulſabaris, nec ꝓpria manu, Græcorũve mollitie liberari poteras. Frãcorꝫ virtus inuitatiõe adſcita eſt. Imploratione potius q̃ vocatione hanc dixerim. Imploraſti miſera fœlicem, debilis fortem, inualida validum, anxia ſecurũ. Eo tenore vocatus, ſi

Vergil. in Bucoli.

vocatio dicenda est, veni. Principē tuū militē meū feci, teq; deinceps vsq; in pręsentiarū in meā ditionē trāsfudi. Legitimus possessor sum. Eripiat quis si potest clauā de manu Herculis. Siculus in quo confidis forte hæc faciet? Ad priora respiciat exēpla. Nondum facta est Francoꝝ, siue Teutonicoꝝ manus inualida. Deo largiente, vitaq; comite, & ipse temeritatis suæ quādoq; capere poterit experimēta. Iustitiā tuā, quā tibi debeam, exquiris. Taceo q; principē populo, nō populum principi leges præscribere oporteat. Prætermitto q; quilibet possessor possessionē suā ingressurus, nullū cōditionis præiudiciū pati debeat. Ratiōe cō tendamus. Proponis, vt mihi videā, triū sacramentoꝝ exactionē. De singulis respondeo. Dicis me debere iurare, vt leges anteceſſoꝝ meorū imperatorū, eorum priuilegijs tibi firmatas, & bonas cōsuetudines tuas obseruem. Apponis etiā, q; patriæ vsq; ad periculū capitis, tuitionē iurem. Ad ista duo simul respondeo. Ea quæ postulas, aut iusta sunt, aut iniusta. Si iniusta sunt, nec tuū erit postulare, nec meū cōcedere. Si iusta, recognosco me hæc & debendo velle, & volendo debere. Quare superfluū erit voluntario debito, & debitæ voluntati sacramētū apponere. Quomō em̄ tibi tuā iustitiā infringerē, qui quibuslibet infimis etiā quod suū est, seruare cupio? Quomō patriā, & præcipue imperij mei sedē, vsq; ad periculū capitis nō defenderem, qui & ipsius terminos nō sine eiusdē periculi estimatione, quantū est in me, restaurare cogitauerim? Experta est hoc Dania nuper subacta, Romanoq; reddita orbi. & fortasse plures, puintiæ, pluraq; sensissent regna, si præsens negocijs nō impedisset. Ad tertiū venio capitulū. Affirmas p pecunia quadā iuramētū præberi a mea deberi psona. Proh nefas. A tuo Roma exigis principe, quod quilibet lixa potius petere deberet ab institore. A captiuis hæc penes nos exigunt. Num ī captiuitate detineor? Num vinculis hostium vrgeor? Nonne multo & forti stipatus milite inclytus sedeo? Cogē princeps Romanus contra suā voluntatē cuiuslibet prębitor esse, nō largitor? Regaliter & magnifice hactenus mea cui libuit, & quantū decuit, & præcipue bene de me meritis dare cōsueui. Sicut em̄ a minoribus debitū rite expetit obsequiū, sic a maioribus meritū iuste rependit beneficiū. hunc quē alibi a diuis parentibus meis acceptū seruaui morem, ciuibus cur negarem? vrbēq; meo introitu lætam nō facerem? Sed merito nō iusta iniuste petenti cuncta iuste negant. Hæc dicens, & nō sine condigna mentis indignatione orationē terminans cōticuit. Porro quibus tā ex circūstantibus inquirētibus ab his qui missi fuerant, an plura dicere vellent, paulisper deliberantes in dolo responderūt, se prius ea quę audierant, cōciuibus suis referre, & tunc demū ex consilio ad principē redire velle. Sic accepto cōmeatu, a curia egredientes, ad vrbem cū festinatione reuertunt. Rex dolum præsentiens, consulendū sup hoc negocio patrē suū Romanū pontificē decernit. Cui ille. Romanæ plebis fili, adhuc melius experieris versutiā. Cognosces enim in dolo eos venisse, & in dolo redisse. Sed dei nos adiuuante
1. Corin. 3. clementia, dicentis, Cōprehendā sapientes in astutia sua. præuenire eoꝝ poterimus versutas insidias. Maturato igit̄ præmittant fortes & gnari de exercitu iuuenes, qui ecclesiā beati Petri, Leoninūq; occupent castrū. In præsidijs equites nostri ibi sint, qui eos cognita voluntate nostra, statim admittēt. Præterea Octauianū cardinalē presbyterū, qui de nobilissimo Romanoꝝ descēdit sanguine, fidelissimū tuum, eis adiungemus. Sicq; factū est. Eligunt̄ proxima nocte pene vsq; ad mille armatoꝝ equitū lectissimi iuuenes, summoq; diluculo Leoninam

intrantes vrbem, ecclesiam beati Petri, vestibulum & gradus occupaturi obseruant. Redeunt ad castra nunciq; hæc læta reportantes.

Quomō rex in eadem ecclesia sancti Petri coronā imperij acceperit, & de excursu Romanorum, & clade, ac victoria imperatoris. CAPVT XXII.

SOle orto, transacta iam prima hora, præcedente cū cardinalibus & clericis summo pontifice Adriano, eiusq; aduentū in gradibus prę stolante, rex castrā mouens, armatus cū suis p decliuū montis Gaudij descendens, ea porta quā aureā vocant, Leoninā vrbem, in qua beati Petri ecclesia sita noscit̄, intrauit. Videres militem tam armoꝝ splendore fulgentē, tam ordinis integritate decenter incedentē, vt recte de illo dici posset. Terribilis vt castroꝝ acies ordinata. & illud Machabeoꝝ. Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt mōtes ab eis. Mox princeps ad gradus ecclesiæ beati Petri veniens, a summo pōtifice honorifice susceptus, ac vsq; ad cōfessionē beati Petri deductus est. Dehinc celebratis ab ipso papa missarū solennijs, armato stipatus rex milite, cū benedictione debita imperij coronā accepit. Anno regni sui. iiij. mense Iunio. xiij. Calen. Iulij, cunctis qui aderāt, cū magna lætitia acclamantibus, deūq; super tam glorioso facto glorificantibus. Interim a suis pons, qui iuxta castrū Crescētij ab vrbe Leonina vsq; ad ingressum ipsius extendit̄ vrbis, ne a furente populo celebritatis huius iocunditas interrūpi posset, seruabat̄. Peractis omnibus, imperator cū corona solus equū phaleratū insidens, cæteris pedes euntibus, per eandē qua introierat portam, ad tabernacula quæ ipsis muris adhærebant, reuertit̄, Romano pōtifice in palatio, quod iuxta ecclesiā habebat, remanente. Dum hæc agerent̄, Romanus populus cū senatoribus suis in capitolio cōuenerant. Audientes autē imperatorē sine sua adstipulatione coronā imperij accepisse, in furorē versi, cū impetu magno Tyberim trāseunt, ac iuxta ecclesiā beati Petri procurrentes, quosdā ex stratoribus, qui remanserant, in ipsa sacrosancta ecclesia necare nō timuerunt. Clamor attollit̄. Audiens hæc imperator, militē ex æstus magnitudine, sitisq; ac laboris defatigatiōe recreari cupientē, armari iubet. Festinabat eo amplius quo timebat furentē plebem, in Romanū pontificē, Cardinalesq; irruisse. Pugna conseritur ex vna parte iuxta castrū Crescentij cū Romanis, ex altero latere iuxta piscinā cū transtyberinis. Videres nunc hos istos versus castra propellere, nunc hos illos ad pontē vsq; repellere. Adiuuabant̄ nostri, q; a castro Crescentij saxoꝝ ictibus, seu iaculorū nō lædebant̄ spiculis. Mulieribus etiā quæ in spectaculis stabant, suos (vt aiunt) adhortantibus, ne propter inertis plebis temeritatē tam ordinatū equitū decus, ab his qui in arce erant, prędictis modis sautiaret̄. Dubia itaq; sorte dum diu ab vtrisq; decertaret̄, Romani tandē atrocitatē nostrorū nō ferētes, cogunt̄ cedere. Cerneres nostros tam immaniter q; audacter Romanos cædendo sternere, sternendo cædere. ac si dicerent. Accipe nunc Roma, p auro Arabico Teutonicū ferrū. Hæc est pecunia, quā tibi princeps tuus, p tua offert corona. Sic emit̄ a Francis imperiū. Talia tibi a principe tuo tibi reddunt̄ cōmertia, talia prestantur iuramenta. Prælium hoc a decima pene diei hora vsq; ad noctem protractum est. Cæsi fuerunt ibi, vel in Tyberi mersi pene mille, capti ferme ducenti, sautiati innumeri, cæteri in fugam versi, vno tantū ex nostris (mirum dictu) occiso, vno

capto. Plus em̃ nostros intemperies cœli, æstusq; illo in tempore maxime circa vrbem immoderatior, & Romanor̃ lædere poterant arma.

Imperator regressus ab vrbe, quo diuerterit, & quid fecerit. De euersione Spoleti. De legatis & muneribus Græcor̃, & quos imperator remiserit. CAPVT XXIII.

FInito tam magnifico triumpho, imperator ad castra redijt, ibiq; & se, & suis fessa lectulis recipientibus membra, nocte illa cõquieuit. Altera die cũ mercatũ a ciuib⁹ amaricatis habere nõ posset, laborãtẽ ciborũ inedia militẽ ad supiora duxit, ac paulisper ad cãpi planitiẽ procedens, tentoria locauit. Dehinc iuxta montẽ Soractẽ, in quo beatũ Syluestrũ olim persecutionẽ fugientẽ tradunt latuisse, Tyberim transuadans, in quadam valle campi viriditate amœna, cuiusdã amnis cursu conspicua, nõ longe a ciuitate Tyburto, militẽ tam crebris laboribus defatigatũ, aliquantũ quiescere permisit. Aduentabat toti ecclesiæ, & precipue Romanæ vrbis pontifici & imperatori venerabile festũ Petri & Pauli. Ea ergo die, missam Adriano papa celebrante, imperator coronat̃. Tradunt Romanor̃ ibi pontificem inter missarũ solennia cunctos, qui forte in conflictu cũ Romanis habito, sanguinẽ fuderãt, absoluisse, allegationibus vsum, eo q; miles ꝓprio principi militans, eiusq; obedientiæ astrictus, cõtra hostem imperij dimicans, sanguinẽ fundẽs, iure tam poli, q; fori nõ homicida, sed vindex affirmetur. Inde castra mouens, inter vrbem & Tusculanũ resedit. Iam tẽpus imminebat, quo canis ad morbidũ pedẽ Orionis micãs exurgere deberet. E vicinis stagnis, cauernosisq;, ac ruinosis circa vrbem locis tristibus erumpentibus, & exalantibus nebulis, totus vicinus crassat̃ aer, ad hauriendũ mortalibus letifer, ac pestilens. Vrgebat̃ hoc incõmodo in vrbe ciuis, hoc tẽpore ad montana consuetus fugere. in castris miles, tanta desuetus aeris intemperie. Nec dubiũ quin ciuis ad obedientiã pontifici, ad deditionem principi suo venisset, si miles extra tantũ incõmodũ pati potuisset. Verum innumeris hac cœli corruptione in morbos grauissimos incidentibus, princeps dolens ac nolens, suisq; tantũ morẽ gerens, ad vicina montana transferre cogit̃ tabernacula. Itaq; proximũ ascendens Apenninũ, sup̃ Nar fluuiũ, de quo Lucanus, Sulphureas Nar albus aquas. tentoria fixit, circa Tyburtũ a Romano pontifice relictis sibi captiuis, diuisus. Ibi per aliquot dies manens, acceptoq; prudentũ consilio, corruptũ quẽ biberant aerem pharmatijs propellendũ, exercitũ quantũ poterat recreauit. Peractis ibi aliquot diebus, cũ Fodrũ a vicinis ciuitatibus, & castellis, & oppidis exquireret̃, Spoletani indignationẽ Principis incurrũt. Dupliciter em̃ peccauerant, cũ. Dccc. librarũ facti essent obnoxij, partim defraudando, partim falsam monetã dando. Adauxit huius indignationis cumulũ, q; Guidonẽ comitẽ, cognomento Guerrã, inter omnes Tusciæ proceres opulentiorẽ de Apulia in legatione imperatoris ad ipsum redire volentẽ, in sua ciuitate hospitatũ cõprehendere, captũq; tenere ausi sint. Quodq; his peius erat præceptũ principis, eum relaxari iubentis cõtempserunt. Imperator ergo plus de captiuitate ꝑ ceris sui, & de fraudatiõe pecuniæ motus, in Spoletanos trãstulit arma. Illi muror̃ ambitu, altissimarũq; turriũ muniminis multitudie nõ cõtenti, extra muros cũ fundibularijs & sagittarijs egressi, occurrẽdũ principi putantes, quos poterãt percutiebant, & quos poterant figebant. Videns hoc princeps, Ludus ait hic pueror̃, nõ virorũ videtur cõcertatio. Dixit, suosq; fortiter in aduersarios ruere iubet. Quo sine mora facto, vallorũq; obstaculis, tanq; plano ex feruentiũ animor̃ fortitudine transmissis, cẽdunt̃ Spoletani, ac aliq; diu viriliter resistẽtes cedere cogunt̃. Vrbis refugio se recipere volẽtibus, miles qui a tergo imminebat, simul recipit̃, fortuna iuuante virtutem. Ciuitas direptioni datur, & anteq; asportari vsui hominũ ꝓfutura possent, a quodã appositio igne concremat̃. Ciues qui ferrũ, flammãq; effugere poterant, in vicinũ montẽ seminudi vitam tantũ seruantes, se recipiũt. Protendebat̃ conflictus iste a tertia vsq; ad nonam. Nullus in illa concertatione priuatus principe strenuior, nullus nec gregarius miles ad sumenda arma prõptior, nullus ad periculor̃ exceptionem nec cõductitius eo paratior. Deniq; ea ex parte qua maioris ecclesiq; pontificalẽ sedem versus ex cõuexo mõtis inaccessibilior ciuitas videbatur, ipse nõ solum suos ad assultũ adhortatione vrgebat, minis cogebat, verũ etiã alijs exẽpla præbebat, nõ sine maximo periculo montẽ in propria ꝑsona ascendens, eamq; irrupit. Transacto Spoletanor̃ excidio, princeps ea nocte ibi victor remãsit. Postera die, eo q; ex adustione cadauerũ totus in vicino corruptus aer intolerabilẽ generaret nidorem, ad proxima exercitũ transtulit loca, duob⁹ diebus ibi manẽs, donec igni residua in vsus exercitus, nõ miseror̃ Spoletanor̃ cederent spolia. Post hæc ad maritima Adriatici equoris loca procedit exercitus. Ibi in cõfinijs Anchonę impator castra ponẽs, Palologũ q̃d nos veterẽ sermonẽ dici possum⁹, nobilissimũ Græcor̃, regalisq; sanguinis ꝓcerẽ, & Marodocũ egregiũ virũ ex parte principis sui Constantinopolitani venientes, muneraq; nõ parua deferentes obuios habuit. Quibus auditis, causaq; viæ cognita, per aliquot dies secum detinuit. Dehinc accepto principũ, qui cũ ipso erãt cõsilio, Guibaldũ Corbeiensem, simul & Stabulensem abbatẽ regalẽ virũ prudentẽ, ac in curia magnũ, in Græciam legatione ipsius ad regiæ vrbis principẽ functurum destinauit.

Quomõ exules Apuliæ terrã suã receperant, & quõ imperator ꝓpter nimiã intemperiẽ aeris multis extinctis, inuitus ad transalpina ire cogitur, & quibus vijs singuli principes redierunt. CAPVT XXIIII.

INter hæc princeps Capuæ, Andreas Apuliæ comes, cęteriq; eiusdẽ prouintię exules, Campaniã & Apuliã cũ legatione imperatoris ingredientes, ciuitates, castella, cæteraq; quæ olim habebant municipia, sine cõtradictione recipiunt, accolis terrę putantibus imperatorem e uestigio ipsos subsecuturũ. At princeps diu cũ ꝓceribus, maioribusq; de exercitu consultans, plurimum ad inclinandos animos eor̃, vt in Apuliam descenderent, laborauit. Verũ excandescente amplius in exercitum canis rabie, vixq; aliquibus residuis, qui æstus feruore, & aeris intẽperie corruptionẽ non sentiret, sautiatis quoq; de ciuitatũ, castellor̃, oppidorũ expugnatione plurib⁹, nõnullisq; extinctis, nõ sine cordis amaritudine ad transalpina redire cogitur. Igitur signo dato, cunctis ad patriã licentia repedandi concedit̃. Intrabant alij naues p Adriaticũ æquor, ac insulã, quæ modo Venetia dicit̃, ad ꝓpria reuersuri. Inter quos primates fuere, Peregrinus Aquileiensis patriarcha, Eberhardus Babenbergen. epꝰ, Bertolfus comes, Henricus Carentanor̃ dux, Odoacer Stirensis Marchio. Alij ad occidentales partes Longobardiæ, nõnulli ꝑ montẽ Io

uis,alĩ per vallem Moriannæ tranſituri carpebant iter. Cõplures adhuc imperatori adhærebant. Fridericus itaq; victor inclytus, triumphator, ab Anconenſium territorio caſtra mouens, per Senegalliã, vbi Senones Gallos olim Romani manſiſſe autumant, Fanũ & Ymulam tranſiens, Apẽnino tranſmenſo, in plano vlterioris Italiæ iuxta Bononiã ſuper Rhenũ reſedit. Inde per planam Italiã tranſmiſſo, iuxta beati Benedicti cœnobiũ nauibus Eridano ad campeſtria Veronenſiũ reuertitur, circa principia menſis Septemb.

De dolo Veronenſiũ ad pontẽ ſuper Atheſim. Itẽ de inſidijs eorũ in arto montis. quomõ item victi & capti. CAPVT XXV.

ESt autẽ antiqua Veronenſiũ cõſuetudo, & quaſi longinquo imperatorũ vtunt priuilegio, vt principes Romanorũ ſeu ad vrbẽ ex trãſalpinis partibus venientes, ſeu inde redeuntes, ne p ipſorũ ciuitatẽ veniendo depopulationi ſubiaceãt, pauliſper ſurſum a ciuitate p pontem nauibus ab eis factum, Atheſam tranſeãt. Hunc morẽ Veronenſes fraudulenter ſecuti, pontẽ quidẽ ex nauibus fecerant, ſed ex ligamentorũ tenaculis tã debilem, vt potius muſcipulã q̃ pontẽ diceres. Alio itidẽ cõmento pernitioſo vſi fuerant. Ex ſuperioribus amnis partibus validas lignorũ ſtrues in plures cõgeſſerant faſces, quatenus p hoc huius rei ignarũ deciperẽt militẽ, i. vt poſtq; altera pars tranſiret, altera ponte p hæc diabolica machinamẽta dirupto remaneret, ipſi in alteros irruerent. Inciderunt iniqui in foueã, iuxta ſcripturã quã fecerunt. Denicq; nutu dei, ſaluti principis exercitusq; ſui præuidentis, factũ eſt, vt & miles periculoſe ſine damno tñ tranſiret, & prædictę ſtrues ſupuenientes põte diruto quoſdã ex hoſtibus, qui exercitũ ſubſecuti fuerant, eodẽ quo venerãt meatu reuerti ſe putantes, interciperẽt. Qui mox omnes ſicut traditores trucidati ſunt. Ea nocte feſſus laboribus in vicino reſedit miles. Erant in imminẽti fauces montiũ, ſaxũq; fortiſſimũ prope in decliuo rupis inacceſſibilẽ ſeruãs viam. Oportebat per de ſubtus exercitũ trãſire. Talis eſt emi ibi natura locorũ. Ex vna parte labit Atheſa fluuius inuadibilis, ex altera prerupta montis precipitia viã ſtringunt, & vix ſemitã artiſſimã faciũt. In hac arce quodã Alberico nobili Veronenſiũ equite auctore, latrunculorũ prædandi cauſa cõuolauerat multitudo. Igitur aduentante exercitu, quidã ex eis, qui ea die qua Atheſa tranſmiſſa eſt, tranſire cupiebant, pacifice ex induſtri dolo anguſtias a latronibus trãſpedare permittunt. Venientibus ſequenti luce alijs, latrones ad ſaxorũ moles currunt, tranſmeandi facultatẽ præpediunt. Principẽ ea latere nõ poterant. Erant adhuc in comitatu ſuo duo Veronenſiũ ciuiũ illuſtres equites, qui eum ad vrbẽ proſecuti, ac inde vſq; ad p̃ſentẽ locũ ſecuti fuerant, Garzabanus & Yſaac. Hos princeps ad p̃dictos latrões deſtinãdos putauit, vt ita cõmunicato cõciuiũ ſuorũ cõſilio, a cœpta facilius deſiſterẽt malitia. Illi eos nec audire, ſed ictibus ꝓpellere. Imperator rurſum alijs eo deſtinatis, illos ab incœpto deſiſtere iubet. At illi in pertinaci obſtinatione ſua remanẽtes, lapides itidẽ iactare cœperunt, dicentes imperatorẽ ibi nunq; tranſiturũ, niſi a ſingulis equitibus loricã vel equũ haberent, & inſup nõ modicã pecuniã a principe. Audiens hæc imperator, Dura eſt inquit, hæc cõditio, durũ eſt latroni principẽ tributa perſoluere. Quid faceret? quo ſe verteret? flumẽ tranſuadaret? ad tranſuadandũ aptus natura renitẽte nõ erat. Ingenio tranſiret? pons dirutus fuit. Ciuitatẽ verſus deſcenderet? ſed & ibi

Pſal.7. Eccl.10.

mons ad flumen ſe ſtringens, clauſurã fecerat, quã Veronenſiũ præſidia obſeruabant. Ad cõſueta priorũ virtutũ ſe vertit inſignia. Oportebat emi qualicunq; prędictã arcẽ expugnari ingenio. Iubet ſarcinas deponi, tentoria quaſi erigi, ac ſi eadẽ ibidẽ nocte figenda forẽt tabernacula. Hic inquit, tanq; patriæ nobis arridente veſtibulo, tot decurſis periculis laborũ noſtrorũ cõſummationẽ hic habebimo. Sic ſuos alloquẽs, ac ſi illo Vergiliano vteret. O ſocij, necq; emi ignari ſumus ante malorũ. O paſſi grauiora, dabit deus his q̃q; finẽ. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Omnes armari iubet. Deinde vocato Garçabano & Yſaac, de ſitu locorũ, quoue aperiri poſſit via ingenio, inquirẽdo ſollerter edoceri petit. At illi. Cernis eam quæ ſup arcẽ dependet rupem, eminẽtia ſua terribilẽ, & fragoſis locis, ſaxorũq; aſperitate quaſi inacceſſibilẽ? Illam niſi forte ab eis obſeruetur, ſi incautis p̃cipere poteris, ꝓpoſitũ tenebis. Nec mora, mittunt cũ Ottone vexillifero quaſi ducẽti lectiſſimi iuuenes armati. Illi p deuia ſyluarũ & mõtiũ, per cõcaua & confragoſa Alpiũ oberrando loca, tandẽ cũ multo ſudore ad prædictã perueniũt rupem. Quæ dũ quaſi ferro abſciſa, nullũ aſcendendi aditũ militi offerret, curuat alius, vt ſociũ dorſo leuet, alius ad erigendũ cõmilitonem ſuũ humeros præbet. poſt hęc de aſtis facientes ſcalam, nã grauabat admodum hac naturali (vt ita dicam) ſcala armatus eques, cuncti ad ſummitatẽ pueniunt rupis. Exeritur ab Ottone imperatoris vexillũ, quod ab eo prius latenter geſtabatur. Hoc ſigno tanq; victoriã p̃ſagiẽte, clamor & cantus attollit. exercito qui in valle manebat, ad aſſultũ properat. Latrunculi huius rei incauti, putabãt emi prædictã rupem cunctis mortalibus impermeabilẽ, ſolis auibus peruiã fore, viſo q; ex infernis & ſupernis vrgerent locis, deſperatione corripiunt, fugãq; moliuntur. ſed fugæ locus nõ erat. Quicũq; emi ex eis præcipitij præſidio ſe cõmitteret, ex colliſione hincinde ſaxorũ confractus, membratimq; diſcerptus, anteq; ad ſolũ peruenireti, animã in inani ponebat. Tanta erat ſaxi eminẽtia, tanta fuit hiſpidę rupis ſcabroſa malitia. Quid pluraꝫ Vno autẽ ſolo qui cauernoſis locis abſconſus, delitescens mortẽ euaſit, cæteri omnes obtruncant, duodecim cũ Alberico captis, ac ad ſupplicium reſeruatis. Erant pene omnes qui deprenſi in vinculis tenebant, equeſtris ordinis. Preſentatis igit p̃dictis viris principi, ad patibuliq; ſupplicia adiudicatis, vnus ex eis inquit. Audi impator nobiliſſime, miſerrimi hominis ſortẽ. Gallus ego natione ſum, nõ Lõbardus, ordine q̃uis pauper eques, cõditione liber, caſu nõ induſtria his latronibo adiunctus, p reſartiẽda familiaris rei penuria. Promiſerũt ſe ducturos me ad loca talia, vbi mea poſſet releuari inopia. Credidi miſer, conſenſi credulus, ductus ſum ab iniquis, & ſeductus ad hæc infortunia. Quis emi in quolibet mortaliũ tam p̃cipitatę mẽtis ſperaret inſaniam, tam furentis animi expectaret audaciã? Quis a ꝓprio cliente has ſuo principi vrbis & orbis dominatori necti crederet inſidias? Parce princeps, parce miſero, parce miſerabiliter ſeducto. Hunc ſolũ impator glorioſus de cęteris ſententia mortis eripiendũ decreuit. hoc ei tantũ, p pœna impoſito, vt funibus ceruicibus ſingulorũ appoſitis, ligni ſupplicio cõmilitones plecteret. Sicq; factum eſt. Non illis miſerrimis profuit multa, quã pro vita redimenda promittebant pecunia. A diſtricto iudice patibulo adpenſi ſunt. Cęteri omnes, qui per decliua montiũ diſperſi iacebant, vt cunctis tranſeuntibus temeritatis ſuæ præberent documenta, in ipſa via in cumulos acti. Fuerunt autem, vt dicitur, quaſi quingenti.

Vergi.1. Aenei.

De fœlici exitu principis in Baioariam. CAPVT XXVI.

RInceps transitis locorꝫ angustijs, iam cunctis emensis periculis no
cte illa in Tridentinorꝫ territorio castra lætus locauit. Dehincꝙ Tri
dentũ, vallẽcꝙ Tridẽtinã trãsiẽs, ad Bauçanũ vscꝙ puenit. Hæc villa
in termino Italiæ, Baioariẽcꝙ posita, dulce vinũ, atcꝙ ad vehendũ in
exteras regiones naturale Noricis mittit. Inde multis se ad propria dispergenti
bus domicilia, per Brixinorã iter agens, ad Baioarię planitiẽ eodem ferme quo
inde egressus fuerat tẽpore, vertente anno rediit. Hæc de expeditionis ꝓcessu, &
prouẽtu pauca de multis enarrasse sufficiat. Necꝙ ẽm cuncta ibi fortiter gesta a
nobis ea ordinis integritate, stilicꝙ vrbanitate dici poterant, ac si oculis nostris
illa vidissemus. Nam antiquorꝫ mos fuisse tradit, vt illi qui res ipsas, ꝓut gestæ
fuerũt, sensibus ꝓceperãt, earundẽ scriptores existerẽt. Vnde & historia ab histe
ron, ꝙd in greco videre sonat appellari cõsueuit. Tãto ẽm quisꝙ ea q̃ vidit & au
diuit, plenius edicere poterit, quãto nullius gr̃a egẽs, hac illacꝙ ad inquisitionẽ
veritatis nõ circũferẽ dubie anxius, & anxie dubius. Durũ siquidẽ est scriptoris
animũ, tancꝙ proprij extorrem, examinis ad alienũ pendere arbitrium.

Impator patruũ suũ hortat ad transignandũ cũ duce Saxoniæ. CAP. XXVII

HGitur cõsummato fœliciter vię labore, princeps ad familiaria reme
ans domicilia, alloquit ĩ cõfinio Ratisponẽsiũ patruũ suũ Henricũ
ducẽ, vt ei de transactione faciẽda cũ altero Henrico, qui iam (vt di
ctum est) ducatũ Baioariæ iudicio principũ obtinuerat, ꝓsuaderet.
Cui dum ille tunc nõ acquiescerẽt, iterũ diem aliũ, quo eũ sup eodẽ negocio per
internuncios cõueniret, in Baioaria versus confiniũ Boemorꝫ constituit. Quo
princeps veniens, Labeçalaũ ducem Boemiæ, Albertũ marchionem Saxoniæ,
Hermannũ Palatinũ comitẽ Rheni, cũ alijs viris magnis obuios habuit. Tan
tus etẽm eos qui remanserant, ob ipsius gestorꝫ magnificentiã, inuaserat metus
vt omnes vltro venirent, & quilibet familiaritatis eius gratiã obsequio conten
deret inuenire. Quantũ etiã Italis timorẽ incusserit factorꝫ eius memoria, ex le
gatis Veronensiũ perpendi potest, quod in proximo deo largiente, plenius di
cendũ erit. At cũ multis modis ad transiendũ nos, qui mediatorꝫ ibi vice funge
bamur, operã daremus, infecto adhuc negocio, insalutati ab inuicẽ sepati sunt.

Quomõ apud Ratisponã Henricus in possessionẽ Baioarię ducatus mit
titur. & de cõtrouersia inter Mogũtinũ archiep̃m, & Hermannũ Pa
latinũ comitẽ de Rheno. & qualiter Ratisponen. ep̃us Hardeui
cus in gratiã principis redierit. Itẽ de legatis, & excusatione
Veronensiũ, ac eorundẽ recõciliatione. & qua satisfa
ctione Mogũtinus archiep̃s, & Palatinus comes
in pacẽ redierint. CAPVT XXVIII.

ROst hęc mediante Octobre, imperator Ratisponam Norici ducatus
metropolim curiã celebraturus ingredit, habens secũ Henricũ Hen
rici ducis filiũ, in possessionẽ eiusdẽ ducatus mittendũ. Hæc ciuitas
super Danubium, qui vnus triũ famosissimorꝫ fluminũ in Europa a
Topographis dicit, ex ea parte qua prædicto amni duo nauigabilia Regnus. s.
& Naba illabunt̃ flumina, posita, eo ꝙ ratibus opportuna, bonacꝙ sit, vel a po

nendo ibi rates, Ratisbona, vel Ratispona vocat, Baioariorꝫ quondã regũ, mo
do ducũ sedes. Venerũt ad eam curiã Arnaldus Moguntinus archiep̃us, & p̃di
ctus Hermannus Rheni Palatinus comes, vterꝙ alter de altero querimoniã fa
cientes. Denicꝙ manente in Italia principe, totũ pene transalpinũ imperiũ sediti
onibus motũ, ferro, flãma, publicisꝙ cõgressionibus turbatũ, absentiã sui sensit
p̃sulis. Inter ꝙs duo hi principes tanto ad nocendũ efficatiores, quãto fortiores,
totã pene Rheni prouintiã, & præcipue Moguntinæ ciuitatis nobile territoriũ
præda, cæde, & incendijs cõmacularant. Igit̃ sedente ibi in publico consistorio
impatore, iam sæpe noiatus Henricus dux possessionẽ suã, patrũꝙ suorꝫ recipit
sedẽ. Nã & proceres Baioariæ hominio & sacramẽto sibi obligant̃, & ciues non
solũ iuramẽto, sed etiã ne vllã vacillandi potestatẽ haberẽt, vadibus obfirmant̃.
Impetit̃ ibi Hardeuicus, qui nouiter p electionẽ cleri & populi, & Metropolita
ni sui cõsecrationẽ, pontificatũ eiusdẽ ciuitatis acceperat. Regalia siquidẽ, quæ
iuxta rationes curię, nulli eporꝫ, militi, anteꝙ de manu principis suscipiant̃, tra
dere licet, ipse huius rei nescius, imp̃meditate morante adhuc in Italia principe
tradiderat. ob ea in causam positus, dũ & factũ inficiari, qualitatẽue facti defen
dere nequit, cõpositionis incurrit noxam. Ceteri ꝙꝙ qui ab eo susceperãt, quicꝙ
iuxta suã cõditionẽ & sortẽ in plusue minusue cõsimili pœna damnant̃. Est ẽm
lex curiæ, ꝙ quisquis de ordine principũ principis sui iram incurrẽs, cõpositio
nẽ persoluere cogat̃, centũ librarũ debitor existat, cæteri minoris ordinis viri, si
ue ingenui, siue liberi, vel ministri, decẽ. Ad eandẽ curiã ep̃us Veronensis a po
pulo suo ad imperatorẽ destinatus venit, habẽs secũ p̃dictos duos equites Gar
çabanũ & Ysaac. Qui cũ præsentiæ principis admissus fuisset, inquit. Princeps
glorioſissime, fidelissimi tui Veronenses ad tuã destinauerũt nos magnificẽtiã.
Necꝙ ẽm ego, qui eiusdẽ ciuitatis q̃uis indignus ep̃s vocor, prius hanc legatio
nẽ suscipere volui, donec omnib⁹ in maiore ecclesia cõgregatis, tancꝙ deo teste,
ea quę ore ꝓferebant̃, corde se tenere vnanimiter assererẽt. Denicꝙ credendũ nõ
est, populũ animi virtute præstantẽ, rerũ abũdantia pollentẽ, pastorẽ animarũ
suarũ deceptionis baiulũ facere. Aliũ inuenire poterant fraudis idoniorẽ minis
trũ. Præterea hi mihi collegæ iuncti sunt, quorꝫ tu fidẽ in negocijs, fortitudinẽ
in prælijs, proxima tua expertus es expeditione. Crede ergo dn̄e, crede ꝙd dici
mus. Populus tuus Veronẽsis, tuus est peculiaris ꝑp̃s, tibi tancꝙ dño & impa
tori fideliter deuotissimus, & deuote fidelissimus. Audierũt dum per eorꝫ fines
transires, quosdã latrunculos angustias viarũ obseruare ausos fuisse. cognoue
runt etiã te eosdẽ debita animaduersione punisse. Audiuit hæc Verona, & læta
ta est. Nõ reputat suos ciues maiestatis tuæ insidiatores. Absit vt suos ciues pu
tet, qui latrocinio inseruiunt. Audiuit rursum, vnde non mediocriter indoluit,
huiusce rei suspitionẽ de tua habere ciuitate. Ad hoc missi sumus, quicũꝙ hoc
tuæ insinuauit serenitati, criminator fuit, aliena fœlicitate liuidus. Delatorem
eum scias, non cognitorem. Nunquid non sacramento fidelitatis tibi obligata
est Verona? Nunquid cum ab ea recederes, in tua non remansit gratia? Offen
deret ne sub bonæ fidei pallio per fidẽ Verona principẽ, quæ hoc modo lædere
non solet æqualem? Vis ne amplius? Sed si his credere non placet allegationũ
rationibus, excusat se super hoc facto Verona. Famã purgare, innocentiã ꝓba
re, iudicio curiæ parata est corã tuę maiestatis excellentia. Recipiat ergo bonus
princeps deuoti populi sui purgationẽ innocẽtiæ, & cõuertat indignatiõis suæ

aculeos contra Mediolanenſiũ & Romannꝝ ſuperbiã. Hac legatione accepta, imperator cũ principibus conſiliũ capit. Poſtea ſicut cognouimus, in gratiã recepta eſt Verona. Nã & magnã pecuniã dedit, ac militiã quã habere poſſet, contra Mediolanenſes ducere ſacramẽto firmauit. Inde ad partes Rheni ſe cõferẽs, proximũ natale dñi Vormatię celebrauit. Ea nãq; regio, quã Rhenus nobiliſſimus fluuius ex triũ Europæ noſtratiſſimorꝝ fluuiorũ vnus interſecat, ex vna ripa Galliæ, ex altera Germaniæ limes, in frumento & vino opima, venationibus & piſcationibꝰ copioſa. Habet em̃ ex parte Gallię vicinũ Voſagũ & Ardennã, ex parte Germanię ſyluas nõ mediocres, barbara adhuc noſa retinẽtes, in trãſalpinis manẽtes principes diutiſſime ſeruare põt. Ad hãc curiã Arnaldus Mogũtinus archiẽps, & Hermãnus Palatinus comes veniẽtes, de hoc q̃ abſente principe terram illam, vt ſupradictũ eſt, præda & incendio perturbarant, in cauſam ponunt̃. ambobusq; cũ cõplicibus ſuis reis inuentis, alteri ob ſenij morũq; grauitatẽ, & pontificalis ordinis reuerentiã parcitur, alter pœna debita plectit̃. Denicq; vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Sueuos inoleuit, vt ſi quis nobilis, miniſterialis, vel colonus, coram ſuo iudice pro hmõi exceſſibus reus inuentus fuerit, anteq; mortis ſententia puniat̃, ad confuſionis ſuæ ignominiã nobilis canem, miniſterialis ſellam de comitatu in proximũ comitatũ geſtare cogatur. Hunc morẽ imperator ſeruans, Palatinũ iſtũ comitẽ, magnũ imperij̃ principẽ, cũ decẽ comitibus cõplicibꝰ ſuis, canes p̃ teutonicũ miliare portare coegit. Hoc tã diſtricto iudicio per totã tranſalpini imperij̃ ꝓmulgato, tantus oẽs terror inuaſit, vt vniuerſi magis quieſcere, q̃ bellorꝝ turbini inſeruire vellent. Acceſſit ad huius tam magni boni augmentũ, q̃ princeps circũquaq; nõ impigre diſcurrens, nõnullorũ raptorꝝ caſtra, munitiones, receptacula diruit, quoſdã cõprehenſos capitali ſententia plectendo, alios patibuli tormento torquẽdo, ſola Baioaria propter prænominatã litẽ huius gratiæ particeps nondũ fieri meruit.

De obitu Arnaldi Colonieñ. archiep̃i, & q̃ princeps p̃noſtatos duces ad concordiã reuocare ſatagebat. & de nuptijs imperatoris cũ Beatrice Reinaldi filia Herbipolis celebratis. & quare? Item de legatis a Græcia reuerſis, & quare Græcorꝝ legati ad preſentiã imperatoris nõ admitterent̃. CAPVT XXIX.

EOdẽ anno inter Paſcha & Pẽtecoſtẽ Arnaldus Colonieñ. archiẽps, vir honeſtus, ſuæq; eccleſiæ reparator, diem obijt. Imperator ad Baioariã rediens, dies Pẽtecoſtes in quodã caſtro Ottonis Palatini priuatus erat. Proxima dehinc feria tertia, nõ longe a ciuitate Ratiſpona patruũ ſuũ Henricũ ducẽ alloquens, ad tranſactionẽ cũ altero itidẽ Henrico faciendã tunc demũ inclinauit. Præponebat hoc princeps omnibus euentuũ ſuorũ ſucceſſibus, ſi tam magnos, ſibiq; tam affines imperij̃ ſui principes, ſine ſanguinis effuſione in cõcordiã reuocare poſſet. Sequẽti dehinc ebdomada, in ciuitate orientalis Franciæ Herbipoli, regio apparatu, multa principũ aſtipulatiõe iuncta ſibi Beatrice Reinaldi comitis filia, nuptias celebrat. Reinaldus iſte de antiqua & illuſtri Burgũdionũ proſapia originẽ trahens, illius Burgũdiæ comes dicebat̃, quæ olim a Rudolfo rege imperatori Henrico Conradi filio, cũ teſtamento relicta regnũ erat. Hæc eadẽ prouintia eſt a qua Conradus dux, eiusq; filius Bertolfus duces vocari cõſueuerũt. Quæ vero huius diſceptationis cauſa

fuerit, paucis abſoluam. Mos in illa qui pene in omnibus Gallię prouintijs ſeruatur, remãſit, q̃ ſemp̃ ſeniori fratri, eiusq; liberis, ſeu maribus, ſeu fœminis, paternæ hæreditatis cedat auctoritas, cæteris ad illũ tanq̃ ad dñm reſpiciẽtibus. Ex qua conſuetudine factũ eſt, vt Guilhelmus qui dicebat̃ puer, huius ex parte patris cõſanguineus, Cõradi vero ducis ſororis filius, rerũ ſummã dum adhuc viueret, illa in ꝓuintia haberet. Quo fraude ſuorꝝ rebus humanis exẽpto, Reinhaldo comiti iure hæreditario dominiũ ceſſit. Actum eſt hoc ſub Henrico. v. ſeu Lothario, ij. Verũ p̃dictus comes nimis iuſtitiæ ſuæ confiſus, erat em̃ homo lenis, & ex nimia lenitate remiſſus, curias principis adire neglexit. Ex quo factũ eſt, vt indignatione motus princeps, prædictã terrã Conrado duci concederet, ſicq; vterq; vicina ſibi vẽdicaret loca. Longa itaq; cõcertatione intantũ vt etiã in campo cõgreſſu publico ab eis pugnaret̃, pene vſq; in p̃ſentiarũ deducta eſt hæc cõtrouerſia, donec recenter ab imperatore, ſicut cognouimus, eo tenore deciſa eſt. q̃ Bertolfus prædicti Conradi filius, in negotij̃ rranſactionẽ, tres ciuitates inter Iurum & montẽ Iouis, Loſannã, Gebennã &, N. accepit, cæteris omnibus imperatrici relictis. Protendit̃ etem̃ hęc ꝓuintia pene a Baſilea, i. a caſtro q̃d mons Biliardi vocat̃, vſq; ad Iſarã fluuiũ, de quo Lucanus, Hi vada liquerunt Iſaræ. iunctam habens dominatui ſuo eam terrã quę ꝓprie ꝓuintia vocat̃, & ab eo flumine porrigit̃ vſq; ad ea loca, qua Rodanus mari recipit̃, & Arelatũ ciuitas ſita eſt. At Reinaldus iſte Simonis Lotharingiorꝝ ducis filiã ducens, ab ea tantũ hanc puellam ſuſcepit, ipſamq; nõ multo poſt moriens ſecundũ prędictũ morẽ, totius terræ ſuæ heredẽ reliquit. Quã imperator (vt oſtenſum eſt) in matrimonio ſortitus, nõ ſolũ Burgundiã, ſed & prouintiã imperio iamdiu alienatas ſub vxoris titulo, vt poſt modũ plenius dicet̃, familiariter poſſidere cœpit. Ad eam curiam Guibaldus Corbagenſis abbas a Græcia rediens venit. Nã legati Græcorꝝ, qui cũ eo ad imperatorẽ deſtinati fuerant, apud Iuuauiã relicti preſentiæ principis nõ admittebant̃. Cuius rei ratio hæc fuit. Cũ ab eo circa Anconam receſſiſſent, literas quaſdã ſigillo ſuo clauſas p̃ ſurreptionẽ acceperant. Igit̃ redeũte ad tranſalpina principe, Græci Campaniã ſimul & Apuliã ingrediunt̃ oſtenſisq; imperialibus literis, maritima ſibi a principe cõceſſa fuiſſe mentiunt̃. Sicq; indigenas quoſq; nõ ſolũ auctoritate imperatoris terrẽdo, ſed & auro corrumpendo totã, ꝓuintiã ad ſuã ditionẽ inclinant. Inde Barrũ vſq; ꝓcedẽtes, arcẽ vbi Guilhelmi præſidia poſita erant, expugnant. Mortuus fuit ibi Palologus & ad terrã ſuã deportatus. Adiuuabant̃ nõ ſolũ exulũ, videlicet prĩcipis Capuani, Andreę comitis, aliorũq; qui nouiter terras ſuas receperãt auxilio, ſed & Roberti Cauillenſis cuiuſdã comitis magni de terra illa viri, quẽ p̃ pecuniã ſibi allexerant. Præterea totus pene populus in ciuitatibus, oppidisq; manẽs, eo q̃iã diu Guilhelmi huius, patriſq; ſui Rogerij̃ tyrannide premeret̃, tanq̃ de iugo tã graui liberari optans illis adhærebat, diffamabat̃ non ſolũ p̃ vicinas regiones, ſed & ad nos vſq; puenit, Guilhelmũ vel vitã finiſſe, vel ex vi morborꝝ ſenſum amiſiſſe, Græcos iam omnes illas poſſidere prouintias. Audiuit hoc princeps, indignationeq; motus conſultabat diutiſſime, an prædicti legati, qui ex parte principis ſui Manuel aduenerant, præſentiæ ſuæ admittendi, vel tanq̃ traditores puniendi, vel contemptibiliter facultatẽ redeundi accepturi forent. Tandẽ inclinatus, quorundã precibus, audiẽtiam eis præſtare diſponit, & ob hoc dies eis in Norico caſtro menſe Iulio præſcribitur.

Quare expeditionē contra Mediolanenſes indixerit,& exemplar literaꝝ de hoc,Itē de guerra Papienſiū & Mediolanenſiū. CAP. XXX.

HIpſe vero cuius Guilhelmū odiret, nolens tamē imperij ſui limites tyrannica Rogerij rabie vſurpatos,ab exteris eripi,expeditionē illo iurari fecit.Nō multo tū poſt,exquo cognouit Guilhelmū fuſis Græcis Apuliā & Calabriā recepiſſe,conſiliū mutauit,& ad cōpeſcendā Mediolanenſiū contumaciā iram conuertit.Vnde eius tale ſcriptū ad principes deſtinatū inuenit. ¶ Fridericus dei gratia Romanoꝝ imperator, & ſemper Auguſtus,dilecto patruo ſuo Ottoni Friſingenſi epō,gratiā ſuā & omne bonū. Quia diuinæ prouidentię clemētia,vrbis & orbis gubernacula tenemus,iuxta diuerſos euētus rerū,& ſucceſſiones temporum,ſacro imperio,& diuæ reip. conſulere debemus.Cū em ea quæ neceſſitatis cauſa inſtituta fuerint,ceſſante neceſſitate ceſſare debeāt, expeditionē, quā proxime Vuirtzeburg ppter inuaſionem Græcoꝝ in Apuliā iurari præcepimus,poſt fugam eoꝝ tibi,cæteriſq; principibus relaxamus,vt ad alia imperij negocia promptiores eos inuenire poſſimus. Verū quia Mediolanenſiū ſuperbia iamdiu caput contra Romanū imperium erexit, & modo ſua fortitudine totā Italiā ſubuertere, vel ſuo nitif dominio ſub iugare,ne & tāta preſumptio noſtro tēpore preualeat,vel gloriā noſtrā plebs improba vſurpare,vel cōculcare valeat,futuris caſibꝰ viriliter occurrere,& ad deſtructionē eoꝝ omne robur imperij excitare intendimus.Ex iudicio igit principum expeditionē contra Mediolanū a proximo Pentecoſtē ad annū iuratā tibi indicimus,cū intime rogantes & pcipientes,quatinus ad eam nobiſcū peragendam,a vigilia Pentecoſtes ad annū,Vlmæ nobis indubitanter occurras, certus q nec te, nec aliquē principū noſtroꝝ montē Apenninū tranſire cogemus. Denicq princeps ad tranſalpina rediens,ſicut Francis præſentia ſua pacē reddidit, ſic Italis abſentia ſubtraxit. Nam nō ſolū Apulia, & Campania huius mali, vt oſtenſum eſt,particeps fuit, ſed et vlterior Italia abſentiā ſui ſentiens principis, immunis ab hoc turbine eſſe nō potuit.Mediolanenſes ſiquidē mox reedificata Terdona,Papienſiū renouant bellum,duobus ſuper Ticinū fabricatis pontibus fines eoꝝ irrumpūt, oppidū quoddā Vingeuū, vbi multi ex ipſis ſimul cū Marchione Guilhelmo fuerunt,obſidione vallant, ac tandē artificioſe ad deditionem coactos pacem petere,obſides dare cōpellunt.Sed cum duras nimiū pacis conditiones audiſſent,rurſus rebellare tentabat Papienſes. Igitur Mediolanenſes per pontes quos fecerant,tranſmeantes,Lunellum reedificant, totumq; pene territorium Papienſiū crudeliter depopulantur.

De ſchiſmate Colonienſis eccleſiæ propter electionē Friderici & Gerardi.De morte Boritij, & legatis Græcorū. De contentione Colonienſis cleri coram principe. CAPVT XXXI.

EA tēpeſtate,defuncto(vt dictum eſt)Arnaldo Colonienſi archiepo eccleſia illa ad electionē faciendam cōueniens,grauiſſime ſciſſa eſt. præpoſitis & abbatibus Gerardū Bunnenſem ppoſitū.maioris vero eccleſiæ canonicis,qui tunc tēporis præpoſito & decano carebāt Fridericū Adolfi comitis filiū eligentibus.Itaq; imperatore menſe Iulio,in Norico caſtro,vbi Græci eius maieſtati præſentādi erant,morante,vtræq; iſtæ partes cauſam ſuam principi oſtenſuræ veniunt.Non longe ante hæc tēpora Græcorū princeps cū Boritio cōtra Vngaros copias mittens,magnū ſui detrimentū accepit exercitus, intantū vt & Boritius a quodā qui ſecum venerat Cumano, qui & Scytha, ſagitta tranſfixus necaret. Eapropter prædicti nuncij,nō ſolum ob firmandū connubiū ad imperatorē venerant, ſed etiā ad iudicandā ſuam de Vngaris,auctoritate principis,iniuriam,in vtroq; fruſtrati ſunt.Nam & imperator aliam ſibi(vt prędictū eſt)in matrimonio iunxerat,& expeditio cōtra Vngaros,poſtulabant em eam proximo Septemb.fieri,tam celeriter fieri vel ordinari nō poterat.Admittunt tamē eius conſpectui,ſcripta recipiunt. Remittitur cū eis Stephanus capellanus imperatoris, per quē princeps de illius principis voluntate amplius cognoſcat.Sed de Græcis dicta hunc teneāt locū. Procedūt Colonienſes,aduocatos expoſcunt, de ſua vtriq; electione per triduū corā principe decertant,& conrixant. Tandem princeps vtrorūq; auditis allegationibꝰ, conſilio & iudicio quos ſecū habebat epiſcoporum,aliorūq; principū,prędictam cauſam ad curiam Ratiſponenſem, vbi conſiliū pro terminanda duorum ducum lite publicari debuit,producendam decreuit.

De tranſactione duorū ducum.De pace facta in Baioaria,& de deciſione litis inter Colonienſes. CAPVT XXXII.

IGitur mediante iam Septembre,principes Ratiſponæ cōueniūt, ac per aliquot dies preſentiā imperatoris pſtolabant. Dehinc principe patruo ſuo in campū occurrēte, manebat em ille ad duo Teutonica miliaria ſub papilionibus,cunctis procerib⁹,virisq; magnis accurrentibus,conſiliū quod iamdiu ſecreto retentū celabat, publicatū eſt. Erat autē hæc ſumma(vt recolo)concordiæ.Henricus maior natu,ducatū Baioarię p.vij. vexilla reſignauit.Quibus minori traditis, ille duobus vexillis marchiā orientalem cū comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit.Exinde de eadē Marchia cū prædictis comitatibus, quos tres dicunt,iudicio principū, ducatū fecit.eumq; nō ſolum ſibi,ſed & vxori cū duobus vexillis tradidit. neve in poſterū ab aliquo ſucceſſoꝝ ſuorū mutari poſſet,aut infringi,priuilegio confirmauit.Acta ſunt hæc anno regni eius.v.imperij.ij.Itaq; ad ciuitatē,iuxta quod prę optauerat,inter patruū & auunculi ſui filiū terminata ſine ſanguinis effuſione cōtrouerſia, lætus redijt. ac ſtatim ſequēti die in publico reſidens cōſiſtorio, ne Baioaria vlterius totius regi quietis immunis eſſet, treugam proximo Pentecoſte ad annū iurari fecit. Porro tanta ab ea die vſq; in præſentiarū toti tranſalpino pacis iocunditas arriſit imperio, vt nō ſolum imperator & Auguſtus, ſed & pater patriæ iure dicat Fridericus.Eniuero antecq; hæc curia terminaret, preſentatis ſibi iterū de Colonienſi eccleſia vtriſq; partibus,alterā electionē,eam videlicet quæ a canonicis maioris eccleſiæ facta fuit, validiorē iudicans, Fridericū Adolfi comitis filiū de regalibus inueſtit,ſicq; eum a Romano pontifice conſecrandū ad vrbem miſit. ¶ Tanta ſunt quæ de tuæ maieſtatis virtutū dici poſſent Auguſtoꝝ optime. Quod ſi ſimul ſine interpolatione inſipienter effundantur,ſcribētis præfocare poſſent animū. Quare huic Secūdo operi terminus detur,vt ad ea quæ dicenda reſtant,Tertio locus ſeruetur volumini.

Hucuſq; Otto epus Friſingenſis Chronicā illam deduxit.

FINIS SECVNDI LIBRI.

Viris prudentissimis, pace & militia exercitatis. V. & N. sacri palatij vni Cancellario, alteri Notario, Raudeuicus sanctæ Frisingen. ecclesiæ, p fessione Canonicus, ordine diaconus licet indignus, simul cum intellectu, spiritu pietatis abundare.

Iob.7. INterrogans generationē pristinā, & diligenter inuestigans patrum memoriā, multis experimentis inuenio, humanarū rerū nihil firmū, nihil perpetuū, sed dies hominis velocius transire, q̄ a texente tela succiditur, & vitam eius velocius vmbra, aut vēto declinare. Quod cū multis & magnis clarū sit experimentis, etiā præsentis operis pagina suū nobis exinde præbet documentum, quæ ab auctore suo fœlicis memoriæ venusti sermonis inchoata principio, ipso prohdolor infausta morte præuento, nostræ paruitati velut abortiua, & quasi de dñi sui funere rapta, eius iussu, pariterq̄ serenissimi & diui imperatoris Friderici nutu fouenda, & p̄mouēda cōmittit. Parendū ergo tam magnis præceptoribus deliberaui, malens potius de rudis informitate sermonis subire iudiciū, q̄ de perfida desidia, seu deside perfidia notari, si tam clari ac magni viri, mihiq̄ charissimi dñi, tam præclaræ materiæ cœptū opus & memoriale, pariter cū illo in interitū atq̄ obliuionē passus fuissem venire. Et vestræ quidē prudentiæ potissimū labor iste debebat, apud quos exacta fides historiæ reperit. sed præiudicantibus vobis in hac parte diuersarū occupationū curis, nō tam vacat ad scribendū distractos animos applicare, q̄ scriptis alioꝝ accusationē, vel debitam laudationē accōmodare. Quidam em̄, vt ait Iosephus, non q̄ rebus interfuerint, sed incertos & incongruos narrantiū sermones auribus colligentes, oratorum more perscribere solent. Qui vero præsto fuerunt, aut vincentis principis obsequio, aut odio eoꝝ qui victi sunt, contra fidem rerū falsa cōfirmāt. A quoꝝ parte vtrinq̄ me beatū æstimo, qui in his quæ audiui, nō passim quorūlibet relatorū rumusculis sum me perpessus abrumpi. nec in his quæ per me cognoui, gratia principis, seu fauore meæ gentis falsum quippiā addidi. Si quis autē superioris operis facundiā, habita collatione cum arido nostri ingenij eloquio contulerit, veniam placatus tribuat. Fateor equidē q̄ tenuis mihi spiritus est ad excitandā minutā tibiam, necdum ad implendam superioris auctoris venerabilis præsulis tam magnificā, & copiosam scribendi & dicendi tubam. Sed vbi eloquentiæ, & stili me superat pondus, sensus & integra veritas rerum gestarū deo propitiāte exæquabit. Vos itaq̄ ambos in hoc opere præceptores, testes, & iudices eligo, rogans vt exactū a me laborē sine cōtumelia suscipiatis, & qui rebus ipsis tanq̄ familiares & conscij secretoꝝ interfuistis, si quid corrigendum est, ad regulam veritatis emendare. si quid parum, aut superflue dictum est, vel radere, vel superaddere, quantū satis est, non pigritemini. Ego etenim reuera, nisi vestra fretus ope ac studio, sub hoc fasce succumberem. Frustra p̄ me conatus tanti imperatoris gesta attingere, cuius si quis magnitudinem animi & imperij cum annis conferat, ætatem vltra putet. Ita em̄ late, & magnifice per orbem terrarū arma circūtulit, tantū operū pace, belloq̄ gessit, vt qui res eius legerit, non vnius, sed multorum facta regum seu imperatorū arbitretur.

De procinctu contra Polonos. De situ terræ, & more illius gentis.

CAPVT PRIMVM.

ORdinato in Alemanniæ partibus summa prudētia imperio, tota terra illa iam inusitatā, & diu incognitā tranquillitatem agebat. Ea denicq̄ pax in Germania erat, vt mutati hoīes, terra alia, cœlū ipsum mitius, molliusq̄ videret. Imperator autē tanta quiete nō ad ociū, nō ad voluptatū illecebras abutebat. Indignū siquidem ratus est, si exercitatū bellicis negocijs animū sine vtilitatibus imperij p̄ desidiā dissolui pateret. ¶ Anno itaq̄ ab incarnatione dñi. M. clvij. mense Augusto cōtra Polonos procinctū mouet. Est autē Polonia, quā modo Sclaui inhabitant, sicut placet his qui situs terrarum descriptionibus notant, in finibus superioris Germaniæ, habens ab occidēte Oderā fluuiū, ab oriente Istulam, a septētrione Ruthenos & mare Scythicū, a meridie syluas Boemoꝝ. Terra vtiq̄ naturalibꝰ firmamentis munitissima, natio tam propria feritate, q̄ vicinarum cōtiguitate, gentiū pene barbara, & ad pugnandū promptissima. Aiūt em̄ eius maris, quod illius terræ litus aluit, tales esse prouintiarū habitatores, qui famis tēpore semet deuorent. & cū perpetuis rigeant algoribus, ideoq̄ nullam possint agriculturā in quibusdā locis exercere, venationibus & mortibus dediti sunt. Omnes autē pyraticā exercent, & insulas Oceani, Hybernia & Britannia, Datiā quoq̄ inquietant, licet in alio litore reperiant. Talium (vt assolet) nationū vicinia nō nihil atrocitatis tanq̄ de rubiginoso ferro cariem sibi Poloni affricuere. Vnde nec principibus suis fidē, nec natura, p̄pinquis debitā inueniunt gratiā conseruare.

Quæ causa fuerit illius expeditionis. CAPVT II.

AT huius expeditionis hęc ratio fuit. Boitzlaus, Cazimerus, & tertio item Lolizlaus, qui Gerdrudē neptem imperatoris, filiā Leopaldi Marchionis Austriæ sortitus fuerat vxorē, totā terrā funiculo hæreditatis tenere debebant, maiori natu, quē vltimo posuimus loco, nomen & honorē ducis habēte. Quo a fratribus per vim cū regalis sanguinis vxore proiecto, & ad Conradū Romani imperij tunc principē perfuga profecto, & clementer recepto, missa ad p̄nominatos tyrannos crebra legatione, vt in pristinum statū fratrē reciperent, rex spretus est, ducisq̄ exiliū vsq̄ ad obitū regis durauit. Diuo autē principe Friderico rerū summā gubernante, pari modo mandatū eius floccipendere sibi impune arbitrabant. Cessit vero his secus ac rati sunt. Nam & altioris spiritus, & acrioris ingenij principē, multiplicatæ iniuriæ vlterius dissimulare facinus nō sinebant. Accessit siquidē ad hæc, q̄ vel debitū fidelitatis sacramentū offerre, vel solitū singulis annis tributū quingentarū marcarum publico ærario inferre iā desueuerant, talibusq̄ indicijs aperte se ab imperio descciuisse, & nō clanculam, sed euidentē rebellionē moliti protestabant.

Quō imperator Poloniā intrauerit, & quid ibi fecerit. CAP. III.

HImperator ergo cū magnis copijs Poloniam, q̄uis arte & natura admodum munita sit, ita vt priores reges seu imperatores vix magna difficultate ad fluuiū Oderā peruenissent, fretus ope diuina, quæ visibiliter exercitū p̄cessit, clausuras illoꝝ quas in angustis locis præ-

ſciſa denſitate ſyluarũ fecerant,& magna mole ingenioſe obſtruxerãt,penetrauit.& xi.calen.Septẽb.prenominatũ amnẽ,qui ex illa parte totã Poloniã quaſi murus ambit,& pfunditate ſui gurgitis omnes excludit aditus, præter opinionẽ incolarũ,cũ magno exercitu trãſuadauit. Tantũ em̃ omnes tenebat tranſeundi deſyderiũ,vt alij natandi,alij quodlibet inſtrumentũ fors obtuliſſet,eo p̃ naucula vtendo tranſirent. Quo viſo,Poloni de tam improuiſo malo perculſi,& vehemẽter exterriti,cũ iam nihil præter exitiũ ſui,& deſtructionẽ terræ ſupeſſe viderent,cuius auxilio vicinarũ gentiũ,Ruthenorũ videlicet,Parthorũ,Pruſcorum & Pomeranorũ maximũ collegiſſent exercitũ, in ſola fuga ſpem vitæ conſtituit.Adeo deſperatiõe correpti,vt ꝓpriũ ſolũ, propriã patriã ſuis manibus incendendo vaſtarent,inſuper & arces,ac munitiones deſtruerent.Inter quas munitiſſima caſtra,Glogouia videlicet,& Bitum,quæ prius ab hoſte capta nõ fuerant,ne a noſtris ibidem præſidia ponerent̃,cremauerunt. Imperator fugientes inſecutus,& territoriũ epiſcopij, q̃d vocat̃ Vuratiſlauia,trãſcurrẽs,in epiſcopatũ Poſnañ.totãq; terrã etiã ipſe igne & gladio depopulatus eſt,indignũ eſtimãs eis parcere,qui in ſeipſos tam crudeles hoſtes inuenti fuiſſent.

vel, Frondezlau.

Quomõ dux eorũ ad deditionẽ venerit. CAPVT IIII.

BOleſlaus dux rebus ſuis vltimũ factũ cernens imminere,cũ totã terram,populũq; ſuũ periclitari,& prope eſſe ad interitũ cerneret,Barones & principes noſtros tũ per nuncios,tum in ꝓpria ꝑſona cõueniens,multis precibus,multis lachrymis, multis quoq; ꝑmiſſionibus vt ſub iugũ Romanæ ditionis,& in gratiã principis recipi mereret̃, poſtulauit. Salutare ſecutus cõſiliũ ante intolerabilẽ calamitatẽ rebellionis mutare ſententiam,Debere autẽ dedignari dños humiliores,nõ cum cuius in poteſtate ſit Romanũ imperiũ.Imperator iamdudũ edoctus hanc nobilitatẽ,Parcere proſtratis & debellare ſuperbos.præmaturã,ſubitam,& a deo datam nolens cruentare victoriam,ducem ad deditionẽ recipiendum decreuit.

Vergi.6. Aenei.

De conditionibus pacis,& reditu imperatoris. CAPVT V.

ITaq; in prædicto territorio epiſcopatus Boſqnañ. circa partes Criſgouuæ præfatus dux pedibus impatoris prouolutus,interuẽtu principum, hoc tenore in gratiam receptus eſt. Primo iurauit pro ſe,& pro omnibus Polonis, ꝙ frater ſuus exul ad ignominiã Romani imperij,nõ fuerit expulſus. Deinde pollicitus eſt dare duo millia marcarũ imperatori,& principibus mille, imperatrici,xx.marcas auri, curiæ,cc. marcas argẽti, ob eam negligentiã,ꝙ ad curiã nõ venerat,nec de terra debitã fecerat fidelitatẽ Iurauit quoq; Italicã expeditionẽ.Deinde iurauit,vt in proxima natiuitate dñi ad curiã Magdeburg celebrandã venire deberet, iuxta iudiciũ & ſententiã Polonorũ & Boemorũ,ſup querimonia fratris ſui expulſi plenarie reſpõſur⁹. Sicq; iurata principi fidelitate,ſicut mos eſt,& de ſupradictis oĩb⁹ fideliter adimplẽdis acceptis obſidib⁹,Gaſimero videlicet fratre ducis,& alijs nobilibus,glorioſam adeptus victoriã,deo duce,fœliciter Auguſtus reuertit̃.Ipſe tñ dux dolis plenus, & acerbã dñationis cupidinẽ mẽte gerẽs,iamiã ſuis ꝑmiſſiõib⁹,vt poſt modũ patuit,moliebat̃ inſidias.Nã nec ad curiã venit,nec ſufficientes ꝓ ſe,procuratores miſit,Italicam quoq; expeditionẽ violato ſacramento mentitus eſt.

De indignatione principis aduerſus Græcorũ legatos. CAP. VI.

NOn multo poſt apud Herbipolim ciuitatẽ,Conſtantinopolitani imperatoris legati corã principe cũ muneribus ſuã peragunt legationẽ Quia tñ verba eorũ in quibuſdã faſtũ regalem, & græcũ inſuborno ſermone videbant̃ ſapere tumorẽ, imperator eos deſpexit. & niſi in melius cõmutata ſententia cõmodius ſibi proſpexiſſent,ſi fieri poterat ſaluo nuncioꝝ priuilegio, diſſimulationẽ agente principe prope fuit, vt a quibuſdã ignominioſum,& ærumnoſum accepiſſent reſponſum.Placatus tñ multis eorũ precibus & lachrymis imperator,veniam ſup̃ his donauit. accepta ſpõſione, ꝙ deinceps ſpernentes ampulloſa,nõ niſi eam quã deceret Romanũ principẽ, & vrbis ac orbis dominatorẽ,reuerentiã ſuis ſalutationibus apportarẽt.Indulgentiam & gratiã conſequuti, Fridericũ ducẽ Sueuiæ, filiũ Conradi regis, adhuc adoleſcẽtulũ,in præſentia ſua gladio accĩgi,& militẽ profiteri poſtulant, & impetrant.Amita ſiquidẽ ſua Herena imperatrix Cõſtantinopol'. & antea & nũc multis & magnificis eundem puerũ viſitauerat largitionũ muneribus. idq; legatis in mandatis dediſſe traditur,ne quando niſi completo negocio in Greciã reuerterent̃,aſtipulante ſibi cũ magno fauore proprio marito,ob gratiam & antiquam amicitiã cũ patre pueri rege Conrado habitam.

De legatis regis Angliæ,& eius muneribus,& exemplar literarum eiuſdem. CAPVT VII.

AIbidem tunc affuere etiã Henrici regis Angliæ miſſi,varia & precioſa donaria multo lepore verborũ adornata præſentantes. Inter quæ papilionẽ vnũ quãtitate maximũ, qualitate boniſſimũ ſpeximus. Cuius ſi quantitatẽ requiris,nõ niſi machinis,& inſtrumẽtorũ genere,& adminiculo leuari poterat.Si qualitatẽ,nec materia,nec opere ipm putem aliquãdo ab aliquo huiuſce apparatu ſuperatũ iri.Literas q̃q; mellito ſermone plenas pariter direxerat.Quarũ hic tenor fuit. ¶Præcordiali amico ſuo Fridrico,dei gratia Romanorũ imperatori inuictiſſimo,Henricus rex Angliæ, dux Normañ.& Aquitañ.& comes Andegaueñ.Salutẽ,& veræ dilectionis concordiam.Excellentiæ veſtræ quãtas poſſumus referimus grates dominantiũ optime,ꝙ nos nũcijs veſtris viſitare,ſalutare literis, muneribus præuenire, & quod his carius amplectimur, pacis & amoris inuicẽ dignatus eſtis fœdera inchoare. Exultauim⁹,& quodãmodo animũ nobis creſcere,& in maius ſenſimus euehi, dum veſtra ꝓmiſſio,in qua nobis ſpem dediſtis in diſponendis regni noſtri negocijs,alacriores nos reddidit,& prõptiores. Exultauimus inquã, & tota mẽte magnificentiæ veſtræ aſſurreximus, id vobis in ſyncero cordis affectu reſpondentes, ꝙ quicquid ad honorẽ veſtrũ ſpectare nouerimus, pro poſſe noſtro effectui mãcipare parati ſumus.Regnũ noſtrũ, & quicquid vbiq; noſtræ ſubijcit̃ ditioni,vobis exponimus,& veſtrę cõmittimus poteſtati, vt ad veſtrũ nutũ oĩa diſponant̃, & in omnibus veſtri fiat voluntas imperij.Sit igit̃ inter nos & populos noſtros dilectionis & pacis vnitas indiuiſa,cõmertia tuta,ita tamẽ vt vobis qui dignitate preminetis, imperandi cedat auctoritas,nobis nõ deerit volũtas obſequendi.Et ſicut veſtræ ſerenitatis memoriã veſtrorũ excitat in nobis munerum largitio, ſic vos noſtri quoq; reminiſci præoptamus,mittẽtes quæ pulchriora penes nos erant,& vobis magis placitura.Attendite itaq; dantis affectum,

nō data,& eo animo quo dantur excipite. De manu beati Iacobi,ſup qua nobis ſcripſiſtis,in ore magiſtri Heriberti,& Guilhelmi clerici noſtri verbū poſuim⁹, teſte Thoma Cancellario apud Norhant.

De nuntijs diuerſarū nationū,& de curia apud Biſuntiū celebrata,& nuntijs Adriani papæ. CAPVT VIII.

ADerant preterea diuerſarū nationū,vtpote de Datia,Pannonia,Italia,ſeu de Burgundia,diuerſæ legationes,quæ⁊ portitores ſe mutuo videntes,atq; certatim munera,& ſupplicationes afferentes,ſinguli ſingulis ſtuporem pariter & admiratiōnē addidere. Menſe Octobre mediāte,imperator apud Biſuntiū curiā celebraturus,in Burgundiā iter aggreditur. Eſt autē Biſuntiū vna metropoleos eius tertię partis,in quas impator gloriosus Carolus magnus ſuū inter tres filios ſuos,omnes regio noīe gaudentes, diuiſit imperiū,ſita ſuper amnē Touba. In qua ciuitate pene omnibus ꝓceribus terræ illius adunatis,multis quoq; exterarū gentiū,vtpote Romanis,Apulis, Tuſcis,Venetis,Italis,Francis,Anglis,& Hiſpanis,per legatos ſuos imperatoris aduentū præſtolantibus,feſtiuiſſimo apparatu,& ſolenni fauore excipitur. Tota ſiquidē terra eundē fortiſſimū cognoſcens,& clementiſſimū,amore pariter & timore permixto,nouis illū faſcibus honorare,nouis laudib⁹ attollere ſatagebat. At priuſq; ad eius ꝓuintiæ negocia,ſeu ordinationē ſtilus ſe porrigat, de legatis Romani pontificis Adriani,ad quid venerint,& quomō receſſerint, quia & auctoritas eius partis maior,& cauſa grauior,dicendū nobis erit. Proli xitatē huius narrationis nō cauſabit̄,qui materiæ pondus,ac tēporis,quo hæc tēpeſtas protracta eſt,& protrahit̄,diuturnitatē diligēter conſiderauit. Perſonæ nuncior⁊ erant Rolandus tit. S. Marci preſbyter cardinalis,& cancellarius. S. Romanæ eccleſiæ,& Bernhardus titu. S. Clemētis preſbyter cardinalis,ambo diuitijs,maturitate,& grauitate inſignes,& pene omnibus alijs in Romana eccleſia auctoritate maiores. Cauſa vero aduētus eo⁊ ſpeciē ſyncerit atis videbat habere,ſed fermentū & occaſionē malo⁊ latuiſſe poſtmodū euidenter deprehenſum eſt. Principe ergo de quodā a ſtrepitu,& populi tumultu declinante,in cuiuſdā oratorij priuatiore receſſu,prædicti nuncij in conſpectū eius deducti,ab eoq; vt oportebat,ſicut qui boni ſe nuncij baiulos aſſererēt,benigne & honeſte recepti ſunt. Exordiū aūt ſermonis illo⁊ in fronte ipſa notabile cōparuit,quod tale fuiſſe dicit̄. Salutat vos beatiſſimus pater noſter papa Adrianus,& vniuerſitas cardinaliū S. Romanæ eccleſiæ. Ille vt pater,illi vt fratres. Paucisq; interpoſitis,literas quas ferebant,ptulere. Quas & aliarū quę in hac turbulētia hinc inde diſcurrebant reſcripta literarū,idcirco huic operi interſerere curaui,vt quiuis lector qui in partē declinare voluerit,nō meis verbis,vel aſſertionibus,ſed ipſarū partiū propriis ſcriptis tractus & vocatus,libere eligat vtri parti ſuū velit accōmodare fauorem. Tenor denicq; literarū talis erat.

Exemplar literarū eiuſdem. CAPVT IX.

ADrianus epūs ſeruus ſeruo⁊ dei,dilecto filio Friderico illuſtri Romano⁊ imperatori,Salutē & apoſtolicā benedictionē. Imperatorię maieſtati paucis retroactis diebus recolimus ſcripſiſſe,illud horrendū & execrabile facinus,& piaculare flagitiū tēpore noſtro cōmiſ-

ſum,in Teutonicis partibus,ſicut credimus,aliq̄n intentatū,excellentiæ tuę ad memoriā reuocātes,nō ſine grandi admiratione ferētes,ꝓ abſq; digna ſeueritate vindictæ vſq; nūc tranſire paſſus ſis tam pernitioſi ſceleris feritatē. Qualiter em̄ venerabilis frater noſter,E. Lundonenſis archiepūs,dū a ſede apl̄ica remearet,a quibuſdā impijs & ſceleſtis,quod ſine grandi animi mœrore nō dicimus, in partibus illis captus fuerit,& adhuc in cuſtodia teneat̄. Qualiter etiā in ipſa captione p̄dicta,viri impietatis,ſemen nequā,filij ſcelerati,in eū & in ſuos euaginatis gladijs violenter exarſerint,& eos ablatis oībus,q̄ turpiter,atq; inhoneſte tractauerint,& tua ſereniſſima celſitudo cognoſcit,atq; ad longinquas,& remotiſſimas regiones fama tanti ſceleris iam peruenit. Ad cuius vtiq; vehemētiſſimi facinoris vltionē,ſicut his cui bona placere,mala vero diſplicere credimus cōſtantius exurgere debuiſti,& gladiū qui tibi ad vindictā maledictor⁊,laudē vero bonor⁊ eſt ex diuina ꝓuiſione cōceſſus,in ceruicē deſæuire oportuit impiorū,& grauiſſime conterere p̄ſumptores. Tu vero ad ip̄m ita diſſimulaſſe diceris,ſæuitiā neglexiſſe,ꝓ eoſdē nō eſt quare pœniteat cōmiſiſſe reatū,quia impunitatē ſacrilegij q̄d geſſerūt,iamiā ſentiūt inueniſſe. Cuius quidē diſſimulatiōis & negligētiæ cauſam penitus ignoramus,qm̄ nos in aliquo ſerenitatis tuæ gloriā offendiſſe,cōſcientiæ ſcrupulus noſtrū animū nō accuſat,ſed p̄ſonā tuā ſicut chariſſimi & ſpecialis filij noſtri & principis chriſtianiſſimi,quē in apoſtolicæ cōfeſſionis petra nō ambigimus p dei gratiā ſolidatū,ſyncera ſemp dilexerim⁹ charitate,& debite tractauimus benignitatis affectu. Debes em̄ glorioſiſſime fili,ante oculos mentis reducere,q̄ gratanter,& q̄ iocunde alio anno mater tua ſacroſancta Romana eccleſia te ſuſceperit,quāta cordis affectione tractauerit, quantā tibi dignitatis plenitudinē cōtulerit,& honoris. & qualiter imperialis inſigne coronæ lib̄tiſſime cōferēs,benigniſſimo gremio ſuo,tuæ ſublimitatis apicē ſtuduerit cōfouere,nihil prorſus efficiēs q̄d regiæ volūtati vel in minimo cognoſceret obuiare. Neq; tñ pœnitet nos deſyderia tuæ voluntatis in omnib⁹ impleuiſſe,ſed ſi maiora beneficia excellētia tua de manu noſtra ſuſcepiſſet,ſi fieri poſſet,cōſiderātes quāta eccleſiæ dei & nobis p te incremēta poſſint,& cōmoda ꝓuenire,nō imerito gauderemus. Nunc aūt quia tam immenſum facin⁹ q̄d in cōtumeliā vniuerſalis eccleſiæ & imperij tui noſcit̄ etiā cōmiſſum,negligere,ac diſſimulare videris,ſuſpicamur vtiq; ac veremur,ne forte in hanc diſſimulationē & negligentiā ꝓpter hoc tuus animus ſit inductus,ꝙ ſuggeſtione peruerſi hoīs zizania ſemināris,aduerſus clementiſſimā matrē tuā ſacroſanctā Romanā eccleſiā,& nos ipſos indignationē(quod abſit)aliquā cōceperis,vel rācorem. Ob hoc igit̄,& ob alia oīa negocia quæ cognoſcimus imminere,duos de meis lioribus & charioribus quos circa nos habemus,dilectos.ſ. filios noſtros,Bernhardū. S. Clemētis preſbyterū,Rolandū. S. Marci preſbyterū cardinalē,& cancellariū noſtrū,viros vtiq; religione,prudētia & honeſtate cōſpicuos,ſerenitati tuæ de latere noſtro ad præſens duximus deſtinandos,excellentiā tuā rogātes attentius,quatenus eos tam honorifice,q̄ benigne recipias,honeſte tractes,& ea quæ ipſi ſuper hoc,& ſuper alijs ad honorē dei,& ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ,ad decus etiā & exaltationē imperij pertinētia,ex parte noſtra imperatoriæ propoſuerint dignitati,ſicut ab ore noſtro procedant,abſq; vlla hæſitatione ſuſcipias,& ipſo⁊ verbis,tanquā ſi ea contingeret nos proferre,fidem non dubites adhibere.

Qualiter imperator talem legationē papæ grauiter tulerit, & literæ p̄ ambitum imperij super hoc directæ. CAPVT X.

ALibus literis lectis, & per Reinaldū Cancellariū fida satis interp̄tatione diligēter expositis, magna principes qui aderant, indignatiōe cōmoti sunt, quia tota literarū cōtinentia nō parū acredinis habere, & occasionē futuri mali iamiā fronte sua p̄ferre videbat. Præcipue tñ vniuersos accēderat, q̄ in præmissis literis inter cætera dictū fuisse acceperāt, dignitatis & honoris plenitudinē sibi a Romano pontifice collatā, & insigne imperialis coronæ de manu eius imperatorē suscepisse, nec ip̄m pœnitere, si maiora beneficia de manu eius suscepisset, habita cōsideratione quanta ecclesiæ Romanę p ip̄m possent incremēta & cōmoda p̄uenire. Atq; ad horū verborū strictā expositionē, ac p̄fatæ interp̄tatiōis fidē auditores induxerat, q̄d a nōnullis Romanorū temere affirmari nouerāt, imperiū vrbis, & regnū Italicū donatiōe pontificū reges nostros hactenus possedisse, idq; nō solum dictis, sed & scriptis atq; picturis repræsentare, & ad posteros trāsmittere. Vnde de imperatore Lothario in palatio Lateranensi sup hmōi picturā scriptū est. Rex venit ante fores, iurās prius vrbis honores. Post homo fit papę, sumit quo dante coronā. Talis pictura talisq; supscriptio principi, qñ alio anno circa vrbē fuerat, p̄ fideles imperij delata cū vehemēter displicuisset, amica prius inuectione p̄cedēte, laudamentū a papa Adriano accepisse memoratur, vt & scriptura pariter atq; pictura talis de medio tolleret, ne tā vana res summis in orbe viris litigādi & discordandi p̄bere posset materiā. His oībus in vnū collatis, cū strepit⁹ & turba inter optimates regni de tam insolita legatiōe magis ac magis inualesceret, quasi gladiū igni adderet, dixisse ferūt vnū de legatis. A quo ergo habet, si a dño papa nō habet imperiū? Ob hoc dictū eo p̄cessit iracūdia, vt vnus eorū, videlicet Otto Palatinus comes de Baioaria, vt dicebat, prope exerto gladio ceruici illius mortē intentaret. At Fridericus auctoritate p̄sentiæ suę interposita, tumultū quidē cōpescuit, ipsos aūt legatos securitate donatos, ad habitacula deduci, ac primo mane via sua p̄ficisci p̄cepit, addens in mandatis, ne hac, vel illac, in territorijs eorū, seu abbatū vagarent, sed recta via, nec ad dexterā, nec ad sinistrā declinātes, reuerterent ab vrbē. Ipsis itaq; sine efficatia reuertētibus, id q̄d factū fuerat ab imperatore per vniuersum regni ambitū prouide literis declarat, quarū hic tenor fuit.

Roma. 13. ¶ Cū diuina potētia, a qua oīs potestas in cœlo & in terra, nobis Christo eius regnū & imperiū regendū cōmiserit, & pacē ecclesiarū imperialibus armis cōseruandā ordinauerit, nō sine maximo dolore cordis cōqueri cogimur dilectioni vestræ, q̄ a capite, S. ecclesiæ, cui Christus pacis ac dilectionis suæ caracterē impressit, causæ dissensionū, seminariū malorū, pestiferi morbi venenū, manare videntur. De quibus, nisi deus auertat, totū corpus ecclesię cōmaculari, vnitatē scindi, inter regnū & sacerdotiū schisma fieri p̄timescimus. Cū em̄ nup in curia Bisuntij essemus, & de honore imperij, & salute ecclesiarū debita sollicitudine tractaremus, venerūt legati apostolici, asserētes se talē legationē nostræ afferre maiestati, vnde honor imperij nō parū accipere deberet incrementū. Quos cū prima die aduētus sui honorifice suscepissemus, & secūda (vt mos est) ad audiendā legationē eorū cū principib⁹ nostris cōsedissemus, ipsi quasi de māmona iniquitatis inflati, de altitudine superbiæ, de fastu arrogātiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationē ap̄licis literis cōscriptā nobis p̄sentauerūt, quarū tenor

talis erat, Q̄ p̄ oculis mētis semp̄ deberem⁹ habere qualiter dñs papa insigne imperialis coronæ nobis cōtulerit, nec tñ pœnitētia moueret, si maiora excellētia nostra ab eo beneficia suscepisset. Hęc erat illa paternę dulcedinis legatio, q̄ vnitatē ecclesiæ & imperij cōfouere debuit, quæ vinculo pacis vtrūq; colligare studuit, quę ad vtriusq; cōcordiā & obedientiā animos audientiū allexit. Certe ad vocē illā nefandā, & oīni veritate vacuā, nō solū imperialis maiestas debitā indignationē cōcepit, verū oēs p̄cipes qui aderāt, tanto furore & ira sunt repleti, q̄ sine dubio illos duos iniq̄s p̄sbyteros mortis sentētia damnassent, nisi hoc nostra intercepisset p̄sentia. Porro quia multa paria literarū apud eos repta sunt & scedulæ sigillatæ ad arbitriū eorū adhuc scribendę, quibus sicut hactenus cōsuetudinis eorū fuit, p̄ singulas ecclesias Teutonici regni cōceptū iniq̄tatis suæ virus respergere, altaria denudare, vasa dom⁹ dei asportare, cruces excoriare nitebant. ne vltra p̄cedendi facultas eis daret, eadē qua venerant via ad vrbē eos redire fecim⁹. Cūq; p̄ electionē p̄ncipū, a solo deo regnū & imperiū nostrū sit, qui in passione Christi filij sui duobus gladijs necessarijs regēdū orbē subiecit, cūq; Petrus ap̄s hac doctrina mundū informauerit, Deū timete, regē honorifi- 1. Petri. 2.
cate. quicūq; nos imperialē coronā p̄ beneficio a dño papa suscepisse dixerit, diuinæ institutioni, & doctrinæ Petri cōtrarius est, & mendacij reus erit. Quia vero hactenus honorē, ac libertatē ecclesiarū, q̄ iamdiu indebitę seruitutis iugo depressa est, a manu Aegyptiorū studuimus eripere, & oīa eis dignitatū suarū iura cōseruare intēdimus, vniuersitatē vestrā sup tanta ignominia nobis & imperio cōdolere rogamus, sperantes ne honorē imperij, qui a cōstitutione vrbis, & christianæ religionis institutione, ad vestra vsq; tēpora gloriosus & īminutus extitit, fidei vestræ indiuisa syncerita⁹, tam inaudita nouitate, tam p̄sumptuosa elatione īminui patiat. sciēs oī ambiguitate remota, q̄ mortis p̄iculū ante vellem⁹ ante incurrere, q̄ nostris tēporibus tantæ confusionis opprobriū sustinere.

De negocijs in Burgundia bene gestis. CAPVT XI.

HIs ita gestis, Fridericus ad ordinanda imperij negocia in regno Burgundiæ animū intendit. Cūq; Burgundia aliqñ p̄ se fortes reges habuisset, & p̄ eos suis gentibus p̄cepta dare solita fuisset, ex appetitu libertatis, quæ vt dicit, res inæstimabilis est, iamdudū insolentiā, & desuetudinē induerat obsequēdi. Ea itaq; terra, quę nō nisi multo labore, ac bellico sudore subigēda putabat, ita deo ordināte paruit, q̄ nisi alia in regno disponēda ineuitabiliter imperatorē retraxissent, familiariter & cū paucis vsq; Arelatū sedē regni Burgūdię p̄cedere potuisset. Denicq; quod modo viuentiū excedit memoriā hoīm, aliqñ cōtigisse, Stephanus Viennēsis archiep̄us, & archicancellarius de Burgundia, & Eraclius archiep̄s, & primas Lugdunēsis, & Odo Valent. ep̄s, & Ganfredus Auinionensis, & Siluio magnus princeps, & p̄potēs de Claria, tunc ad curiā venientes, Friderico fidelitatē fecerūt atq; hominiū, & beneficia sua de manu illius reuerenter susceperunt. Arelatensis autē ep̄us, & alij omnes archiep̄i, episcopi, primates, & nobiles venissent, idēq; fecissent, nisi mora principē adeundi cōpendio suæ breuitatis p̄stitisset impedimentū. Missis tñ p̄ honestos valde, & industrios nūtios literis, omnimodā subiectionē, & debitā fidelitatē imperio Romano cōpromiserūt. Ludouicus quoq; rex Francorū vsq; Duinū occurrerat ad colloquiū imperatoris, sed eo versus Alemāniā iter agēte, cœptum non processit. Directis autē vterq; principū nuncijs, imperator quidē

cancellario ſuo prenoīato Reinaldo,& comite Vdalrico de Lençeburg,rex vero etiã ſuo cancellario magiſtro Alderico ſeſe p illos mutuo ſalutarũt. Reliquũ legationis, vt videbaẽ,quidã vtilitati, re autẽ vera, regali potius faſtui ſtudere vtrinq; videbaẽ. Nam ſicut egomet, referente venerabili viro Henrico Trecẽſe epo cognoui, Ludouicus audito q̃ ſtrenue partibus illis Fridericus p̃ualuiſſet, ptimuit,nec iã ad colloquiũ,q̃d ſuſpectũ habebat,ſed ad bellũ ſe ratus ꝓficiſci, clanculo nõ paruas copias collegerat, adeo q̃.ix. epos cũ ſua militia vna nocte in Trecenſi ciuitate tũc hoſpitaſſe memoratus p̃ſul memoraret. Cũq; tota terra illa nõ minimo metu nutaret, ipſa trepidatio nobis pro victoria putabatur.

Q. Poloni fidem & ſacramenta mentiti ſunt. & de nunciis Gaiſæ regis Vngariæ,& fratre eius Stephano. CAPVT XII.

REuerſus de Burgundia imperator, rebus fœliciter geſtis, prædiſq; cõiugis ſuæ impatricis,de qua ſupra dictũ eſt, ad arbitriũ ſuũ diſpoſitis,in Saxoniã iter flectit, diesq; natiuitatis dñi in ciuitate Magdeburg celebrauit, experimentũ accipiẽs de Polonis,qui vt præfati ſumus,ſuis negociis tunc finẽ facere debuerãt,q̃ ipſi auaritia,pariter & ambitiõe cæcati,de promiſſis fidẽ & ſacramenta vile quid iudicarẽt. Deinde in Baioariã tendens,Ratiſponæ curiã magna cũ frequẽtia principũ, in octaua Epiphaniæ agit. Ibi inter cæteros qui tunc crebri aderant, etiã regis Vngariæ Gaiçæ legati affuere. Siquidẽ frater eius noīe Stephanus,quorundã criminationibus regi delatus fuerat, quaſi ad regnũ aſpiraret, atq; in ea re auunculũ amborum,Belum virũ valde prudentẽ, ac ad innouandas res idoneũ, ſuaſorẽ habere putabaẽ,p eo q̃ honorificentius habito adoleſcenti,p ſtudia colendi ferociq; viſus eſt nutrimenta ſuggerere. Rex autẽ ſuſpectũ habẽs tantũ fratris honorẽ,& peiora re ipa de illo veritus,nõ tam ipſum q̃ amicos & familiares eius iam aperte inſimulãs omnia facta ſeu dicta eoꝝ in crimina vertebat.multisq; aduerſus fratrẽ vulgatis,pluribus ad cõteſtandũ ſubordinatis,p inſidias necẽ fratris dicebaẽ adoptare. Is antehac compertũ habens, q̃ Romanũ imperiũ totius orbis eſſet aſylũ, fugiens ad imperatorẽ euaſit,ærumnasq; ſuas,ac erga ſe germani crudelẽ acerbitatẽ,lachrymabili cõqueſtiõe deplorauit. criminationũq; ſuarũ inuidiã diluendo,ficta quę aduerſum ſe dicebanẽ aſſerere,& purgationis ſuæ fidẽ oĩbus cõſtare,nunq; calũniatores defore dũ extet cui p̃ſuadeaẽ,iniquiſſimũ eſſe q̃ fratri nõ ſufficeret paterno eũ regno expulſiſſe,niſi de capite q̃q; ſuo,& vita innocentiſſima ſuppliciũ fumereẽ. Tali depcatione permotus Fridericus,miſſis in Vngariã legatis,de reſtitutione iuuenis cogitabat,imperialẽ precibus adiungẽs dignitatem,& auctoritatẽ. Rex itaq; aduerſus fratrem, duos de optimatibus regni ſui dirigit ad curiam, epiſcopũ Geruaſium de caſtro ferreo, & comitem Heidenricum,viros opulentos, & copia dicendi ſatis inſtructos, per quos & obiecta diluere,& de fratris eiectione inuidiam in eum qui paſſus erat,retorquere ſatagere, proſequens iniurias & peccata plurima in ſe admiſſa, regni conſortio ſecum illum participaſſe, ſolo nomine ſe illo priorem tantũ fuiſſe, q̃ diu germanitatis iura inter ſe inuiolata manſiſſent. Deinde prauorũ conſilia ſecutum,quæ ad peſſima ſtudia lubricã in adoleſcẽte ætatẽ impellebant,ita factum,quẽadmodũ in corpore,vbi ſemper dũ aliqua pars tumeſcit, ſuaq; corruptiõe totũ corpus debilitat,& inficit,exquo curari deſperaẽ,reſcindi oportere. Bellum vltro inferentẽ, poſtq; ſuperatus ſit,queri q̃ iniuriã facere nequiuiſſet, fugam ipſum ſimulaſſe,

in regno manere licuiſſe,donec odia omniũ & inimicitias adeo contra ſe firmauerit,vt velut crudelem hoſtẽ, & regni inſidiatorẽ pellendũ arbitrarenẽ, anteq; facinoribus ſuis illud cruentari,& principatus eius monarchiã ſcindi,ac dilacerari contigiſſet. Imperator partibus auditis,cũ videret rem eo venturã, q̃ aut in cõmuni diuidendo,aut in vniuſcuiuſuis cõdemnatione litem opus eſſet terminari,conferens quoq; in corde ſuo pluriũ negociorũ occupationes,ad opportuniora tẽpora deciſionẽ huius litis placuit protelandã. Itaq; rogatus ab adoleſcẽte,per Venetias illum tranſmittit in Greciam. Legatos quoq; regis,acceptis ab eis muneribus ferme ad mille talẽta, ſimulq; eos ſua liberalitate honoratos, ad principẽ ſuũ cum pacis legatione remeare conceſſit.

Quomõ apud Ratiſponã Labeslaus dux Boemoꝝ ex duce rex creatur, & quomõ etiã Ottonem Friſingenſem epiſcopũ, & Henricum Auſtriæ ducem concordarit. CAPVT XIII.

IN eadẽ curia dux Boemoꝝ Labeslaus,vir ingenio validus,viribus p̃pollens,cõſilio,manu,audaciaq; magnus,cuius antehac induſtriq; obſequij multa præceſſerãt experimẽta,maximeq; nuper in expeditione Polonica magna virtus claruerat,adeo vt ob merita ſua oĩbus charus eſſet,ab imperatore, ac imperij primis,ex duce rex creaẽ, anno ab incarnatione dñi.M.clviij. Suſcepto itaq; priuilegio de vſu diadematis, aliſq; regni inſignibus,lætus reuertitur,& ad Italicam expeditionẽ rex pariter cũ imperatore faſtu regali profecturus accingitur. Ibidẽ etiã patruos ſuos, Ottonẽ Friſingenſem epiſcopũ,& Henricũ ducẽ Auſtriæ diſſidentes, eo q̃ præfatus antiſtes Germano fratri prędia eccleſiæ illicite ſibi vſurpare volenti omnino contradiceret, in priſtinã pacem,& fraternam concordiã reuocauit.

Qualiter Fridericus imperator partes Rheni peragrauerit,& quomõ cõſilijs religioſoꝝ ad expeditionem contra Mediolanenſes ſe præparauerit. CAPVT. XIIII.

IIs in Baioaria peractis, Friderico Ribuarioꝝ fines ingreditur, inferioresq; Rheni partes peragrãs,nullos ſibi dies ocioſos tranſire paſſus eſt. eos ſe ratus perdidiſſe, in quibus nõ aliquid de vtilitatibus imperij,de iure & iuſtitia inter omnes gentes cõſeruanda diſpoſuiſſet. Inde fuit q̃ tã valido cis Alpes imperio ita,puide cõſuluiſſet,ferocitatẽ tantarũ gentiũ,tanto cõſilio,ac ſine armis deliniſſet, vt q̃d dictu mirũ eſt,iã nõ regni rector,ſed vnius domus,vnius reipu. paterfamilias habereẽ. Poſt celebratũ apud eccleſiã ſancti Guiberti Paſcha,rurſus ad ſuperiores Vangionũ partes iter reflexit. ac in domũ regalẽ,quã apud Lutra ædificauerat,diuertẽs, domui ſuæ,& familiaribus negocijs ordinandis aliquot dies indulget. Inſtabat iã tẽpus quo reges ad bella pficiſci ſolent,ipſeq; in proximo ad tranſalpina exercitũ ducturus primo omniũ in deo ſpem ſuã reponẽs,aſcitis religioſis,& probatis in ſanctitate viris, tanq; diuinũ eos oraculũ conſultabat, atq; illoꝝ p̃ſuaſionibus eccleſijs dei multa donaria imperiali largitate diſpergebat. Quibus in negocijs ſpecialẽ habebat preceptorẽ, & ſalutis animæ ſuæ fidum ſecretariũ Hartemannũ Brixinorenſem epiſcopũ,virum qui tunc inter Germaniæ epiſcopos ſingularis ſanctitatis opinione,& auſterioris vitæ cõuerſatione præminebat. Hoc ad ſe adſci

to, de ſecretis ſuis pñ ſe pontificis ſubmiſit deuote conſilijs, religioſi ac chriſtianiſſimi principis officiũ exercens, quatenus iturus ad bellũ, ſpiritalibus armis ante munierit animã ꝙ corpus, ante cœleſtibus ſe diſciplinis præſtrueret, ꝙ ad pugnã iturũ militẽ militaribus inſtruere preceptis curaret. Cauſas autẽ belli exponẽs, dũ eas iuſtas tam memoratus antiſtes ꝙ reliqui ſacerdotes cognouiſſent ne dignitas imperialis ab indignis imminueret, & ſic pax, & tranquillitas eccleſiarum turbaretur, ſalutaribus mandatis præmonitũ, & præmunitũ ad profiſciſcendum contra rebelles animarunt.

Recapitulatio de legatis Romani pontificis, & exemplar literarum Adriani papæ. CAPVT XV.

CVm hæc agerent, legati ſedis apoſtolicæ Rolandus & Bernhardus reuerſi, quantas iniurias ſuſtinuerint, in quo periculo fuerint, exponunt, grauibus grauiora adijcientes, vt in vltionẽ eorũ quæ ſe pertuliſſe dixerunt, Romanæ vrbis eẽm ꝓuocarẽt. In hoc negocio clerus Romanus ita inter ſe diuiſus eſt, vt pars eorũ partib⁹ faueret imperatoris, & eorũ qui miſſi fuerant, incuriã ſeu imperitiã cauſarent, quædã vero pars votis ſui põtificis adhæreret. Vnde de hac tẽpeſtate dicturi, ſicut ſupra diximus, lectorẽ nõ noſtris verbis niti volumus, ſed ponẽtes epiſtolas hinc inde directas, ex eis colligat quã partẽ tueatur, cui ue fidus velit permanere. Nobis autẽ indulgẽtiã petimus, qui potius vtrãq; perſonã, ſacerdotalẽ ſcilicet & regalem reuerẽtia debita veneramur, ꝙ temere de altera iudicare ꝑſumamus. Exemplar itaq; literarũ a ſummo põtifice ad archiepos & epos ſuper his directarũ tale fuit. ¶ Quotiẽs aliquid in eccleſia contra honorẽ dei, & ſalutẽ fideliũ attentat, fratrũ & coepoꝝ noſtrorũ, & eorũ præcipue qui ſpiritu dei aguntur, cura debet exiſtere, vt ea quę male geſta ſunt, gratam deo correctionẽ debeant inuenire. Hoc autẽ tẽpore, q̃d abſq; nimio mœrore nõ dicimus, chariſſimus filius noſter Fridericus Romanorũ imperator, tale quid egit, quale tẽporibus anteceſſoꝝ ſuoꝝ nõ legimus ꝓpetratũ. Cũ eẽm nos duos de melioribus fratrib⁹ nr̃is, Bernardũ tit. S. Clemẽtis, & Rolandũ cancellariũ noſtrũ tit. S. Marci, preſbyteros cardinales ad ipſius ꝑſentiã miſiſſemus, ipſe cũ primũ ad eius ꝑſentiã ꝓuenerũt, alacriter viſus eſt eos recepiſſe. Sequẽti vero die cũ redirent ad eũ, & literæ noſtræ in eius auribus legerent, accepta occaſione cuiuſdã verbi, quod ipſarũ literaꝝ ſeries cõtinebat, inſigne videlicet coronæ beneficiũ tibi cõtulimus, in tantã animi cõmotionẽ exarſit, vt cõuitia q̃ in nos & legatos noſtros dicit cõiecisſe, & ꝙ inhoneſte ipſos a ꝑſentia ſua recedere, ac de terra ſua velociter exire cõpulerit, & audire opprobriũ & lamẽtabile ſit referre. Eis autẽ ab ipſius ꝑſentia excedẽtibus, facto edicto, ne aliqs de regno veſtro ad apl̃icã ſedẽ accedat, ꝓ oẽs fines eiuſdẽ regni cuſtodes dicit poſuiſſe, qui eos ad apoſtolicã ſedẽ venire voluerint, violenter debeant reuocare. Sup quo facto licet aliquantũ ꝓturbemur, ex hoc tñ in nobis ipſis maiorem cõſolationẽ accipimus, ꝙ ad id de veſtro & principũ cõſilio nõ ꝓceſſit. Vnde cõfidimus eũ a ſui animi motu, cõſilio & ꝑſuaſione veſtra facile reuocandũ. Quocirca fratres, qm̃ in hoc facto nõ ſolum noſtra, ſed veſtra & omniũ eccleſiarũ res agi dinoſcit, charitatẽ veſtrã monemus, & exhortamur in dño, q̃tinus opponatis vos murũ pro domo dñi, & præfatũ filiũ noſtrũ ad viam rectam ꝙ citius reducere ſtudeatis, attentiſſimam ſollicitudinẽ adhibentes, vt a Reinaldo

cancellario ſuo, & Palatino comite, qui magnas blaſphemias in præfatos legatos noſtros, & matrẽ veſtrã ſacroſanctã Romanã eccleſiã euomere ꝑſumpſerũt, talem, & tam euidentẽ ſatiſfactionẽ faciat exhiberi, vt ſicut multorũ aures amaritudo ſermonis eorũ offendit, ita etiã ſatiſfactio multos ad viã rectã debeat reuocare. Nõ acquieſcat idẽ filius noſter cõſilijs iniquorũ, cõſideret nouiſſima & antiqua, & ꝑ illã viã incedat, per quã Iuſtinianus, & alij catholici imperatores inceſſiſſe noſcunt. Exemplo ſiquidẽ & imitatione illorũ, & honorẽ in terris, & fœlicitatẽ in cœlis ſibi poterit cumulare. Vos etiã ſi eũ ad rectã ſemitã reduxeritis, & beato Petro apoſtolorũ principi gratũ depẽdetis obſequiũ, & vobis, & eccleſijs veſtris cõſeruabitis libertatẽ. Alioquin nouerit ante dictus filiꝰ noſter, ex ammonitiõe veſtra, nouerit ex ꝓmiſſionis euãgelicæ veritate, ꝙ ſacroſancta Romana eccleſia ſup firmiſſimã petrã deo collocante fundata, quantocũq; verborũ turbine quatiat, in ſua firmitate, ꝓtegente dño, in ſeculũ ſeculi ꝓmanebit. Nec autẽ ſicut noſtis, deceret eum tam arduam viam abſq; veſtro cõſilio attentaſſe. Vnde credimus, ꝙ auditis admonitionib⁹ veſtris, facillime poterit ad frugem ſanioris ſtudij, ſicut vir diſcretus, & imperator catholicus, reuocari.

Quid epiſcopi Alemanniæ reſcripſerint. CAPVT XVI.

HIs literis, taliq; legatione percepta, præſules Alemãniæ cõmunicato in vnũ aſſenſu & conſilio, ſedi apoſtolicæ in hæc verba reſcribunt. Quis ſciamus, & certi ſimus, ꝙ eccleſiã dei fundatã ſupra firmã petrã, neq; venti, neq; flumina tẽpeſtatũ poſſint deijcere, nos tñ infirmiores & puſillanimes ſiquando hmõi cõtigerint impetus, cõcutimur, & cõtremiſcimus. Inde nimirũ grauiter conturbati ſumus, & cõterriti ſuper his quę inter veſtrã ſanctitatẽ, & filiũ veſtrũ deuotiſſimũ dñm noſtrũ imperatorẽ, magni mali, niſi deus auertat, ſeminariũ prębitura videnẽ. Equidẽ a verbis illis quę in literis veſtris continebanẽ, quas per nuncios veſtros prudẽtiſſimos & honeſtiſſimos dñm Bernhardũ, & dñm Rolandũ cancellariũ, venerabiles preſbyteros cardinales miſiſtis, cõmota eſt vniuerſa reſp. imperij noſtri aures imperiales potentiæ ea patienter audire nõ potuerũt, neq; aures principũ ſuſtinere. omnes ita cõtinuerũt aures ſuas, ꝙ nos ſalua gratia veſtrę ſanctiſſimę paternitatis ea tueri ꝓpter ſiniſtrã ambiguitatis interpretationẽ vel conſenſu aliquo approbare nec audemus, nec poſſumus, eo ꝙ inſolita & inaudita fuerunt vſq; ad hæc tẽpora. Literas autẽ quas nobis miſiſtis, debita cũ reuerẽtia ſuſcipiẽtes & amplectẽtes, cõmonuimus filiũ veſtrũ dñm noſtrũ imperatorẽ, ſicut iuſſiſtis, & ab eo reſponſum, deo gratias, accepimus tale, quale decebat catholicũ principẽ i hũc modũ. Duo ſunt quibus noſtrũ regi oportet imperiũ, leges ſanctæ imperatorũ, & vſus bonus prædeceſſoꝝ, & patrum noſtrorum. Iſtos limites eccleſiæ nec volumus præterire, nec poſſumus. quicquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitã patri noſtro reuerentiã libenter exhibemus, liberã imperij noſtri coronam diuino tantũ beneficio aſcribimus, electionis primã vocẽ Mogũtino archiepo. deinde quod ſupereſt, cęteris ſecundũ ordinẽ principibus recognoſcimus. regalẽ vncti onem Colonienſi. ſupremã vero, quę imperialis eſt, ſummo pontifici. quicquid præter hæc eſt, ex abũdanti eſt, a malo eſt. Cardinales in cõemptũ dilectiſſimi & reuerendiſſimi patris noſtri, & cõſecratoris, a finibus terræ noſtrę coegimus nõ exire. Sed cũ his, & pro his quæ & ſcripta, & ſcribenda ferebant in dedecus

& ſcandalũ imperij noſtri, vltra eos prodire pati nolumus. Introitũ & exitũ Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus vel pro ſuis neceſſitatibus rationabiliter cũ teſtimonio eporꝫ & prælatorꝫ ſuorꝫ Romanã ſedẽ adeuntibus. Sed illis abuſionibus, quibus omnes eccleſiæ regni noſtri grauatæ & attenuatæ ſunt, & omnes pene clauſtrales diſciplinę emortuę & ſepultæ, obuiare intendimus. In capite orbis deus p imperiũ exaltauit eccleſiam, in capite orbis eccleſia nõ per deũ (vt credimus) nunc demolit̃ imperiũ. A pictura cœpit, ad ſcripturã pictura proceſſit, ſcriptura in auctoritatẽ prodire conatur. Non patiemur, nõ ſuſtinebimus, coronã ante ponemus cꝫ imperij coronã vna nobiſcũ ſic deponi conſentiamus. Picturæ deleant̃, ſcripturæ retractent̃, vt inter regnũ & ſacerdotiũ ęterna inimicitiarũ monumẽta nõ remaneant. Hęc & alia, vtpote de cõcordia Rogerij & Guilhelmi Siculi, & alijs quę in Italia facta ſunt conuentionibus, quæ ad plenũ proſequi nõ audemus, ab ore dñi noſtri imperatoris audiuimus. Abſente autẽ Palatino comite, & in pręparatione expeditionis in Italiã præmiſſo, a cancellario ibidẽ adhuc præſente aliud non audiuimus, niſi quod humilitatis erat & pacis, præter cꝫ eis pro periculo vitæ, q̃d a populo imminebat, pro viribus ſuis aſtiterit, cunctis qui ibi aderant, huius rei teſtimoniũ eis perhibentibus. De cætero ſanctitatẽ veſtrã ſupplici ter rogamus & obſecramus, vt noſtræ parcatis infirmitati, vt magnanimitatẽ filij veſtri, ſicut bonus paſtor, leniatis ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuauitate mellita dulcorantibus, quatenus & eccleſia dei tranquilla deuotiõe lætet̃, & imperiũ in ſuę ſublimitatis ſtatu glorietur, ipſo mediante & adiuuãte, qui mediator dei & hominũ factus eſt homo Chriſtus Ieſus.

1. ad Timotheũ. 2.

Qꝫ procinctum mouens apud Auguſtam, & nuncios Romani pontificis audiuit. CAPVT XVII.

Feliciter ergo procinctũ mouens, ac apud Auguſtã Rhetię ciuitatẽ ſuper ripam Lici fluminis caſtra ponens, confluentẽ ex diuerſis partibus militẽ per .vij. dies operiť. Interea Romanus antiſtes de aduentu principis certior effectus, nam legari eius, videlicet Reinaldus cãcellarius, & Otto Palatinus comes, quorꝫ ſupra meminimus, iamdudũ Italiam intrauerant, in melius mutato conſilio, ad leniendũ eius animũ nuncios mittit, Henricũ videlicet Cardinalem preſbyterũ tit. S. Nerei & Achillei, & Iacinctũ cardinalẽ diaconũ ſanctæ Mariæ in ſcola græca, viros prudentes in ſæcularibꝰ & ad curialia negocia pertractanda prioribus miſſis multo aptiores.

De legatis principis, quos miſit in Italiam. CAPVT XVIII.

Verum antecꝫ horũ iter & negocia proſequamur, nõ ab re eſt de prędictis regaliũ nunciorꝫ perſonis & geſtis pauca de multis prælibare. Inerat vticꝫ his præclaris viris perſonarũ ſpectabilitas gratioſa, generis nobilitas, ingeniũ ſapiẽtia validũ, animi imperterriti, quippe vt alias de quibuſdã dicit̃, quibus nullus labor inſolitus, nõ locus vllus aſper, non armatus hoſtis formidoloſus. Nullius ſibi delicti, nullius libidinis gratiã faciebãt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erãt, gloriã ingentẽ, diuitias honeſtas volebant. Ætas iuuenilis, eloquentia mirabilis, prope moribus ęquales, prętercꝫ vni ex officio & ordine clericali neceſſaria inerat mãſuetudo & miſericordia,

alteri, quẽ nõ ſine cauſa portabat, gladij ſeueritas dignitatẽ addiderat. His moribus, talibuſcꝫ ſtudijs ſibi laudem, imperio gloriam, & vtilitates nõ modicas domi, militiæcꝫ peperere. adeo cꝫ tunc tẽporis pene nihil ingens, nullum exquiſitum virtutis facinus in ea expeditione geſtum eſt, in quo hos heroas, aut primos, aut de primis non compererim extitiſſe.

Quomõ præcurſores imperatoris in Italia caſtrũ Riuola in deditionẽ accipiũt, & iuramentũ quale imperatori facere promiſerint epi, atcꝫ aliæ ciuitates. CAPVT XIX.

Tacꝫ in primo ſuo ingreſſu in Italiã, caſtrũ quod Riuola vocat̃, ſupclauſurã Veronẽſiũ ſitũ, natura loci inexpugnabile, in deditionẽ accipiunt, exiſtimantes præſidio eiuſdẽ in tam ſtrictis locorꝫ faucibus noſtros clementiorẽ aditũ veniẽdi & redeundi inuenire. Excepti cũ magna frequentia, & honorificẽtia epi, ciuiũcꝫ Veronenſiũ, tam illic cꝫ in alijs ciuitatibus fidelitatẽ imperatori, & adminiculũ expeditiõis tactis ſacroſanctis promitti fecerunt, viamcꝫ venturo imperatori præparantes, eius aduentus fidi & vtiles prærcurſores extitere. Sane hæc eſt forma ſacramẽti, in qua omnes iurauerunt. Ego iuro cꝫ ammodo in antea ero fidelis dño meo Friderico Romanorꝫ imperatori contra omnes homines, ſicut iure debeo dño & imperatori, & adiuuabo eum retinere coronã imperij, & oẽm honorẽ eius in Italia, nominatim & ſpecialiter ciuitatẽ illam, & quicquid in ea iuris habere debet, vel in omni virtute comitatus vel epiſcopatus. N. regalia ſua ei nõ auferam ibidẽ, nec alibi, & ſi fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adiuuabo. Necꝫ in cõſilio ero necꝫ in facto, cꝫ vitã, membrũ, vel honorẽ ſuũ perdat, vel mala captione teneat̃. Omne mandatũ eius, quod ipſe mihi fecerit, per ſe, vel epiſtolã ſuam, aut per legatum ſuũ de facienda iuſtitia, fideliter obſeruabo, & illud audire, vel recipere vel complere nullo malo ingenio euitabo. Hæc omnia obſeruabo fide bona, ſine fraude, ſic me deus adiuuet, & hæc ſancta quattuor euangelia.

Quomõ legati principis ab Italis recepti, & quid patrauerint. & cur Otto comes palatij in Guilhelmũ quendam Rauennatenſem nobilem manum miſerit. CAPVT XX.

Averona per Mantuã iter agunt, & venientes Cremonã, celebre colloquiũ, & ſi mauis, curiã tenuere, occurrentibus eis ad eam ciuitatẽ archiepis Rauennate & Mediolanenſe, & de ſuffraganeis eorꝫ .xv. epis, necnõ comitibus, marchionibus, conſulibus, & primis omniũ circaiacentiũ ciuitatũ. idcꝫ veraciter aſſerere potero, multis ante hæc regibus denegatam eam quã tunc probitate ſua euicerunt iſti legati principis magnificentiã & gloriã. Inde per Romaniolam & Æmiliã iter agentes, exarchatũ Rauennatem viſitant, nuſcꝫ ſegnes, nuſcꝫ incauti peragere, quæ negocijs principis, ac regni vtilitatibus profutura nouiſſent. Inde p Ariminũ verſus Anconã tendũt. Compererant eñ Logotherã ſeu Paliologũ, cũ alijs nuntijs Conſtantinopolitani imperatoris ibidem morari, ſpem quidẽ quo aduerſus Guilhelmũ Siculũ largitione pecuniæ milites, qui ſolidarij vocant̃, colligerent, re autẽ vera, vt ciuitates maritimas, q̃d ſæpius antehac attentatũ nouimus, ſeu vi, ſeu dolo, ſub Græcorũ redigerent ditionẽ. Cũcꝫ Rauenna exeuntes, nõ longe adhuc a ciuitate p-

cessissent,obuios habuere nõ paucos de melioribus terræ,qui ad præfatos Grę corũ legatos ierant,& cũ ipsis colloquiũ familiare tenuerant. Qua de re cõmoti & in iram versi,ꝓ eo ꝙ se despexisse, & Græcos spe lucri sibi præposuisse viderentur. Otto palatĩ comes, nec suoꝝ paucitate, nec illoꝝ remoratus numerositate,gladio exerto in meliorẽ & nobiliorẽ omniũ Rauẽnatensiũ,noĩe Guilhelmũ, cognomẽto Maltrauersar, manũ misit, secꝫ eum captiuũ abducturũ cõminatus est, omnibus alijs præ timore & pauore silentibus, & nõ cõtradicẽtibus. Magna & miranda prędicti comitis animositas,quẽ nec copiosus eiusdẽ nobilis viri comitatus terruit,nec vicinæ ciuitatis metus permouit,quin vt legatus imperij,vbi ratio postulabat,auctoritate imperiali vteret. Tandem lenioribus verbis,& multa supplicatiõe mitigatus & placatus,ceptũ iter peregit.ac cõtra Grę cos,qui vt diximus,apud Anconã tunc morabanť,profecturus,nõ paruã militiã collegit,& prope ciuitatẽ castra posuit. Euocatos itaqꝫ ad se,verbis minacibus,& valde grauibus adorsi sunt, qua temeritate sine principis cõscientia talia præsumpsissent,nõ se ignorare Danaum insidias,& græcã astutiã, simulata humanitate maleficia voluisse, callidissima fraude cõposita in amicos deputasse,quod cõtra inimicos struxisse putabanť. Cũqꝫ manifestis indicijs hostes Romani imperij cõuincanť,non aliud superesse,cꝫ vt ꝓ crimine lesæ maiestatis de ipsis omnibus suppliciũ sumatur. Talibus inuectionibus perterriti Græci,atqꝫ animo cõsternati,multa supplicatione verba excusationis depromunt, partẽqꝫ suã quibus possunt argumẽtis purgare conanť. Nequaqꝫ se ignorare legẽ Iuliã maiestatis,quæ in eos qui contra imperatorẽ, vel remp.aliquid moliti sunt, suũ vigorẽ extendit. Verũ ab hoc suã ipsoꝝ conscientiã sese beatos facere,ficta pro veris nõ recipienda.Magis eos credere debere benignitatibus, & obsequijs sæpissime a Græcis in nostros experimẽto ꝓbatis. Testis horũ sit Alemannia tota, testis pietatis sit ipse imperator,nunc princeps orbis terrarũ,qui hęc aliqñ viderit,& re ipsa expertus fuerit. Aequitas in viuos,misericordia in mortuos,honor in principẽ,munificentia in optimates, hæc esse affectus sui erga nostros probationes certissimas,fictisqꝫ criminationibus veriores. His & similibus se cũ magna mentiũ contritione,græcis de obiectis excusantibus,dum nulla fraudis deprehendi potuissent indicia, acceptis ab eis magnificis muneribus, in Græciã eos pacifice remigare concedunt,ipsiqꝫ Mutinum reuertuntur.

Qualiter se legati erga nuncios Romani pontificis habuerint, & quid eisdem Romanis in via acciderit. CAPVT XXI.

Isdem dieb⁹ Henricus & Iacinctus supradicti nuntij Adriani papæ Ferrariã venerant. auditoqꝫ ꝙ legati imperatoris Mutinũ redissent, nõ sperantes ipsos sibi occurrere,humilitatis formã præbẽtes, quod insolitũ antea fuerat,ad eos pergunt, expositaqꝫ causa legationis, ꝙ scilicet ea quæ pacis essent,& honor imperio in mandatis haberent,dimittunt. Iam uero aduentũ illoꝝ per omnes partes illas, vbi arta montiũ transituri erãt, fama nuntiauerat. multosqꝫ mortaliũ rerũ alienarũ cupidos id cõtra eos animauerat, quod pene neminẽ latebat, maiestatẽ imperialẽ Romanis infensam existere,ꝙqꝫ vitio auiditatis quisqꝫ ardebat,ac si regiæ voluntati obsequereť,temerarius intendebat, sperans in hoc casu latrociniũ honestiori noĩe posse palliari. A Ferraria itaqꝫ Veronã,a Verona per vallem Tridentinã iter agunt,habentes

secũ gratia maioris securitatis,venerabilẽ epm Tridentinũ Albertũ. Sed prędua luit auri sacra fames,quæ quos arripuit,nil vnqꝫ honestũ, nil moderatũ sentire, vel appetere permittit. Nam Fridericus & Henricus comites,quoꝝ in illis partibus nõ parũ poterat violentia,tam cardinales,cꝫ epm captos,spoliatos in vinculis ponunt, donec Romanus quidẽ datus in obsidem,nobilis vir, germanus Iacincti,epm autẽ euidenter diuina potentia liberauit.Hanc tamẽ immanitatẽ Henricus nobilissimus dux Baioariæ & Saxoniæ,ob amorẽ sanctę Romanę ecclesiæ,& honorẽ imperij,nõ multo post probe vindicauit.Nãqꝫ & vadẽ eripuit & comites multis malis attritos, ad deditionẽ & satisfactionẽ coegit. ¶ 3. Aenei.

Quæ verba nuntij Romani apportauerint, item excusatoriæ literæ Adriani Papæ. CAPVT XXII.

Fridericо igitur,vt iam dictum est, castra in campestribus Augustæ ciuitatis metato,ad suã eosdẽ legatos admittit prędentiã,eisqꝫ clemẽter receptis,causam aduentus exquirit. Illi reuerẽter, ac demisso vultu,voce modesta,tale suæ legationis assumunt principiũ. ¶ Præsul sanctæ Romanæ ecclesiæ, vestræ excellentiæ deuotissimus in Christo pater salutat vos,sicut charissimũ & specialẽ sancti Petri filiũ.Salutant etiã vos venerabiles fratres nostri,clerici autẽ vestri,vniuersi Cardinales,tanꝫ dñm & imperatorẽ vrbis & orbis.Quanta dilectione sancta Romana ecclesia amplitudinẽ & honorẽ imperij vestri amplectať, quã sine conscientia peccati vestrã satis inuita sustinuerit indignationẽ,& scripta præsentia, & in ore nostro positæ, viuæ vocis officiũ declarabit. Post hæc verba literas efferũt, quæ venerabili Ottoni Frisingensi epo ad legendũ,simul & interptandũ datæ sunt, viro vtiqꝫ qui singularẽ habebat dolorẽ de cõtrouersia iter regnũ & sacerdotiũ.Exẽplar lr̃aꝝ hoc est, ¶ Exquo vniuersalis ecclesiæ curam deo,prout ipsi placuit,disponente suscepimus,ita in cunctis negotijs magnificentiã tuã honorare curauimus,vt de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro,& veneratiõe sedis apostolicæ debuisset accendi. Vnde sine grandi admiratione nõ ferimus, ꝙ cũ audito ex suggestione quorundã animũ tuũ aliquãtulũ cõtra nos fuisse cõmotũ, duos de melioribus, & maioribus fratribus nostris, Rolandũ scilicet cancellariũ tit. S.Marci,& Bernhardũ tit.S.Clementis presbyteros cardinales, qui,ꝓ tuæ maiestatis honore in Romana ecclesia solliciti semper extiterãt,pro voluntatis tuę cognitione ad tuã præsentiã destinauimus,aliter cꝫ imperialẽ decuerit honorificentiã,sunt tractati. Occasione siquidẽ cuiusdã verbi, quod est beneficiũ, tuus animus,sicut dicitur,est cõmotus.quod vtiqꝫ nedũ tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animũ merito cõmouisset. Licet eñ hoc nomẽ, q̃d est beneficiũ, apud quosdã in alia significatione, cꝫ ex impositione habeat,assumať.tunc tamen in ea significatione accipiendũ fuerat,quã nos ipsi posuimus, & quã ex institutione sua noscitur retinere.Hoc eñ nomen ex bono & facto est editũ,& dicit̃ beneficiũ apud nos,nõ feudũ,sed bonũ factum.In qua significatione in vniuerso scripturæ corpore inueniť,vbi ex beneficio dei nõ tanꝫ ex feudo,sed velut ex benedictione,& bono facto ipsius gubernari dicimur,& nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, ꝙ nos ita bene,& honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, vt bonũ factum valeat ab omnibus iudicari. Vnde ꝙ quidã verbũ hoc,& illud scilicet, Cõtulimus tibi insigne

imperialis coronæ,a sensu suo nisi sunt ad alium retorquere, nō ex merito ca usæ, sed de voluntate propria, & illoꝝ suggestione, qui pacem regni & ecclesiæ nullatenus diligunt,hoc egerūt.Per hoc em vocabulū, contulimus,nil aliud in tellexímus, nisi quod superius dictum est, imposuimus. Sane quod postmodū personas ecclesiasticas a debita sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ visitatione,vt di citur,reuocare iussisti,si ita est,q̄ incōueniēter actum sit,tua fili in Christo cha rissime discretio,vt credimus recognoscit.Nam si aliquid apud nos amaritudi nis habebas,per nuntios & literas tuas nobis fuerat intimandū, & nos honori tuo curauissemus,sicut filij charissimi prouidere.Nunc igit quoniā ad cōmoni tionē dilecti filij nostri Henrici Baioarię & Saxonię ducis, duos de fratrib⁹ no stris Henricū tit.S.Nerei & Achillei,& Iacinctū,S. Mariæ in Cosmidin diaco nos cardinales,prudentes siquidē & honestos viros,ad tuam præsentiā destina uimus,celsitudinē tuā monentes & hortantes in dño, quatenus eos honeste, & benigne recipias, & quod ab eis ex parte nostra tuæ magnificentiæ fuerit intí matū,a synceritate cordis nostri nouerit tua excellētia processisse, ac per hoc cū eisdem filijs nostris,mediante iam dicto filio nostro duce, ita celsitudo tua stu deat conuenire, vt inter te ac matrē tuam sacrosanctā Romanā ecclesiā, nullius discordiæ seminariū debeat remanere.

Quō imperator legatis pontificis recōciliatus fuerit. CAP. XXIII.

HEctis,& benigna interpretatione expositis literis,imperator mitiga tus est, clemētiorq̄ factus, quasdam causas alio loco memorandas, quæ seminariū discordiæ præstarent, si non congrua emendatio in terueniret,legatis per capitula distinxit. Quibus ad nutū principis, & per omnia bene respondentibus,præsulēq̄ Romanū in nullo regię dignitati derogare,sed honorē,ac iustitiam imperij semp illibatā conseruare pollicētibus pacem,& amicitiā tam summo pontifici, q̄ omni clero Romano reddidit, eāq̄ signo pacis & osculo,absentibus per præsentes destinauit.Sicq̄ hilariores facti legati,donatiq̄ regalibus muneribus diuertunt in ciuitatem.

De nuntijs regis Datiæ, petentes inuestituram suo regi mittere. CAPVT XXIIII.

EOdem loco,hisdemq̄ diebus nuntij regis Datiæ nuper electi, prin cipis adeunt præsentiā, postulantes quatenus inuestiturā de regno suo regi mittere,ac electionē de ipso factam ratihabitione confirma re dignaretur.Exaudiuit eos imperator,prębito & accepto ab eis sa cramento iurisiurandi.Post reditū suū de Italia,infra.xl. dies regem ad curiam venturū,& regni administrationē de manu principis,debitę fidelitatis interpo sita securitate,susceptur um.

Quot,& quibus vijs exercitus montana transiuit, & quomō Brissen ses primo impetu attriti sunt. CAPVT XXV.

INterea confluente ad ipsum vndiq̄ versus copioso exercitu, nuntij diuersoꝝ principū aulam repleuere,quibus locis singuli eorū cū sin gulis exercitibus,per artiora montiū loca transirent,imperatorē cō sultantes.Tantæ siquidē erant auxiliarioꝝ copiæ, q̄ pluriū viarum

meatus vix eos præ multitudine sustinere potuisset,videlicet Frācoꝝ,Saxonū, Ribuarioꝝ, Burgundionū,Sueuoꝝ,Baioarioꝝ,Lotharingioꝝ,Boemoꝝ,Vn garoꝝ,Carentanoꝝ,& cū his aliæ nōnullæ Celticæ seu Germanicæ nationes, viri fortes,bellatores, infinitæ multitudinis, vario armoꝝ apparatu, iuuentus valida,& ad belloꝝ motus imperterrita.Fridericus habito cōsilio,& ,puida cir cūspectione vsus, hoc modo eis vias, & Alpiū transitus censuit distribuendas. Dux Austriæ Henricus,& item Henricus dux Carentanus,& simul cum eis co piæ Vngaroꝝ,ferme.Dc.sagittarij electi,paritercq̄ comites,& barones illarum terrarū,per Canalem,& forū Iulij,atcq̄ Marchiā Veronēsem. Dux Bertolfus de Zaringen,vel potius Burgundiæ,cū Lotharingis,per viam Iulij Cæsaris,quæ modo mons Iouis vocatur. Multa pars Francoꝝ,Ripariolorū, ac Sueuorū per Clauennam,& lacū Cumanū. Princeps ipse habens in comitatu suo regem Bo emiæ,ducem Sueuiæ videlicet Fridericū filiū regis Conradi, fratrem suū Con radum Palatinū comitem de Rheno, Fridericū Colonienſem,Arnaldum Mō guntinū,Hellinū Treuerensem archiepiscopos,cū episcopis Conrado Eistetēse Daniele Pragense,Hermanno Verdense,Gebehardo Herbipolen. & abbatib⁹ regaliū cœnobioꝝ,videlicet Fuldende,Augiense. Taceo Marchiones,comites clarissimos,& valde potentes,quoꝝ nomina si coner perstringere, delicato seu pigro lectori onerosus existam. His omnibus stipatus agminibus, īmo diuino comitatus præsidio, diuus Augustus Alpiū fauces fœlici procinctu cepit vr gere.Iam angustias montiū lætus exierat exercitus,iam in planis Italiæ campe stribus castra metati fuerant, primaq̄ venientiū impetum Brissia temere in lo cis munitis,& militum suorū fortitudine confisa, armis ausa fuit excipere. Sed momento tēporis laceratis eius viribus subacta est.Primo a rege Boemoꝝ gra uiter attrita,deinde in aduentu principis,datis,lx.vadibus,simulq̄ nō modica pecunia in deditionē pactionis recepta.

Quomodo pacem in exercitu princeps iurari fecerit,& de legi bus pacis. CAPVT XXVI.

REsidente Augusto,& ex diuersis ciuitatibus Italiæ venientē militē præstolante, consilio inito, cōmode & religiose satis prius de pacis q̄ de belli tractat negocijs.Conuentū ergo principum cogens,leges pacis in exercitu conseruandas tales constituit. Statuimus, & firmi ter obseruari volumus,vt nec miles,nec seruiens litem audeat mouere. Q̄ si al ter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari signa castrorū, ne inde sui concitentur ad pugnam. Q̄ si lis mota fuerit,nemo debet accurrere cum armis gladio scilicet,lancea,vel sagittis,sed indutus lorica,scuto, galea, ad litem non portet nisi fustem,quo dirimat litem.Nemo vociferabitur signa castrorum,nisi quærendo hospitiū suum.Sed si miles vociferatione signi litem cōmouerit, au feretur ei omne suū harnascha,& ejscietur de exercitu. Si seruus fecerit,tondebi tur,verberabitur,& in maxilla comburet, vel dominus suus redimat eum cum omni suo harnascha. Qui aliquē vulneraverit,& hoc se fecisse negauerit, tūc si vulneratus per duos veraces testes nō consanguineos suos illum cōuincere po test, manus ei abscidatur. Q̄ si testes defuerint,& ille iuramento se expurgare voluerit, accusator si vult,potest iuramentū refutare, & illum duello impetere. Si quis homicidiū fecerit, & a propinquo occisi, vel amico,vel socio, per duos

veraces teſtes non conſanguineos occiſi conuictus fuerit, capitalem ſententiã ſubibit. Verũ ſi teſtes defuerint, & homicida ſe iuramento expurgare voluerit, amicus propinquus occiſi duello eum poteſt impetere. Si extraneus miles pacifice ad caſtra acceſſerit, ſedens in palefrido ſine ſcuto & armis, ſi quis eum læſerit, pacis violator iudicabitur. Si autẽ ſedens in dextrario, & habens ſcutum in collo, lanceã in manu, ad caſtra acceſſerit, ſi quis eum læſerit, pacem non violauit. Miles qui mercatorẽ ſpoliauerit, dupliciter reddet ablata, & iurabit ꝙ neſciuit illum mercatorẽ. Si ſeruus, tondebit̃, & in maxilla comburet̃, vel dominus ſuus reddet pro eo rapinã. Quicunq; aliquẽ ſpoliare eccleſiam vel forũ viderit, prohibere debet, tamen ſine lite, ſi prohibere nõ poteſt, reum accuſare debet in curia. Nemo aliquã mulierẽ habeat in hoſpitio. Qui vero habere præſumpſerit auferetur ei omne ſuũ harnaſch, & excõmunicatus habebitur, & mulieri naſus abſcidetur. Nemo impugnabit caſtrũ, quod a curia defenſionẽ habet. Si ſeruus furtũ fecerit, & in furto fuerit deprehenſus, ſi prius fur nõ erat, non ideo ſuſpendetur, ſed tondebit̃, verberabitur, & in maxilla comburet̃, & eĩcietur de exercitu, niſi dominus redimat eum cũ omni ſuo harnaſch. Si prius fur erat, ſuſpendetur. Si ſeruus aliquis culpatus nõ in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe iudicio igniti ferri, vel dominus iuramentũ pro eo præſtabit. Actor vero iurabit, ꝙ alĩa ob cauſam nõ interpellat eum de furto, niſi ꝙ putat culpabilem. Si quis inuenerit equũ alterius, non tondebit eum, nec ignotũ faciet, ſed dicet Marſcalco, & tenebit non furtiue, & imponet ei onus ſuum. Q; ſi ille qui amiſit equũ, in via deprehenderit oneratũ, nõ deĩciet onus illius, ſed ſequẽs ad hoſpitiũ, recipiet equũ ſuũ. Si quis vero villam, vel domũ incenderit, tondebit̃, & in maxillis comburet̃, & verberabitur. Faber nõ comburet carbones in villa, ſed portabit ligna ad hoſpitiũ ſuum, & ibi comburet, quod ſi in villa fecerit, tondebitur, verberabit̃, & in maxillis comburet̃. Si quis aliquẽ læſerit, imponẽs ei ꝙ pacem nõ iurauerit, nõ erit reus violatæ pacis, niſi ille probare poſſit duobus idoneis teſtibus, ꝙ pacem iurauerit. Nemo recipiet ſeruũ qui ſine domino eſt, quod ſi fecerit, reddet in duplo quicquid ille abſtulerit. Quicũq; foueã inuenerit, libere fruatur ea. Q; ſi ablata fuerit ei, nõ reddet malũ pro malo, nõ vlciſcet̃ iniuriã ſuam, ſed conqueretur Marſcalco iuſticiam accepturus. Sed ſi mercator Teutonicus ciuitatẽ intrauerit, & emerit mercatũ, & portauerit ad exercitũ, & carius vendiderit in exercitu, camerarius auferet ei omne forum ſuũ, & verberabit eum, & tondebit, & comburet in maxillam. Nullus Teutonicus habeat ſocium latinũ, niſi ſciat teutonicũ, ſed ſi habuerit, auferetur ei quicquid habet. Si miles militi conuitia dixerit, negare poteſt iuramento, ſi nõ negauerit, cõponet ei .x. libras monetæ, quæ tunc erit in exercitu. Si quis inuenerit vaſa plena vini, vinum inde extrahat ita caute, ne vaſa confringat, vel ligamina incidat vaſoꝝ, ne ad damnũ exercitus totũ vinum effundatur. Si caſtrũ aliquod captũ fuerit, bona quæ intus ſunt auferanẽ, ſed nõ incendatur, niſi forte hoc Marſcalcus faciat. Si quis venatus fuerit cũ canibus venaticis, feram quam inuenerit, & canibus agitauerit, ſine alicuius impedimento habebit. Si quis per canes leporarios ferã fugauerit, non erit neceſſario ſua, ſed erit occupantis. Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit, & anteq; manu leuauerit, alter occupauerit, non occupantis erit, ſed qui occiderit eam, ſine contradictione obtinebit. Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit, eius erit. ¶ Hanc treugã archiepiſcopi, epiſcopi,

abbates, datis pro ſe dextris firmauerunt, & violatores pacis põtificalis officĩ ſeueritate coercendos promiſerunt.

Adhortatio principis poſt adunatũ exercitũ. CAP. XXVII.

Iam totus exercitus tam ciſalpinus, q̃ tranſalpinus cõuenerat, iam multitudo prudentiũ, & in lege doctiſſimoꝝ in vnum coierant, omniumq; aures intentæ erant, quas ad partes, vel in quas nationes in primis eos bellicus labor, & voluntas principis inuitaret. Tunc imperator, coniuncta cũ hilaritate iuuenili regia ſeueritate, vt & timeri pariter & amari mereretur, vnde exaudiri poſſet, conſtitiſſe, & pro contione huiuſcemodi vſus oratione memoratur. Regi regum magnas nos, & ingentes debere gratias cognoſcimus, cuius dum complacuit ordinationi, vt quaſi miniſter eius, & veſtri regni gubernacula regeremus, tantã nobis in veſtra probitate atq; prudentia fiduciam donauit, ꝙ in multis experimentũ veſtri habentes, ſaluo nobis benignitatis veſtræ præſidio, ſimul & conſilio, quæcunq; occurrerint, quæcunq; rempu. Romani imperĩ turbare auſa fuerint, facile reprimenda putemus. Imperiĩ inquã Romani, cuius apud nos miniſteriũ, auctoritatem penes vos qui optimates regni eſtis, recognoſcimus. Nemo nos pro libitu noſtro bella gerere putauerit, quoꝝ & euentus varius eſt, & quæ comitũ ſuorũ videlicet fame, ſiti, vigiliis, denicq; diuerſis mortibus horrenda, & formidoloſa nõ ignoramus. Non ad prælium nos accendit libido dominandi, ſed feritas rebellandi. Mediolanũ eſt quod patriis vos laribus exciuit, quod charis liberoꝝ & coniugũ vos amplexibus abſtraxit, quod hos omnes labores ſua irreuerentia & temeritate capitibus veſtris induxit. Iuſtam vobis belli cauſam fecerunt, qui legitimo imperio rebelles inueniuntur. Suſcipietis itaq; bella ipſa non cupiditate, vel crudelitate, ſed pacis ſtudio, vt malorũ audacia coerceatur, & boni diſciplinæ ſuæ debitum fructum inueniant. Quod ſi per deſidiã, aut ignauiã dedecus a Mediolano vindice gladio nõ proſequeremur, iam indubitanter eum ſine cauſa portaremus, nec tam eſſet in hoc noſtra laudanda patientia, q̃ negligẽtia vituperanda. Miniſtri ergo iuſtitiæ, ſuffragiũ veſtrum iuſte poſtulamus, vt temeritas aduerſariorũ careat effectu, & imperiĩ ſtatus ad noſtra deductus tempora, noſtro miniſterio debitum ſortiatur honorẽ. Non inferimus, ſed depellimus iniuriam. Cumq; iuſtũ bellũ ſit, quod ex edicto ſuperioris poteſtatis geritur, agite nunc vniuerſi, ſummam militiæ laudem conſecuturi, de meritis & laboribus fructũ congruo tempore recepturi, obedientiam reipu. vtilitatibus exhibete. quicquid vobis vtiliter imperatũ fuerit, pro viribus obtemperate. diuina ſiquidẽ opitulante miſericordia, non ſegnes, non degeneres inuenire nos debet inimica ciuitas in conſeruando, quod anteceſſores noſtri Carolus & Otto titulis imperĩ addidere. primiq; de vltramontanis, ille inter occidentales. hic inter oriẽtales Francos, & ad regni terminos dilatandos adiicere curauerũt. Dixerat, verbumq; Auguſti ſtrepitus, clamor, fauorq; totius exercitus proſequitur, & diuina quædam alacritas militibus incidit, ſalutis datori vota, ac Friderico imperatori fauſta quiſq; patria voce adclamantes. At ſapientes, & legum periti perſuadent, Mediolanenſes licet improbos, & infames, iudicis tamẽ officio per legitimas inducias citan

dos esse,ne violentia eis illata, vel contra ius in absentes prolata sententia videretur.Legitimas vero inducias dicunt,iudicis edictum vnũ,mox alterũ, & tertium,seu vnũ pro omnibus,quod peremptoriũ nominaẽ.quod & factum est.

De nuntijs Mediolanensiũ, & immutatione atq; cõmotione quæ in ciuitate facta est. CAPVT XXVIII.

HAtq; Mediolanenses cũ viderent vniuersam vim belli suis imminere capitibus,eligũt quos ad curiam mittant legatos, viros eruditos, & in dicendo acerrimos.Qui cum se pœnalibus,& stricti iuris actionibus cõueniri viderent, neq; principem pactione multæ pecuniæ posse deliniri,suffragio optimatum frustra quæsito,pacisq; infecto negotio,ad suos reuertuntur.Imperator astipulantibus iudicibus,& primis de Italia,cõtra Mediolanenses condemnationis proferẽs sententiã, hostes eos iudicat, omniq; apparatu ad obsidionem ciuitatis accingitur. Quibus rebus apud Mediolanũ compertis,permota ciuitas, atq; immutata vrbis facies erat, ex summa lætitia, atq; lasciuia,quę diuturna eis requies pepererat,repente omnis tristitia inuasit. Festinare,trepidare suo quisq; modo & metu,pericula metiri. Ad hęc mulieres quibus suæ reipub.magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese, manus supplices ad cœlum tendere,miserari paruos pueros,omnia pauere. Fuere tñ plærisq; (sicut alibi de quibusdam dicit)qui se & remp. obstinatis animis perditũ irent. Nam semp in ciuitatibus,quibus opes nullæ sunt, qui æs alienũ soluere non possunt,bonis aliorum & quieti inuident,noua exoptant,odio suarum rerum omnia mutari studentseditionibus sine cura aluntur.quoniã(vt dicitur)egestas facile habetur sine damno.Præterea iuuentus,quæ magis manuũ labore victum quærens,inopiam tolerabat,publicis largitionibus excita,vrbanum ocium ingrato labori prætulerat. Vnde factum est, vt multitudine huius vulgi prævalente, reipub. iuxta ac sibi consulerent, ac libentibus animis belli euentum expectarent, nobilioribus & melioribus metu talium, silentio addictis.Et hæc quidem in ciuitate.

Quomodo Fridericus ad obsidionẽ Mediolani properans Adduam transiuit. CAPVT XXIX.

FRidericus autẽ per aliquot dies opperiens,expectabat si forte Mediolanenses pœnitudo salubris ab incepto rebellionis reuocaret,si forte cladis & periculorũ consideratio eos propositum mutare persuaderet.Paratus etenim erat serenus principis animus potius correctis veniam præstare, q̃ post destructionem prouintiæ cum damno multorũ deperdito populo triumphare.Illis igitur in priori pertinacia permanẽtibus, cunctis comitatus agminibus, incipere obsidionẽ acriter statuit, castraq; mouens vsq; ad flumen Adduam processit.Is fluuius Cremonensium ac Mediolanensium fines medius dirimens,sæpissime atroces eorum contra sese incursus inhibuit. & tunc quidẽ propter liquentes in Alpibus niues, non mediocri inundatione excreuerat,ruptisq; pontibus omnino transuadandi opportunitatem exercitui denegare videbatur. Aderãt quoq; in vlteriore fluminis ripa pugnacissimi de Mediolanensibus circiter mille equites armati,qui se ope & adminiculo inundantis fluminis facile vada,pontesq; defendere posse arbitrati sunt. Verum contra audaces non est audacia tuta.Nempe frustrati sunt,cum ex improuiso rex Boemiæ, & Conradus dux Dalmatiæ, cum suis parvipendentes periculum, aquis se dederint.& q̃uis difficillime,& non sine clade suorum,imperterriti tamen alueum furentis amnis transuadauerint,vel potius transnatauerint. Numerus eorum quos aquarum vehemẽtia inuoluit,inuoluendo submersit, circiter ducentos æstimabatur.Mediolanenses postq; regem præter spem & opinionem suam transisse cognouerunt, ante pugnam fuga disiecti, & ad ciuitatem reuersi sunt, sarcinæ relictæ, & præda vniuersa a nostris direpta. Has primitias belli, primosq; conatus infaustos Mediolanensibus nonnulli asperius auspicati sunt,rerum exitus ex principio metientes. Boemos reliquus exercitus secutus, pars refectis pontibus, pars insano gurgiti se immittentes, tam se, q̃ sarcinas transposuere.

Quomodo castrum Tretium ab imperatore expugnatum sit. CAPVT XXX.

SRat non longe ab eo loco castrum quoddam Mediolanum Tretiũ appellatum,in planitie campestri,mediocri eminentia paululum in altum sublatum, quod vna parte iam dictus fluuius Adduæ alluebat,altera muri fortissimi ambitu, turrisq; fortitudine muniebatur, pontem firmum,& ad transmeandum copiosę militiæ habilem,suis cõtinuans suburbijs.Augustus cõmodum ratus ad transitum suorũ, si præfatum castrum suæ subigeret potestati,obsidione cingit, oppugnat, & in breui expugnat. Castellani enim disciplina militum & ingenio conterriti, paulisper quidẽ primos sustinuere impetus.Deinde cũ nullum locum fugę, nullum de ciuitate præsidiũ sperarent,scientes q̃ pro vita res illis erat,dextras postulant,accipiunt,munitionem dedunt, plurimipendentes q̃ in tam aduersa fortuna personarũ salutem lucrati fuissent. Fridericus locatis ibidem præsidijs, ad obsidionẽ ciuitatis acies instruit.

De morte Comitis Ekeberti, & aliorum nobilium. & quomodo imperator ob hoc iratus, placatus fuerit. CAPVT XXXI.

PRogrediente autẽ eo in hostilem terram,quidam de exercitu malæ affectatæ laudis auidi,prœuenire alios, & de virtute certando alter alteri superior inueniri desyderabant. Inter quos erat comes Ekebertus de Butene,vir nobilitate,diuitijs,& virtute animi,ac corporis insignis, cum quibusdam alijs nobilibus, & regalis familiæ militibus. Isti coeuntes in vnum,circiter mille equites armati, sperantes se aliquid memorabile facturos,ad ciuitatẽ properant,& pene vsq; ad portam assultum faciunt,viri digni pro fortitudine, qui meliore fortuna vsi fuissent. Nam & si cęptum casus

inuidit,tamen non qualiter ceſſerit,ſed quid decreuerint attendendū. Excipiun tur ſiquidem valida hoſtium multitudine, certatur haſtis primo,deinde ſtrictis enſibus dimicatur, vixq; in conflictu diſcerni poterat ex qua parte quiſq; pugnaret,permixtis viris,& propter anguſtias permutatis. viſum puluis obortus & excitatus ad inſtar noctis excæcabat. vocis autē intellectum magnitudo, & diuerſitas confundebat. Neq; enim fugæ,vel perſecutioni locus erat. ſed qui inter primos ſtetiſſent,aut cadendi, aut occidendi neceſſitatē habebant,quia refugere non dabatur. Nam & poſteriores vtriuſq; partis in fronte ſuos vrgebant, nullumq; inter dimicantes bello vacuum interuallum reliquerant. Cum autem hoſtium multitudo,noſtrorū animos, & peritiam vinceret, iamq; tota acies pelleretur,prædictus comes Ekebertus,vni ſuorum qui deiectus fuerat, opem ferre cupiens,ſubito equo proſilit,militem liberat, iamq; vincentes hoſtes pene ſolus perturbat,& ad vallum vſq; ciuitatis perſecutus eſt. Fugiebant eum vniuerſi,neq; vim hominis,neq; audaciam ſuſtinentes. Verū profecto fata virum perſequebantur,quæ ab homine vitari non poſſunt. Multitudine quippe aduerſariorum vndiq; circumfuſus, ad terram lancea proſtratus eſt. & detracta galea, atq; thorace,capite cæſus,nemine ſuccurrente,q; locus intercludebat auxilium ferre cupientem. Aegre itaq; nobiliſſimus comes, & vir regalis ſanguinis perimitur,magnam de ſe querelam non tantū apud ſuos, ſed etiam apud exteros relinquens. Dictum tamen memini a quibuſdam,viuum eum captum,& intra ciuitatem atrociter decollatū. Occiſi ſunt ibidē quidam alij nobiles, quoꝝ vnus erat Ioannes dux, & maior de exarchatu Rauennatenſiū, & regij milites. N. & N. capti quidam,cæteri ad caſtra reuertuntur. Reuertentes autē milites interminatio principum,& imperator iratus, huiuſmodi oratione corripuit. Mediolanenſes omnia cum deliberatione faciunt, atq; prudentia,fraudes & inſidias cōponendo, eorūq; dolos fortuna perſequitur. Noſtri vero,quibus ob diſciplinā, & conſuetudinem obediendi rectoribus fortuna famulatur,nunc cōtrario peccant. Non immerito ita vincuntur,depelluntur,quia omniū peſſimū eſt preſente imperatore ſine rectore dimicare,cum etiā vincere ſine præcepto ducis, infamiæ ſit. Scituros eſſe ait,omnes qui de cętero arroganter egerint,vel minimum quid præter ordinem mouerint,legum ſeueritate ſe in eos vindicaturū. Circūfuſa vero agmina principem pro cōmilitonibus obſecrabant,paucorūq; temeritatem condonari cunctorū obedientiæ precabantur, emendaturos eſſe peccatum præſens futuræ compenſatione virtutis. Placatus imperator eſt precibus,ſimul & vtilitate multitudinis,facto indulgendū putans,multa monens,vt poſt hæc prudentius agerent. Ipſe vero quemadmodum ſe in aduerſarios vlciſceret,iam prouocatus artius cogitabat.

Quo ordine,& quot legionibus contra Mediolanū tranſiuit. & de aduentu principis Mediolanū. CAP. XXXII.

HAtq; poſtera die quæ luceſcit in.vij. Calen. Auguſti, Fridericus ad obſidionē ciuitatis ducens exercitū,omnes copias ſuas in.vij. legiones partitur, præficiens ſingulis de principibus rectores ordinum, quos antiqui centuriones tecacontarchos,ſeu chiliarchos appellare

conſueuerunt,cum ſigniferis,alijſq; diſciplinæ & ordinis cuſtodibus. Præmiſſi autē milites cū ſtratoribus viarum ibant, qui aggerum maligna corrigerent,ac deuia complanarent,obſtacula præciderent,ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Circū aquilam,& ſigna alia,tubicines & cornicines. Serui ſingulorum agminū cū peditibus erant,mulis,alijſq; iumentis aduehentes militū ſarcinas. Hos ſequebantur qui expugnandis ciuitatibus machinas,& cætera tormenta portarent. Omniū vero agminū poſtrema erat mercennaria multitudo. Ordinato taliter militum itinere,præmonitiſq; diligēter ne quis ordinem deſerat, martio quodam ſpiritu repleti,cum valido clamore diuinum implorant auxilium. Deinde ocioſe & cū omni decore progredientes ambulant, ſuū quiſq; ordinem velut in bello cuſtodiens. Quēcunq; huic negotio veluti liberū ſpectatorē contigit affuiſſe, hunc ego experientius intelligere puto, quod dicitur. Pulchra vt luna,electa vt ſol,terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. ¶ Peracto itinere Fridericus cum omni exercitu,circiter.c.milia armatorū,vel amplius,Mediolanū peruenit,ibiq; poſitis caſtris,q̄uis promptos ad bellum milites cōtinebat,ne quid ea die attentarent. Illi vero qui de ciuitate fuerant egreſſi, ſtabant armati ſuper vallum,nihil omnino ſtrepentes,dubium principis aduentūs aſpectus,vtrum hanc reuerentiā,& huius ſilentij diſciplinam,an metum vniuerſis incuſſerit. Ingirum ergo e regione portarū diſtribuens exercitū,inſtruebat obſidionem. Cantí.ō.

De ſitu ciuitatis,& moribus ciuiū Mediolanenſiū. CAP. XXXIII.

DE ciuitatis ipſius ſitu ac moribus cum ſuperiore libro mentio fuerit, id adijciendum videtur,q; campi planitie vndiq; conſpicua, naturæ loci latiſſima. Ambitus eius ſuper centena ſtadia circūuenitur. Muro circundatur, foſſa extrinſecus late patēs, aquis plena vice amnis circumfluit,quā priori anno primitus ob metū futuri belli, multis inuitis & indignantibus,conſul eorū prouide fecerat. Turrium proceritate non tam vt aliæ ciuitates ſtudent. Nam in multitudine atq; fortitudine tam ſua q̄ ſibi confœderatarum ciuitatum confidentes,impoſſibile arbitrati ſunt a quoquā regum ſeu imperatorū ſuam ciuitatem poſſe claudi obſidione. Vnde factum eſt,vt ciuitas hæc inimica regibus ab antiquo fuiſſe dicatur. hac vſa temeritate,vt ſemper rebellionem principibus ſuis moliens,ſchiſmate regni gauderet,& geminorū potius dominoꝝ,q̄ vnius ſuper ſe iuſte regnantis affectaret principatū, ipſa leuis & vtriuſq; ridens fortunā,nec in hac, nec in illa parte fidem haberet. Huius rei ſi quis exempla deſyderat,ad Leoprandum,qui geſta Longobardoꝝ ſubnotauit,recurrat.

De excurſu Mediolanenſiū, & quomō, & a quibus excepti ſeu repulſi. CAPVT XXXIIII.

DIuiſis (vt dictum eſt) inter principes exercitus portis ciuitatis,ſingulis eorum feſtinare,parare vallo ſudibus,palis alijſq; ppugnaculis caſtra munire ppter improuiſos hoſtiū excurſus decertabant. Neq; enī vineis,turribus,arietibꝰ,aliorūq; generū machinis tantā ciuitatē attētandā putabāt,ſed lōga potiꝰ obſidiōe fatigatos ad deditionē cogi. vl̄ ſi foras ppter ſiduciā multitudis erupiſſent,plio ſupatū iri. Oppidani nō ſegniꝰ ea q̄ ne

ceſſaria forent,procurare,munimenta caſtrorum diſturbare,crebris excurſibus exercitum attentare,ſagittarijs & fundibularijs plerosq; ſautiare. Erat in extrema parte exercitus Conradus Palatinus comes de Rheno, germanus imperatoris,& dux Sueuorum,Fridericus cum Sueuis,ceteriscq; ipsorũ cõmilitonibus obsidionis agentes negotia, circa portã sibi destinatam Mediolanenses opportunũ rati,vel pro eo q; pauciores alijs agminibus,& iuniores ætate,vel q; sequestrati a fortitudine exercitus,auxiliũ inuenire nõ possent,eos inuadere statuũt, sperantes facile se aut plenum de illis triumphum reportare, aut forti aliquo patrato facinore vitam paciſci pro laude. Itaq; post occasum solis, cũ præter vigiles tãtũ, totus miles fessa labore corpora somni quiete recreãda speraret, apertis portis cũ pugnacissimis egressi,disiectis custodibus, vsq; ad iam dictorũ heroũ castra excurrunt,oppugnant,sautiant. Alemanni vbi hostes aduentare senserãt inopinata re,ac improuisa primo perculsi, alter apud alterũ formidinẽ simul & tumultũ facere. Deinde alius alium appellare,hortari,arma capessere, veniẽtes excipere,instantes propulsare. Clamor permixtus hortatione,strepitus armorũ ad cœlum ferri, tela vtrinq; volare. pro ingenio quisq;, pars comminus gladijs, pars pugnare lapidibus, seu alterius generis missilibus. Nõ procul ab hinc rex Boemorũ castra fixerat. Is exquo bellicũ clamorem accepit, decernit laborantibus socijs auxilio fore debere. Quanta ergo poterat velocitate, suos arma capere,equos ascendere iubet,ipse cum electis militibus & tibicinis,& timpanistris preire. Non eos morabant vinearũ aggeres,seu maceriæ.non asperitas, & insolentia loci retinebat. Ea vero consueti Sclauorũ equi facile euadere. Nostri vbi ex sono tubarũ, & timpanorũ amici regis aduentũ cognouere, animosiores, & lætiores effecti,resistere. hortari se inuicem ne deficerent,neu paterentur hostes iam iam fugituros vincere. Aderant Boemi,tum demũ maxima vi certatur,maximo clamore cum infestis signis concurritur. Rex ipse comminus acriter instare, laborãtibus succurrere,hostem ferire,strenui militis, & boni regis officia simul exequebatur. Oppidani vbi vident contra, ac rati erant se in medios hostes deuenisse,nec impetum regis sustinere posse,terga vertunt. Nostri fugientibus instant,& vsq; ad angustias portarum persecuti,in reliquũ tempus pacem sibi de incursionibus illorum peperere. Hostium quidam occisi,plurimi capti, magna pars vulneribus confecti.

De assultu nostrorũ in portam. CAPVT XXXV.

QVia vero tam superbæ ciuitatis tam famosam obsidionẽ se non meminit ætas nostra vidisse,pro eo q; nõ solũ Alemãnici, sed & Italici regni vires sibi adunatæ fuerant,quisq; gloriosus,ac laudis auidus alius alium in aliquo egregio facto,vnde sibi nomẽ faceret,præuenire satagebat. Igitur Otto Palatinus comes de Baioaria, cuius iam sæpe mentio habita est, cũ duobus fratribus suis, Friderico & Ottone iuniore,aliaq; sibi coniuncta militia, ad portam quam ipsi vallauerant, diligentius hostium conamina obseruabant. Quadam ergo die dum ociose ipsos agere, rarosq; circa portam custodes aspexissent, visum est eis tentandam fortunam. Ergo propinquante vespera, clanculo milites armari iubent, seruosq; ignem cum aridæ materiæ fasce præparatum habere. quatenus dato signo pariter ex improuiso

procurrerent, & pontẽ ac portam ipsam, si fieri posset,exurerent. Parent dicto, atq; ad nutum præcipientiũ subito prosilientes, vsq; ad propugnacula pontis super aggerẽ disposita venerunt,ignẽq; sicut præcepti fuerant haud segniter iecerunt. Populus ciuitatis tumultu excitatus,improuiso metu, incerti quid potissimũ facerent,trepidare,cũ erumpentibus flammis propugnacula & aggeres concremari cernerent, timere ne aridũ nacte fomitẽ citius volitando nõ solum pontes & portam,verũ ipsam ciuitatẽ pessundarent. Clamor ergo, ac tumultus per ciuitatẽ varius agitatur, currunt; permixti inermes & armati prohibituri incendiũ. Concurrit infesto Marte, certatur magnis viribus ab vtrisq;, obscurã noctem,incendiũ,& faculę,tedæq; ardentes illuminabant. fragor percutientiũ gemitus percussorũ, voces adhortantiũ hincinde varie resonabant. Hi vt ceptũ eorũ efficatiã obtineret,illi vt ignem restinguerẽt,nostrosq; a porta propellerẽt, summa vi conabant. Comites ipsi duces pręlij in hoc certamine,sicut & in alijs multis, omnibus se periculis prostituentes, sicut optimi bellatores fortitudinẽ corporis, ac animi magnitudinẽ adeo sub oculis omniũ clarere fecerunt, vt de eorum virtute etiã hostis iudicaret, & quiuis spectator testis fieret. Multo autẽ labore consumpto,litecq; in horam noctis protracta, miles ad castra reuertitur. Sautiati vtrinq; plurimi, verũ atrocitatẽ cladis beneficiũ noctis imminuebat. Alij asserunt hoc negocium clara die consummatũ.

De eruptione Mediolanensiũ contra Henricũ ducem Austriæ,& cla de eorum. CAPVT XXXVI.

NEc minus populares Mediolanenses turpe habentes, si remissius in nostros agerẽt, vbi tempus & locũ inuenerunt, nõ cũ valida quidẽ manu, sed per paucos siue sagittarios, siue fundibularios, incautos sautiando, temeritatis atq; audaciæ suæ magnitudinẽ ostentare conabantur. Et illi quidẽ qui ad superiores cõflictus venerant,moderatius agere. Alij vero tanq; nõ experti,per singula momẽta excursiones moliri. Ad portam itaq; quã obseruabat Henricus dux Austriæ,vir nobilitate generis & animi clarissimus,patruusq; imperatoris,dum sæpius hanc exercerent iniquitatẽ,nõ dignum ratus facinus hoc sine vltione præterire,ad correctionẽ eius,& vindictã, accepta opportunitate accingitur. Igitur vniuersis quos secũ habebat,armatis, auxiliarijs Vngarorũ copijs in sagittando optimis,cũ cætera heroũ,qui sibi sociati fuerant,cohorte assumptis, omni conamine oppugnationẽ portæ disponebat. Nõ hoc latere poterat Mediolanẽses, quippe molitiones nostrorũ pẽsentientes,ignominiã iudicabãt,si pares,imo plures multitudine,minori animo,venientibus nõ occurrerẽt. Per turmas ergo & cohortes suas egressi,cõmittũt se,seq; mutuo maxima vi cędũt,sautiant, capiunt,fugant. Tum spectaculũ horribile, sequi,fugere,occidi,capi,equi atq; viri afflicti,ac multi vulneribꝰ acceptis neq; fugere posse,neq; quietẽ pati,niti modo,ac statim concidere. Postremo oĩa constrata telis,armis,cadaueribus,& infecta sanguine tellus. Ex parte oppidanorũ iterũ male pugnatũ est,ipseq; dux,cuius ibi ꝓbitas mirifice ꝓbata est, haud dubie victor, eos intra mœnia fugauit, & a solita in posterũ eruptione cõpescuit. Inter alios qui de Mediolanẽsibꝰ eo plio ceciderũt, occisus est quidã de nobilissimis illorũ noĩe Statiꝰ, quẽ vt tũc fama fuerat,regulũ sup se creare cogitauerãt. auditaq; morte eiꝰ,tota ciuitas luctũ assumpsit,corpusq; mortui cũ viuis,q̃s de

nostris habebant,& copiosa pecunia cõmutantes,redemerunt,& regalibus exequijs honorando sepelierunt.

De temeritate cuiusdam Mediolanensis,& probitate comitis Alberti. CAPVT XXXVII.

HLlud etiã nõ ab re est memorare,q̃ quidam ex oppidanis vir in oculis suis sibi placitus, progressus versus castra imperatoris, velut imperitiam equitandi nostris exprobrans, quædam superba prolocutus est,& quemlibet fortissimũ, ac equitãdi peritissimũ ad singulare certamen ꝓuocauit. Cœpitq; vertibilẽ equũ modo impetu vehemẽti dimittere, modo strictis habenis in girũ,vt huic negocio mos est,reuocare. moxq; varios, pplexosq; p amfractus discurrere. At qui contra steterũt,multi quidẽ dedignabantur. Erat autẽ inter eos,vt assolet,etiã qui timeret. Quosdam vero nõ inconsulta mouebat ratio,cum mortis cupido nõ debere cõfligere, & cũ his in discrimen venire,quos neq; vincere magnũ sit, & vinci cũ dehonestamento periculosum, non fortitudinis,sed insipientiæ videri. Cum autẽ diu nemo procederet, multaq; ille nostrorũ timiditati illuderet, nobilis comes Albertus de Tyrol, ad omnẽ virtutis cõmendationẽ idoneus, inermis & palefrido sedens,solo clypeo accepto,& hasta,prefato Liguri obuiam venit,eumq; tripudiantem, & vana iactantem deiecit,cadentemq; dedignatur occidere, contentus ad laudem, quia visus est potuisse. Ita nostros vltus comes Albertus, nil glorians, ad suos reuertitur, vir minimæ iactantiæ, & qui semper manu q̃ lingua promptior inueniri volebat. Ita inter nostros principes cõtra Ligures varium pro virtute & gloria certamen indies habebatur.

Quomodo imperator ciuitatem girauerit, & de terra quæ vocabat arcus Romanus. CAPVT XXXVIII.

INter hæc princeps ipse impiger omnia quæ ad cladẽ,& euersionẽ ciuitatis erãt prouidere,muros modo cũ paucis, modo cũ multis,& lectis militibꝰ circuire, vbi muros aggrederet explorare, omni modo tentare,si posset inclusos ad cõgressionẽ & pugnã prouocare. His circuitionibus alterã partẽ ciuitatis, quæ necdum obsidione adeo fuerat subacta, & artata,quin pecora eorũ extra pascerent,ciuibusq; intrandi,& exeundi pateret aditus,ita cõpescuit,& cohibuit, vt tum demũ ceruicẽ demitterent, & quale esset obsidione claudi experimẽto addiscerent. Euntem in giro imperatorẽ arbitrantes ad assultũ faciendũ venire,in ciuitate tumultus exorit, ingẽs trepidatio signorũ crepitus,tubarum sonitus,fortes ad arma,mulieres & inualidi senes ad lamenta. Nemo tñ extra progredi ausus, ad defensionẽ tantũ ciuitatis armata iuuentus,& imperterrita admodũ coronæ cõsistebãt. sed nec ad portã, vbi militia principis obsidionẽ celebrabat,excursiones facere, dubiũ an metu, an reuerentia imperatoris cohiberent. ¶ Erat nõ longe a vallo.i. quantũ arcus iacere potest,quasi turris quædã fortissima,ex quadris lapidibꝰ solido opere cõpacta. Mirabilis autẽ fuit lapidũ magnitudo. Nec em̃ ex vulgaribus saxis,aut quę homines ferre posse crederent. Sic autẽ manibus artificũ formata, vt quattuor columnis sustẽtata, ad similitudinẽ Romani operis vix, aut nunq̃ in ea iunctura cõpaginis appareret. Vnde & arcus Romanus appellatus est, siue ab antiquo

aliquo Romanorũ imperatore, ob decorẽ & memoriam in fornicẽ triumphalẽ erecta,siue vt in gestis Longobardorũ reperit, ad expugnationẽ & cladẽ ciuitatis ab vno rege nostrorũ fuerit fabricata. Erant in ea virorũ receptacula & cenacula,xl lectorũ,vel amplius capacia,collectis ibi tam in armis, q̃ in victualibꝰ quæ ratio necessitudinis ad obsidionis tẽpus desyderabat. Ibi Ligures sua presidia locauerant duplici ratione,vt & hostibus vsui nõ esset,cũ exinde quicquid in ciuitate ageret,velut e specula facile videri,itẽq; quid in castris fieret, quidq; exercitus strueret, ipsis cõtinuo denunciari posset. Fridericus versis in cõtrariũ rationibus,hanc expugnare statuit. Verũ cũ nec instrumẽtis,siue machinis,aut aliquo tormentorũ genere pro firmitudine sua pulsanda videret, triplici ordine iaculatorũ & sagittariorũ eam vallat. tantaq; illorũ erat & magnitudo, & in ferendo peritia,q̃ nõ dubie mortẽ appeteret, quisquis in ꝓpugnaculis appareret. Sũma ergo necessitate coacti,dextras petunt,& vt sibi parceret,rogabant, acceptaq; fide publica,munitionẽ tradunt, & recedũt. Exinde nostris arx illa vsui.

De crudelitate Cremonensium & Papiensium contra Mediolanenses. CAPVT XXXIX.

NEmo in hac obsidione maiori studio,maioriq; atrocitate,q̃ Cremonensiũ & Papiensiũ desæuit exercitus, nullisq; obsidentiũ obsessi se magis ac illis offensos & infensos præbuere. Longissimis siquidẽ simultatibus,& discordijs inter Mediolanũ & has ciuitates agitatis, multis milibus hominũ hincinde vel occisis,vel dura captiuitate afflictis,territorijs pręda & incendio vastatis,cũ se in Mediolano, quod ꝓprijs viribus & auxiliarijs ciuitatibus præualebat, ad plenũ vindicare nõ potuissent, opportunũ tẽpus adepti, iniurias suas vltum iri decernunt. Itaq; nõ vt cognatus populus, nõ vt domesticus inimicus,sed velut i externos hostes, in alienigenas,tanta in sese inuicẽ sui gentiles crudelitate sæuiunt,quanta nec in barbaros deceret. Vineta, ficeta, oliueta Mediolanensiũ pars radicitus euellunt, pars excidunt, alij corticibus abrasis ignibus idoneã præparare materiã. Quando gladijs inter se res ageretur,& mutuo casu vel hac,vel illac quispiam infœlix caperetur,hi qui extra in conspectu hostium, aut mucronẽ iugulo condere,aut spiculo cõfigere, qui vero intus, ne crudelitate inferiores inuenirent, captum per membra diuidere, forasq; suis miserabile spectaculum proijcere. Et tale quidem cõlatinorũ intra se cõmertiũ fuit.

Quomõ Mediolanenses varijs modis attriti,suadente Guidone comite, tractauerint de pace. Itẽ oratio exhortatoria eiusdẽ de illa re. CAP. XL.

HAmq; plurimis malis attriti Mediolanenses,crescebat autẽ in ciuitate cũ fame desperatio,& in dies singulos vtrũq; malũ amplius accẽdebat. Erat nempe collectũ ex toto territorio infinitũ vulgus,diuersusq; erat victus, cũ potentiores quidẽ amplius haberent, infirmiores autẽ penuriam deplorarẽt. Quippe fames sup omnes clades habetur. Nam vt ait quidã,quod reuerentia dignum est,in fame negligitur. Huc accessit vltio diuinæ animaduersionis,totamq; pene ciuitatem morbus,aut pestilentia vexabat. Vrgentibus itaq; pariter fame, ferro,peste, populus ad deditionẽ cõmotus est,iamq; illorũ multitudo profugere cogitabant. Qui vero acriores ingenij,se-

ditionibus operã dabant, dicentes pro libertate patriæ, & honore ciuitatis vitã se morte velle cõmutare. His inter se dissidentibus, quidã ex illis quibus senior mens erat, qui pacẽ malebant q̃ bellum, decreuere, vt contione habita, populũ ad considerationẽ cõmunis vtilitatis prouocarẽt, & magnitudine periculoꝝ a rebellione deterrerẽt. Huius auctor negocij dicit fuisse Guido comes Blanteratensis, vir prudens, dicendi peritus, & ad psuadendũ idoneus. Is cũ esset natura lis in Mediolano ciuis, hac tẽpestate tali se prudentia, & moderamine gesserat, vt simul quod in tali re difficillimũ fuit, & curiæ charus, & ciuibus suis nõ esset suspitiosus. Aptus ergo qui ad transigendũ fidus mediator haberẽ. Et pro contione huiuscemodi vsus sermone cõmemoratẽ. ¶ Si vestræ reip. hactenus fidẽ seruaui, si statũ & honorẽ Mediolani stare incolumẽ ac incõcussum optaui, feci quod debui. Tanta mihi gratia ab ineunte ætate, tanta mihi vestra beniuolẽtia exhibita sunt beneficia, q̃ ad gratiarũ actiones imparem & insufficientẽ me cognosco, nisi forte bonæ conscientiæ, bonæ voluntatis obsequium aliquod mihi apud vos meritũ pepererit. Harũ rerũ vestra fretus probitate, fiducialiter vos testes exhibeo. Vnde nõ vereor in tali rerũ articulo a quoq̃ bono notari, etiã si p̃ter libitũ suũ, ac secus q̃ suo rapitur desyderio, quippiã a nobis audierit. Beatũ emẽ me æstimo ab his quibus vacuos esse decet, qui de rebus dubijs consultant.

Salustius ĩ Catilin. Hæc sunt, vt ait quidã, odium, amicitia, ira atq̃ misericordia, vbi illa officiunt, haud facile animus verũ prouidet. Vestra dignitas, fama, atq̃ fortuna, hucusq̃ nõ in obscuro, sed in excelso fuit, vestraq̃ facta cuncti mortales nouere. Sed decebat in maxima fortuna minimã esse licẽtiã. Nouimus quos, & quot reges Mediolanũ sua cõstituerit auctoritate, nouimus quos, & quot adepto regno propu

Idem. lerit. Sed profecto in omni re fortuna dominatẽ. Ea (vt dicit) cunctas res p̃ libitu magis q̃ pro vero celebrat, obscuratq̃. Paululũ hæc fortuna immutata est. Mobilis emẽ est, eiusq̃ constantia volubilẽ esse, ac minime permanentẽ. Tendamus cũ rota, forsitan qui modo infimus axe teritur, eleuatus rursus ad astra feretur. Sensit mecũ qui dixit, Heus omniũ rerũ vicissitudo est. Scio qui dicant, Libertas res inæstimabilis est, pulchrũ p̃ libertate pugnare. Fateor, attamẽ id in principio decere fieri. semel autẽ subditũ, & qui multo tẽpore paruisset imperio, iugum excutere, malæ mortis cupidũ, non libertatis amatorẽ videri. Validissima lex est tam feris bestijs, q̃ hominibus præfinita, potentioribus cedere, quiq̃ ar-

ad Rom. 13 mis vigent, his obedire victoriã. Diuinæ quoq̃ ordinationi resistit, qui potestati resistit. Timendũ ergo nõ solum vos imperatori, sed etiã deo resistere. Graue quidẽ confiteor, post longũ ociũ, post longã libertatis consuetudinẽ, iugum, frenumq̃ portare. Sed consolẽ ignominiã subiectionis, dignitas imperij, ac nobilitas imperantis. Meliores nobis fuerũt patres nostri & maiores, fide, probitate cæterisq̃ bonis æque vel amplius nobis gloriã, honorẽ, libertatẽq̃ affectarunt, imperio tamẽ transalpino resistere nõ potuerunt. Subeant nobis p̃ exẽplo Carolus magnus, & Otto primus ex Teutonicis imperator. Eapropter tametsi varia belli discrimina iam in parte sitis experti, optimũ tamẽ est ante intolerabilẽ calamitatẽ mutare sententiã, dumq̃ licet, salutare sequi consiliũ. In clemẽtia principis magna spes nobis sita, qui nõ in finẽ irascetur, non ad finẽ vsq̃ insolentes ipsi fueritis. Breui autẽ q̃uis armis perrumpi claustra murorꝝ nõ possint, fames atq̃ pestilentia pro illis pugnabit. Versent obsecro in conspectu cuiusq̃, filij, cõiuges, & parentes, quos paulopost, nisi mutata sentẽtia, aut bellum, aut fames

absumet. Non ignauia, sed cõsideratione periculoꝝ me quisq̃ hæc suadere crediderit. Ipse ego pro populo meo, pro ciuitate mea mori paratus sum, impẽdãq̃ libenter in cædem salutis vestræ sanguinem meum.

Quomõ Mediolanenses in gratiam sint recepti, & de conditionibus pacis. CAPVT XLI.

Rostq̃ dicendi finẽ fecit, alius voce, alius nutu, aut assentire, aut contradicere. Vicit tamẽ imprudentiã consiliũ senioꝝ. Vnanimes itaq̃ facti p̃ consules & primos ciuitatis, primo regem Boemiæ, ducẽq̃ Austriæ cõueniunt, dehinc mediantibus illis alios principes, eosq̃ ad imperatorẽ de pace supplicaturos dirigunt. Princeps, p̃ regali mãsuetudine, pro humanitate naturali, ciues ciuitati, ciuitatẽ ciuibus seruare cupiens, gratũ habebat cognito populũ de pace sentire. cõsilioq̃ habito cũ videret omniũ animos summa alacritate id appetere, de pacis pacto, & cõditione p̃tractat. Quod tale fuisse, scriptura exinde facta declarat. Cuius exemplar hoc est. ¶ In noĩe dñi nostri Iesu Christi. Hæc est cõuentio per quã Mediolanenses in gratiã imperatoris redituri sunt, & permansuri. Cumas & Laudã ciuitates ad honorẽ imperij releuari nõ prohibebunt, & ammodo nõ impugnabunt, nec destruẽt, & a fodro & viatico, & ab omnimoda exactione se ibidẽ per omnẽ eoꝝ ditionẽ continebunt, & vltro se nõ intromittent, vt sint liberæ illæ ciuitates, sicut Mediolanenses ab ipsis sunt liberi, excepto respectu iuris ecclesiastici, quod habẽt ad archiep̃m, & ecclesiã Mediolanensem. Omnes Mediolanenses cõmuniter a minoribus vsq̃ ad maiores, ab annis. xiiij. & supra, vsq̃ ad annos. lxx. fidelitatem dño imperatori iurabunt, & sine malo ingenio, & obseruabunt. Palatiũ imperiale ad honorẽ dñi imperatoris arbitratu bonoꝝ eleuabunt, & cũ debito honore bona fide obseruabunt. Pecuniã pro emẽdatione iniuriarũ dño imperatori, vel dominæ imperatrici, siue curiæ, p̃missam, statutis tẽporibus persoluent. hoc est tertiã partẽ infra. xxx. dies, ex quo hæc pactio confirmata fuerit. aliã vero tertiã partẽ infra octauã beati Martini. tertiã autẽ residuã partẽ infra octauas Epiphaniæ. Hisq̃ sic persolutis, nullis priuatis teneantẽ promissionibus. Pecuniæ promissæ summa hæc est. Nouẽ milia marcarũ argenti siue auri, vel monetæ eiusdẽ æstimationis & precij. Pro his tantũ prætaxatis capitulis, bona fide cõplendis, & conseruandis. ccc. obsides dabunt capitaneos, vauassores, populares, quales approbati fuerint a dño archiepo Mediolanen. & comite Brandratensi, & Marchione Guilhelmo montis ferrati, & tribus consulibus, si hæc dño imperatori placuerint, iuramento astrictis, ad hanc electionẽ fideliter faciendam. Obsides vero in partibus Italiæ omnes seruentẽ, præter. l. vel pauciores p̃ interuentũ regis Boemoꝝ Labeslai, & aliorꝝ principũ, vltra montes si dño imperatori placuerit deferendos. Quibus autẽ cõmissi fuerint obsides in Italia, iurent in præsentia Mediolanen. ad hæc prædestinatoꝝ, q̃ prefixo tẽpore transacto infra octo dies ex quo requisiti fuerint a Mediolanensibus, eos eis libere reddant, vt illi secure eos habeant, si prætaxata capitula ab eis obseruata fuerint. Tres vero principes Alemanniæ dextras dabũt, q̃ obsides illi qui vltra montes deferentẽ, si qui erũt, eodẽ pacto fideliter reddentẽ. Consules vero, qui nunc sunt ex auctoritate, & cõcessione dñi imperatoris vsq̃ ad Calen. Februarij proxime venturas p̃seuerent, & pro consulatu suo dño imperatori iurent. Venturi vero consules a populo eli

gantur,& ab ipſo imperatore confirmẽt,quoꝝ medietas ad ipſum veniat, dũ in Longobardia fuerit. Alias autẽ eo exiſtente,duo ad eũ ex cõſulibus veniant. & iuramento facto, officiũ conſulatus ſui a dño imperatore recipiant, pro ſe & ſocijs ſuis facturus idẽ iuramentũ dño imperatori corã cõmuni ſuæ ciuitatis. Si autẽ legatus a dño imperatore deſtinatus fuerit in Italiã,eadẽ coram ipſo & per ipm fiant. Legati vero dñi imperatoris in Italiam directi, ſi ciuitatem adierint, in palatio ſedeant, & placita ad eos delata ad honorẽ imperij diffiniant. anteꝯ caſtra ab obſidione moueant,captiui omnes reddant in poteſtatẽ regis Boemi, qui & ſecuritatẽ per ſe,& honeſtos principes eis faciat, ꝙ captiuos illos dño imperatori reddat,ſi eis dñs imperator pacẽ fecerit cũ Cremonen. Papienſibus, Nouarien. Cumanis, Laudenſibus, Vercellen. non ſolũ autẽ Mediolanẽſibus,verũ etiã confœderatis eoꝝ, Terdonenſibus, Cremenſibus,& inſulanis,ſaluo honore dñi imperatoris, & illibatis amicitijs Mediolanenſiũ, & in ſuo ſtatu permanentibus. Si vero pax eis cũ prædictis ciuitatibus facta nõ fuerit, captiui veteres eis reddant, nec ob id gratia dñi imperatoris ipſi & amici eorũ priuent. Regalia,veluti monetã,theoloneũ,pedaticum,portus,comitatus,& alia ſimilia,ſi qua ſunt,cõmune Mediolanẽſiũ dimittet,& ultra ſe nõ intromittet. & ſi quis ꝓ violentiã hæc obtinere voluerit, & iuſticiã inde corã dño imperatore, vel nuncio eius facere noluerint, Mediolanen. vindictã de eo ,ꝓ ſua poſſibilitate ſumẽt in perſona & poſſeſſione,& regalia dño imperatori reſtituent ſine fraude & malo ingenio. Hoc pacto & ordine dñs imperator Mediolanen. Cremẽſes cũ.cxx. marcarũ emẽdatione in gratiã ſuã recipiet,& eos, & amicos eoꝝ in plena curia publice ab anno abſoluet,& captiuos eorũ omnes,veteres & nouos eis reddet, ſtatim poſtꝯ obſides imperatori dederint,& captiuos tam veteres, ꝙ nouos in manũ regis Boemoꝝ reddiderint. Datis autẽ obſidibus & captiuis, altera die, vel tertia exercitus ab obſidione recedet,& dñs impator Mediolanenſes,& eorum res clementer tractabit. Cõmune Mediolani præfatas cõditiones ſeruabit plenarie, bona fide,ſine fraude,& malo ingenio, quantũ nõ permãſerit ꝓ iuſtũ impedimentũ, & per parabolã Friderici Romani imperatoris, vel nuncij eius, aut eius ſucceſſoris. Collectam prædictæ pecuniæ liceat modo facere Mediolanenſes ab his,quos in ſua ſocietate habere cõſueuerãt,prẽter Cumanos,Laudẽſes,& eos qui de comitatu Sefrenſi fidelitatẽ dño imperatori nuper iurauerũt.

Vbi Mediolanenſes ad conſpectum principis admiſſi ſint, & qualiter. CAPVT XLII.

Alibus pacis cõditionibus vtrinꝯ receptis, Mediolanũ in gratiam reditura,hoc ordine,taliꝯ ſpecie fide publica accepta,cũ ſuis ad curiam venit. In primis clerus omnis, & quicꝯ fuerant eccleſiaſtici ordinis miniſtri,cũ archiepo ſuo,prelatis crucibus,nudis pedibus,humili habitu. deinde conſules, & maiores ciuitatis item abiecta veſte, pedibꝰ nudis,exertos ſupꝛ ceruices gladios ferentes. Erat autẽ ingens ſpectaculũ,validiſſima cõſtipatio,multorũꝯ q mitioris ingenij erant,cõmiſeratio,cũ viderẽt paulo ante ſuperbos,& de factis impijs arrogantes,ita nunc humiles eſſe, ac tremere, vt miſerãda eſſet,quanꝯ in hoſte,tanta mutatio. Omnis deniꝯ militia loca vbi tantũ ſtare poſſent prævenerant,imperatori & principibus quãtus ad ſpectaculum locus ſufficeret, & venientibus vix cõceſſo neceſſario tranſitu. Diuus ergo

Auguſtus placido eos vultu intuens,ait lætũ ſe eſſe,cũ tã clarã ciuitatẽ, tantũꝯ populũ deꝰ cõmonuerit, vti aliqñ pacẽ malint ꝙ bellũ,quodꝯ ſibi dempſerint acerbã eos perſequendi neceſſitatẽ, ſecꝯ malle deuotis & volentibus, ꝙ coactis imperitare. atꝯ hoc ſi eis a principio placuiſſet, mali nil perpeſſos, plurima vero accepiſſe bona. Quoniã autẽ diuinæ placuerit ordinationi, vim & gratiã imperij eos experiri, ſtudendũ illis eſſe, quo facilius errata ſuperent, pœnitudinẽ eos facti habere, vinci ſe poſſe citius obſequio ꝙ bello, præliũ incipere quẽuis etiã ignauũ poſſe, cæterũ finẽ penes victores eſſe. Ad hæc illi ſummiſſo vultu, ſupplici voce,pauca ꝓ delicto ſuo verba faciunt,ſe nõ hoſtili animo, nec ad oppugnãdũ imperiũ arma cepiſſe, ſed terminos patrũ ſuoꝝ iure belli oĩno ſuos factos,vaſtari a ſuis gẽtilibus pati nequiſſe. De cętero ſi mõ ſibi parcat,velle eniti vt maloꝝ metu liberi ,ꝑpẽſius erga ſe beniuolentia impialis & gratia cõſeruet.

De recõciliatione Mediolanenſiũ,& quãta vtriſꝯ lætitia. CAP. XLIII.

Recitatis mox quæ in ſcriptũ redactę fuerant cõditionibus pacis, cũ aſſenſus ac fauor omniũ acceſſiſſet,pacẽ,dextrasꝯ accipiunt, ſignũ ꝙ imperialis vexilli,in ciuitate receptũ ꝓ indicio victorię erigit. Immenſa lætitia cõtinuo in caſtris,gaudiũ in ciuitate, gratulatio circa captiuos,quos ad pedes imperatoris magno ac longo ordine venientes,noti & propinqui præ gaudio multis lachrymis obortis excipiũt, miſerãtes in eis vultus pallidos,ſordidũ habitũ,fœdam macilentiã,eos quos imberbes & iuuenes nouerant,modo ſenio,canitie,& carcerali ſqualore ignotos. Quãta lęticia, ꝙntusꝯ cõcurſus,dũ pater filiũ,fratrẽ frater,generũ ſocer,affinis cognatũ diu perditũ inuenit,inuentũ gratulabunda voce ſalutat,amplexat,alius aliũ lætus appellans,familiari ſecũ alloquio cõfabulat. Qꝝ ſi de regũ antiqꝝ faſtu quicꝯ in manſueto acpio fuiſſet principe,huius diei læticiã inter ſolẽnitates reliꝙs ſempꝯ celebrẽ apud Italos cõſtituiſſet. Actus eſt hic triumphus,vi. Idus Septemb.

Quomõ poſt actum triumphũ imperator plures ex principibus ad propria redire permiſit. CAPVT XLIIII.

Rinceps Romanus a Mediolano caſtra mouens,apud Modoicũ ſedem regni Italici coronat. Quã eccleſiã iamdudũ a Mediolanẽſibus ſubactã,ac fere deſtructã,priſtinæ libertati reddidit,ſedẽꝯ propriꝭ expenſis magnifice reparari pręcepit. Cũꝯ in ſubactione tantę ciuitatis ex maxima parte motus Italoꝝ repreſſos ſperaret, magnã partẽ exercitus cũ ſuis optimatibus ad propria redire permittit. Inter quos primus erat rex Boemorũ, dux quoꝯ Auſtriæ cum copijs Vngaroꝝ, Arnoldus præſul Mogunti⁹nus,dux Bertolfus Burgundiæ,comites & marchiones,magnaꝯ pars nobiliũ. His cũ ſumma alacritate dimiſſis, ipſe ad ordinanda cætera Italiæ negocia animum intendit.

Qua de cauſa Fridericus quoſdã Veronenſiũ hoſtes iudicauerit, & de damno eis illato. Itẽ de Ferraria,& eius obſidibus. CAP. XLV.

Am vero tantus pauor totã terrã occupauerat,atꝯ formido, vt palã quidẽ nemo rebellaret, occulte autẽ cõcepta corde malitia pleriꝯ illorũ nõ carerent. Quidã em̃ de Veronenſibus dũ caſtrũ regale Gar-

da vocatũ, Turisindus ciuis eorũ cum suis fautoribus occupasset, id imperatori reddere iussi, cũ omnimodis detrectarent, hostes iudicati sunt, suæq; temeritatis nõnullos ciuiũ Veronensiũ socios & consentaneos habuere. Quocirca imperator eo versus descendens, infra Veronã fluuiũ Athesam inopinato transuadauit, eorũq; territoriũ, quod longo tẽpore inuiolatũ, nullũ hostem metuerat, peruagatus, aliquantisper militẽ agros vastare, castella diripere, atq; inflãmare permisit. Recte quidẽ, quo & hostibꝰ rebellandi metũ incuteret, ac eorꝝ qui in hac parte immunes essent, saluti consuleret, Denuo reuertẽs, sicut & antea Athesam vado transiuit, nullo pontis vel nauigio egens adminiculo. Tanta siquidẽ cœli clementia, tanta erat terræ fertilitas, tanta maximorꝝ fluuiorũ ariditas, & cõtracta violentia, vt elementa ipsa fortitudine diui imperatoris famulari, eiusq; fauere votis dicerent. Vnde factũ est, vt ꝛ̃sdem diebus cũ de ciuitatibus vniuersis obsides exhiberẽt, ac Otto Palatinus comes de Baioaria, Ferrariã ad id negotiũ promouendũ destinatus fuisset, alueũ quo se Padus ad munimentũ ciuitatis partitur, absq; nauibus transmeans, improuisus ac inopinatus superuenit. ordinatisq; ad votũ omnibus rebus, xl. vadibus acceptis redijt. Ea res finitimos plurimos exterrens, incredibilis visa est, eo q; Ferraria Pado ibidẽ instagnante, & paludes impermeabiles faciente, munimẽto locorꝝ fidens, omnẽ viciniã suam intrepida ac superba rideret, atq; despiceret. Dehinc cũ Eridani fluẽta ad disponenda regalia prędia domus Mehtildis transmearet, turbam calonũ, meretricũ & lixarũ, quæ se exercitui plurima imiscuerat, militũq; animos effœminare poterat, antiquorꝝ imperatorũ exemplo propellendã, ac deterrendã decernit.

De ædificatione nouæ Laudæ. De curia apud Roncalias celebranda. CAPVT XLVI.

INter hæc cũ tota Italia sub silentio ageret, & bellorꝝ inquietudinẽ pacis tranquillitate cõmutasse videret, Fridericus deperisse sibi ratus tempus, in quo aliquod magnifice monimẽtũ præstitisset, nouã ciuitatẽ Laudẽsibus fabricare adorsus est. vbi si forte Mediolanenses pristinas inimicitias refricando clades suas inciderent, ab eorũ incursu securiores existerent. Maxima ergo prouidentia, maximo pietatis obsequio, iuxta fluuiũ Adduã locũ elegit, ex omni parte fluminis ambitu munitũ, vno tantum aditu muro & vallo sepiendo. In cuius ciuitatis fabrica ingẽtes sumptus expendens, liberalitatis suæ singulare præbuit argumentũ. Deinde generalẽ curiam omnibus Italis ciuitatibus, & primoribus apud Roncalias in festo beati Martini celebrandã indicit, vbi & leges pacis promulgaret, & de iustitia regni, quæ multo iam tẽpore apud illos obumbrata in desuetudinẽ abierat, pernecessaria sapientũ collatione dissereret, diuq; obsoletam elucubraret.

De Constantinopolitano imperatore, & quomõ insidias suorũ euaserit. CAPVT XLVII.

CIrca idem tempus, Manuele Constantinopolitañ. imperatore circa partes Antiochię cõtra Turcos cũ exercitu morante, vnus de seruis palatij Caniclinus videlicet, q; nos Cancellariũ dicere possumus principi suo fraudẽ molitus est. Tres siquidẽ audacissimæ temeritatis iuuenes, infinita corruptos pecunia, ad occidendum imperatorẽ pellexerat.

Ipseq; statuta die quando id facinus patrari debuerat, ad occupandũ apud vrbem simul cũ imperiali palatio imperiũ, magnis instructus copijs præstolabat. Tantũ regis periculũ cũ imperatrici per occultũ indicẽ reuelatũ fuisset, illa magnitudine sceleris perterrita, q; velocissime marito proditionẽ significat. Sicq; detecto dolo, cõprehensis sicarijs, pręuento criminis auctore, & capto, de omnibus condigna sumunt supplicia. Caniclinus etenim primo effossis oculis, lingua perforato gutturi transmissa, sine miseratione miserabili morte vitam finiuit.

LIBER QVARTVS, A CVRIA RONCALIAE, TERMINANS IN CONCILIO PAPIENSI.

Quomodo Fridericus ad celebrandam curiã in campestribus Roncaliæ castrametatus est. CAPVT PRIMVM.

TAm dies placiti affuit, quæ Romanũ principẽ ad cãpestria Roncaliæ, sicut fuerat conductũ, inuitabat. Veniens ergo cũ multo comitatu, super litus Eridani tentoria ponit, Mediolanensibus, Brixiensibus, & cõpluribus alijs in altera parte fluminis e regiõe castra metantibus. Confluunt ex omni regni partibus cũ magna frequentia archiepi, epi, multiq; alij ecclesiastici viri, duces, marchiones, comites, & proceres, consules, & ciuitatũ iudices. In quibus quanta fuerit diuersitas & linguarũ, & nationũ, varietas tabernaculorꝝ demonstrauit. Quorꝝ quidẽ dispositionẽ, quia nõ casus, sed ordo ratiõis, & ratio ordinis omni licet tpe designare consueuerit, hoc tamẽ loco negligẽter transeundam nõ putauimus.

De dispositione tabernaculorꝝ exercitus. CAPVT II.

NEmpe antiquã Romanæ militię consuetudinẽ Romani miles imperij adhuc obseruare solet, vt videlicet quotiescũq; in hostilẽ terrã intrauerint, castrorꝝ primo munitioni studeant. Quæ quidem neq; in quo loco erigunt, neq; inordinate describunt, sed in plano & campestri, & siquidẽ inæquale solum fuerit, quoad fieri potest, complanat. Dimensio autẽ sæpissime vel in orbem, vel in quattuor angulos designat. Nam & fabrorꝝ & opificũ multitudo, & mercatorꝝ copia, quæ quantũ vsus poscit, sequ t exercitum, cũ suis papilionibus, ac ergastarijs, aut suburbiorꝝ, si in quadro, aut si in giro ambitus eorꝝ extrinsecus muri faciẽ prefert. Intus aũt castra vicis apte distinctis dirimunt, plateasq; & portas assimilant, tam iumẽtis aditu faciles, q; ipsis si quis vrgeat, intro currentibus sufficienter latas, vt quasi repentina quædã ciuitas existat. Medio autẽ ducis vel principis tabernaculũ, templo simillimum. circaq; rectorꝝ & primatũ, vt quẽq; decet suo ordine, armisq; septi. Milites p cõ tubernia cũ decore & lætitia in tentorijs agunt, & militiæ disciplina pacis ocio velut in procinctu positi exercent. His ita dispositis, castra Ligurũ, & eorꝝ Italorum, qui aliud litus Padi insederant, pons medius infra biduũ iussu principis confectus, cum castris nostrorꝝ continuauit.

Qui principes affuerint in illa curia, & de triduana consultatione. Itẽ oratio imperatoris per interpretẽ ibidẽ habita. CAPVT III.

ROrro qui principes & optimates eidem curiæ interfuisse a nobis visi sunt, vt meminimus, isti fuerunt. De cismontanis, Fridericus archiepiscopus Colonien sis, Eberhardus Babenbergẽsis episcopus, Conradus Eistetensis, Daniel Pragensis, Gebehardus Herbipolensis, Hermannus Firdensis. De vltramontanis, Guido Cremensis, Cardinalis diaconus, sedis apostolicæ legatus. Piligrinus Aquileiensis Patriarcha. N. Medio lanensis archiepiscopus. Episcopi. Taurinensis, Albanensis, Eporegiensis, Hastensis, Nouariensis, Vercellensis, Terdonensis, Papiensis, Cumanus, Laudensis, Cremonensis, Placentinus. Parmensem infirmitas mortalis domi tenebat. Regensis, Mutinensis, Bononiẽsis, Mantuanus, Carsidonius, Veronensis, Omneboneñ. Brixensis, Pergamensis, Concordiensis. Rauennas exarchatus eo tẽpore, Anshelmo nuper defuncto, metropolitano carebat. His omnibus cum frequentia laicoꝝ principũ, ducum videlicet, Marchionũ, comitum, & vniuersaꝝ in Italia ciuitatũ consulibus atq; iudicibus, Fridericum circumstantibus, solis episcopis cum paucis admodũ principibus consilij sui participibus iniungit, quatenus diuini timoris consideratione de salubri consilio in Italiæ rebus ordinandis ita secum deliberẽt, vt ecclesiæ dei pacis tranquillitate gaudeant, & ius regale, decusq; imperij debito proueh atur honore. Totum triduum hæc consultatio absumpsit. Quarta demum die sereniſſimus imperator in contionẽ venit, sedensq; in eminentiori, vnde ab omnibus videri poterat, & audiri, circũsedente eum corona venerandorũ, quos prænominauimus, heroum, per interpretem elocutus est. ¶ Cum placitum sit ordinationi diuinæ, ex qua omnis potestas in cœlo & in terra, Romani nos imperij gubernacula tenere, nõ immerito quæ ad statum eius dignitatis pertinere noscuntur, quantũ deo propitio valemus, prosequimur. Cumq; imperialis maiestatis hoc esse non ignoremus officiũ, vt studio nostræ vigilantiæ, ac pœnarũ metu improbi & inquieti coerceant, boni subleuẽtur, atq; in pacis tranquillitate foueantur. ita nouimus quid iuris, quid honoris tam diuinarũ, q̃ humanarũ legum sanctio culmini regalis excellentiæ accõmodauerit. Nos tamen regium nomen habentes, desyderamus potius legitimũ tenere imperium, pro conseruanda cuiq; sua libertate, & iure, q̃ vt dicitur, omnia impune facere, hoc est regem esse, per licentiam insolescere, & imperandi officium in superbiam, dominationemq; conuertere. Deo fauente, mores non mutabimus cum fortuna, quibus initio partum est, his artibus retinere curabimus imperiũ. Sed nec per nostram desidiam quenq; eius gloriã & excellentiam imminuere patiemur. Quia ergo vel bello, vel pace clarum fieri licet, nec refert vtrum melius sit patriam armis tutare, seu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente, bellorũ motibus propitia diuinitate sedatis, ad leges pacis negocia transferamus. Nostis aũt q̃ iura ciuilia nostris beneficijs in summũ prouecta, firmata, ac moribus vtentium approbata, satis habent roboris regnorum leges, in quibus quod ante obtinebat, postea desuetudine inumbratũ est, ab imperiali remedio, vestraq; prouidentia necesse habent illuminari. Siue ergo ius nostrum, siue vestrum in scriptum redigatur, in eius constitutione considerandum est, vt sit honestum, iustum, possibile, necessariũ, vtile, loco, temporiq; conueniens. Ideoq; tam nobis, q̃ vobis, dum ius condimus, cautius præuidendum est, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberũ iudicari de eis, sed oportebit iudicare secundũ ipsas.

Salustius ī Catilina.

Subsequens fauor episcoporꝝ, & eorũ responsio ab archiepõ Mediolanensi prolata. CAPVT IIII.

HIs dictis magnus fauor omniũ prosequit, admirantiũ & stupentiũ, q̃ qui literas non nosset, quiq; parũ adhuc supra adolescentẽ ageret ætatem, in oratione sua tantæ prudentiæ, tantæq; facundię gratiam accepisset, surgentesq; vnus post vnum, sicut eius gentis mos est, seu vt principi suũ quisq; manifestaret affectum, & propẽsiorẽ circa eũ deuotionẽ, seu vt suam in dicendo peritiã, qua gloriari solent, declararet. Primo episcopi, deinde proceres terrę, post consules, & missi singularũ ciuitatũ, totam diẽ illam facundissimis sermonibus in noctem vsq; produxerunt. Porro vna omniũ sententia hæc erat, a Mediolanensi archiepiscopo prolata. ¶ Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Vere dies hæc dies gratiæ, dies est lætitiæ, qua in medio populi sui victor inclytus, triumphator pacificus, nõ bellimĩas intentans, non crudele aliquid vel tyrannicũ intonans, sed pacis legis diſquirens, in medio populi sui mitissimus residere dignatur. Fœlix tandẽ Italia post multa secula inuenta, quæ modo principem inuenire meruisti, qui nos homines, ĩmo proximos, ac fratres recognoscat. Tu nimirũ es o clarissime princeps. & singularis orbis & vrbis imperator, qui licentiã primo homini indultã, iamq; diu abrogatam, rursus in vsum, ac in veræ sententiæ consuetudinẽ reuocasti, vbi dictum est. Crescite & multiplicamini, & dominamini piscibus maris & volatibus cœli. Quantas o Italia passa es reges, immo tyrannos, qui hoc tibi mandatum per contrapositionẽ interpretarentur, versa vice dominantes hominibus, immo prementes quosq; bonos & sapientes, rationeq; vtpote rationales vti cupientes, pisces maris, lubricos scilicet rapaces, & scœno voluptatis dediꝛtos, & altum inaneq; sapientes demulcerent, & iniqui iniquos in suis impietatibus contra ius, fasq; confouerent. Nouimus qualia aliquando simus passi imperia, iniusta, superba, crudelia. Nouimus iniqua dominatiõe nihilominus insontes sicut sontes circumuentos. Meminimus sine extanti crimine factas proscriptiones locupletiũ, magistratus, sacerdotia, nefaria, turpiq; conuentione cõmutata, & alia multa, quæ libido dominantiũ imperaret, nostris sub oculis irreuerenter perpetrata. Gaudeamus ergo & exultemus, & demus gloriã deo, post tam turbidi tẽporis tempestatẽ, serenũ nobis pacis diem illuxisse. dum tibi sere nissimo dño nostro placet imperiũ tuũ per innocentiã seruare potius, atq; tueri, q̃ per scelus crescere, & per sanguinẽ subiectoꝝ incrustari. Domineris o Augustissime imperator piscibus maris, & volatilibus cœli. Nã & diuinũ iudiciũ superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. De nobis fidelibus tuis, de populo tuo consultare placuit tuæ potentiæ super legibus, & iustitia, atq; honore imperij. Scias itaq; omne ius populi in cõdendis legibus tibi cõcessum. Tua voluntas ius est, sicuti dicit, Quod principi placuit, legis habet vigorẽ, cũ populus ei, & in eum omne suũ imperiũ, & potestatẽ concesserit. Quodcũq; em̃ imperator per epistolam constituerit, vel cognoscens decreuerit, vel edicto præceperit, legem esse constat. Profecto scd'm naturã est, cõmoda cuiusq; rei eũ sequi quẽ sequunt incõmoda, vt videlicet oĩbus debeas imperare, qui omniũ nostrũ sustines onera tutelę. His finitis, ea die in vesperã protracta curia soluit. Fuere etiã qui ibidẽ in publico facta imperatoris carminibus fauorabilibus celebrarent.

Genẽ. 1.

Apoca. 19.

Pſal. 117.

Quomõ singulis diocesanis singulos iudices præfecerit. Itẽ quomõ regalia Itali in manus principis resignauerint, & quibus ea denuo habere concesserit. CAPVT V.

SEquentibus diebus plena, atq; solẽni curia, iudicio & iusticiæ a mane vsq; ad vesperã intentus, querimonias & proclamationes tam diuitũ, q; pauperũ diligenter audiebant. Habensq; quattuor iudices, videlicet Bulgarũ, Martinũ, Iacobũ, Hugonẽ, viros disertos, religiosos, & in lege doctissimos, legũq; in ciuitate Bonien. doctores, & multorũ auditorũ præceptores, cũ his, alijsq; legisperitis, qui diuersi ex diuersis ciuitatib⁹ aderant, audiebat, discutiebat, & terminabat negocia. Videns aũt multitudinẽ eorũ qui cruces baiularent, is em̃ Italorũ mos est, vt habẽtes querelas crucẽ manibus præferant, misertus illorũ ait, Mirari se prudentiã latinorũ, qui cũ p̃cipue de scientia legum glorient̃, maxime legũ inuenirent̃ transgressores, q̃q; sint tenaces iusticiæ sectatores, in tot esurientibus & sitientibus iusticiã euidenter apparere. Diuino itaq; vsus consilio, singulis diocesanis singulos iudices p̃posuit, nõ tamen de sua ciuitate, sed vel de curia, vel de alijs ciuitatibus, hac eos cõmutans ratione, ne si ciuis ciuibus pr̃ficeret̃, aut gratia, aut odio leuiter a vero posset auerti. Sicq; factum est, vt de tanta querulorũ multitudine vix vllus superfuisset, qui non aut plenã de lite victoriã, siue iusticiã, aut cõpetentẽ cũ aduersario transactionẽ se gauderet reportare. Deinde super iusticia regni, & de regalibus, quę lõgo iam tẽpore seu temeritate peruadentiũ, seu neglectu regũ imperio deperierant, studiose disserẽs, cũ nullam possent inuenire defensionẽ excusatiõis, tam episcopi, q̃ primates & ciuitates vno ore, vno assensu, in manum principis regalia reddidere. Primiq; resignantiũ Mediolanenses extitere. Requisitiq; de hoc ipso iure quid esset, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, thelonea, fodrũ, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias portus, omnẽq; vtilitatẽ ex decursu fluminũ proueniẽtẽ. Nec de terra tantum, verũetiã de suis p̃rijs capitibus census annui redditionẽ. Hisq; omnibus in fiscum adnumeratis, tanta circa pristinos possessores vsus est liberalitate, vt quicunq; donatione regum aliquid horũ se possidere instrumentis legitimis edocere poterat, is etiã nunc imperiali beneficio, & regni nomine idipsum perpetuo possideret. Ex his tamen qui nullo iure, sed sola præsumptione de regalibus se intromiserant, xxx. milia talentorũ, plus, minusve redditibus publicis per singulos annos accessere.

Q̃ princeps magistratus ciuitatũ ordinare debeat, & q̃ obsides acceperit ab omnibus. CAPVT VI.

REterea & hoc sibi ab omnibus adiudicatũ atq; recognitũ est, in singulis ciuitatibus potestates, cõsules, cæterosve magistratus assensu populi p̃ ip̃m creare debere, qui fideles simul & prudentes, & principi honorẽ, & ciuibus patriæq; debitã iusticiã nossent cõseruare. De his aut̃ omnibus fideliter, & sine fraude recipiendis & obseruandis, ab oĩbus ciuitatibus, & sacramẽta præstita, & vades p̃ libitu imperatoris exhibiti sunt. Consequẽter pax in cõmuni iuratur eo tenore, vt nec ciuitas ciuitatẽ, nec homo hominẽ impugnaret, nisi hoc a principe sibi foret imperatũ.

De legibus quas imperator promulgauerat, videlicet de feudis, & pace non violanda. CAPVT VII.

AD vltimũ de iure feudorũ, quod apud Latinos scripto nondũ sufficienter expressum fuerat, & pene omnes eam beneficiorũ iustitiam in iniustitiã cõuerterant, leges promulgauit, quarũ capitula præsenti annotatione subiecimus. Fridericus dei gratia Romanorũ imꝑator, & semper Augustus. Imperialẽ decet sollertiã ita reip. curã gerere, & subiectorũ cõmoda inuestigare, vt regni vtilitas incorrupta permaneat, & singulorũ status iugiter seruetur illæsus. Quapropter cũ ex prædecessorũ more vniuersali curiæ Roncaliæ p̃ tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectorib⁹ ecclesiarũ q̃ alijs fidelib⁹ regni, nõ modicas accepimus querelas, q̃ beneficia eorũ & feuda, quæ vasalli ab eis tenebant, sine dn̄orũ licẽtia pignori obligauerant, & quæ dã collusione noĩe vel libelli vendiderant, vnde debita seruitia amittebãt, & bonorũ imperij nostræ fœlicis expeditionis cõplementũ minuebãt. Habito igit̃ cõsilio eꝑorũ, ducũ, Marchionũ, & comitũ, simul etiã palatinorũ iudicũ, & aliorũ p̃cerũ, hac edictali lege deo, p̃pitio ꝑpetuo valitura sãcim⁹, vt nulli liceat feudũ totũ vel partẽ aliquã vendere, vel pignorare, vel q̃modolibet alienare, vel p̃ aĩa iudicare, sine p̃missiõe maioris dn̄i ad quẽ feudũ spectare dinoscit̃. Vnde imꝑator Lotharius tantũ in futurũ cauẽs, ne fieret̃ p̃mulgauit. Nos aũt ad pleniorẽ regni vtilitatẽ p̃uidentes, nõ solũ in posterũ, sed etiã hmõi prius illicitas alienationes perpetratas, hac p̃senti sanctione cassamus, & in irritũ deducimus, nulli⁹ tẽporis p̃scriptione impediẽte, emptor bonæ fidei de p̃cio actionẽ habeat cõtra venditorẽ cõpetentẽ. Callidis insup quorundã machinationibus obuiãtes, qui p̃cio accepto, q̃si sub colore inuestituræ, quã sibi licere dicũt, in alios transferũt, ne tale figmentũ, vel aliud vlterius in fraudẽ huius nostræ cõstitutionis excogitet̃, oĩbus modis p̃hibemus. plena auctoritate nr̃a statuẽtes, vt venditor & emptor, qui tã illicita cõtraxisse repertus fuerit, feudũ amittat, & ad dn̄m libere reuertat̃. scriba vero qui super hoc instrumentũ sciens cõscripserit, post amissionẽ officij, cum infamiæ periculo manũ amittat. Præterea si quis infeudatus maior quattuordecim annis, sua incuria vel negligentia per annum & diem steterit, q̃ feudi inuestiturã a primo dn̄o non petierit, transacto hoc spatio, feudũ amittat, & ad dominũ redeat. Firmiter etiã statuimus, tam in Italia, q̃ Alemãnia, vt quicunq; indicta publice expeditione vocatus a dn̄o suo, ad eandem expeditionẽ spatio competenti venire supersederit, vel aliũ pro se dn̄o acceptabilem mittere cõtempserit, dimidiũ redditus feudi vnius anni dn̄o nõ ministrauerit, feudum quod ab eꝑo, aut ab alio dn̄o habet, amittat, & dn̄s feudi in vsus suos illud redigendi omnibus modis habeat potestatẽ. Præterea ducatus, marchia, comitatus de cætero nõ diuidat̃. Aliud autẽ feudũ, si consortes voluerint, diuidatur. ita vt omnes qui partẽ feudi habent iam diuisi, vel diuidendi, fidelitatẽ dn̄o faciant. ita tamẽ vt vasallus plures dominos nõ compellatur habere, nec dn̄s feudi sine voluntate vasallorũ ad aliũ transferat. Insuper si filius vasalli dominũ offenderit, pater a dn̄o requisitus, adducat filiũ ad satisfaciendum domino, vel a se filiũ separet, alioquin feudo priuetur. Si vero pater vult eum deducere vt satisfaciat, filius autẽ cõtemnit, patre mortuo in feudũ nõ succedat, nisi prius dn̄o satisfecerit, pariq; modo vasallus pro omnibus suis bonis domesticis faciat. Illud quoq;

præcipimus,vt ſi vaſallus de feudo aliũ vaſallũ habuerit,& vaſallus vaſalli do
minũ dñi ſui offenderit, niſi ꝓ ſeruitio alterius dñi ſui hoc fecerit,quẽ ſine frau
de antea habuit,feudo priuetur,& ad dominũ ſuũ,a quo ipſe tenebat,reuertat.
niſi requiſitus ab eo,paratus fuerit ſatiſfacere maiori dño quẽm offendit.& niſi
vaſallus,idemq; dñs a ſuo dño requiſitus,eum qui maiorẽ dñm offendit, requi
ſierit vt ſatiſfaciat,feudum amittat. Præterea ſi de feudo inter duos vaſallos ſit
cõtrouerſia, dñi ſit cognitio, & per eũ controuerſia terminet. Si vero inter dñm
& vaſallũ lis oriatur, per partes curiæ a dño ſub debito fidelitatis cõiuratus ter
minet.Illud quoq; ſancimus, vt in omni ſacramẽto fidelitatis imperator nomi
natim excipiat.Fridericus dei gratia Romanor̃ imperator,& ſemp Auguſtus,
vniuerſis ſuo ſubiectis imperio. Hac edictali lege in ꝑpetuũ valitura iubemus,
vt oẽs noſtro ſubiecti imperio,verã & perpetuã pacẽ inter ſe obſeruent,& vt in
uiolatũ inter omnes fœdus perpetuo ſeruet. Duces,marchiones,comites,capi
taneos,vaualſores,& omniũ locor̃ rectores, cũ omniũ locor̃ primatib⁹ & ple
beis,a.xviij.anno vſq; ad.lxx.iureiurando obſtringant,vt pacẽ teneãt, & recto
res locor̃ adiuuent in pace tuenda atq; vindicãda, & in fine vniuſcuiuſq; quin
quennij omniũ ſacramẽta de p̃dicta pace tenenda renouent. Si vero quis aliq̃d
ius de quacũq; cauſa, vel facto cõtra aliquẽ ſe habere putauerit, ad iudicialem
redeat poteſtatẽ,& ꝑ eam ſibi cõpetẽs ius aſſequat. Si quis vero temerario auſu
p̃dictã pacẽ violare p̃ſumpſerit,ſi ciuitas eſt,pœna.c.librarũ auri camerę nr̃ę in
ferenda puniat. Oppidũ vero.xx.libris auri multet.Duces autẽ & Marchiones
& comites.l.libras preſtent. Capitanei vero,& maiores vaualſores.xx.libris au
ri puniant.Minores aũt vaualſores,& oẽs alij p̃dictæ pacis violatores.vi.libras
auri inferre cõpellant,& damnũ pacis ſcd'm leges reſartiant.Iniuria ſeu furtũ le
gitime puniat.Homicidiũ, & mẽbror̃ diminutio, vel aliud q̃dlibet delictũ le
galiter vindicet. Iudices vero,& locor̃ defenſores, vel quicũq; magiſtratus ab
imperatore,vel eius poteſtate cõſtituti,ſeu cõfirmati,qui iuſtitiã facere neglexe
rint,& pacẽ violatã vindicare legitime ſupſederint,damnũ omne,& iniuriã pa
cis reſarcire cõpellant.& inſup ſi maior iudex eſt,ſacro ærario in pœnã.x.libras
auri præſtet.minor autẽ pœna trium librarũ auri multet. Qui vero ad prædictã
pœnã p̃ſoluẽdã inopia dinoſcit laborare, corporis ſui coertionẽ cũ verberibus
patiatur, & procul ab eo loco quẽ inhabitat, quinquaginta miliaria per quin
quenniũ vitam agat. Cõuenticula quoq;,& omnes cõiurationes in ciuitatibus
& extra, etiã occaſione parentelæ, inter ciuitatẽ & ciuitatẽ, & inter perſonã &
perſonã, ſiue inter ciuitatẽ & perſonã, omnibus modis fieri prohibemus, & in
præteritũ factas caſſamus,ſingulis cõiurator̃ pœna vnius librę auri ꝓcellẽdis.
Eꝑos q̃q; locor̃ eccleſiaſtica cẽſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatiſ
factionẽ veniant,coercere volumus.Receptoribus etiã malefactor̃,qui p̃dictã
pacẽ violauerint,& ementibus,noſtrę indignationi ſubijciẽdis, eadẽ pœna feri
endi ſunt. Preterea bona eius publicent,& domus deſtruant, qui pacẽ iurare &
tenere noluerint,& leges pacis nõ ſeruat.Illicitas etiã exactiões, maxime ab ec
cleſia,quarũ abuſio iam ꝓ longa tẽpora inoleuit,ꝓ ciuitates & caſtella oĩmodis
cõdemnamus, & prohibemus.& ſi factæ fuerint, in duplũ reddant. Item ſacra
menta pupillor̃ ſponte facta ſuper cõtractibus rerum ſuarũ non retractandis,
inuiolabiliter cuſtodiant. Per vim autẽ,vel iniuſtum metum, etiã a maioribus,
maxime ne querimoniã maleficior̃ cõmiſſorũ faciant extorta ſacramenta nul

lius eſſe momẽti,iubemus. Ad hæc qui allodiũ ſuũ vendiderit, diſtractũ ex iu
riſditione imperatoris vendere nõ præſumat,& ſi fecerit, nõ valeat.

De controuerſia Cremonenſium & Placentinor̃.Item de controuer ſia pro Modoico. CAPVT VIII.

Cremonenſes & Placentini inter eos qui ſibi corã principe litem cõ
mouebant, acrius cæteris ſeſe experiebant. Nam cũ inter has duas
ciuitates,nõ longe a ſe poſitas,niſi q̃ Pado interfluente ſeparant ꝓ
pter cõtuberniũ Mediolanenſiũ,antiquæ ac diutinæ manſerint diſ
cordiæ,acceſſerat tunc q̃ Cremonenſes cũ imperatore ad curiã veniẽtes,Placen
tinor̃ militia egreſſa eos ad certamen ꝓuocauerat, quod modo vulgo Turnoi
mentũ vocãt.Ibiq; hincinde aliqui ſauciati, alij capti,quidã occiſi ſunt. Ob hãc
rem dum aduerſus ſeinuicẽ accuſationẽ ꝓponerẽt, Cremonenſibus ſe dũ eſſent
in obſequio,& in comitatu principis,hoſtiliter inuaſos,nec tam ſe, q̃ regiã fuiſ
ſe læſam maieſtatẽ,ſuam iniuriã magnitudini principũ curæ eſſe debere,penes
imperiũ eſſe,vt Placentini velut hoſtes reip. ꝓ impietatibus in ipſos,pro pfidia
& temeritate in imperatorẽ graues pœnas reddant. Placentinis autẽ nõ aduer
ſus principẽ,ſed contra infeſtiſſimos hoſtes ſe veniſſe, qui cũ in terminis ipſorũ
multa iniqua fecerint,rapinis & incẽdijs omnia permiſcuerint,querimonię mo
do calumnioſe,q̃ iniuriã paſſi ſint,allegantibus, Fridericus partibus ꝓſequẽdi
copiam dedit.ſufficienterq; auditis,quæ ab vtriſq; dicerent,animaduertit Pla
centinos minus idonee obiecta purgare,p̃ſertim cũ in plurimis rebus dolus eo
rum,& perfidia in regnũ iam antea foret deprehenſa. Itaq; cõtra ipſos ſentẽtia
iudicũ procedit,tandẽq; hac multa in gratiã recipiunt, vt prẽter nõ paruæ pecu
niæ donationẽ,vallũ ciuitatis egregiũ, quod ijſdẽ annis ꝓ defectione ab impe
ratore feciſſe inſimulabant,replendo æquarent, turresq; vniuerſas deſtruerent.
Quod & factũ eſt,dignaq; in Placentiam ſeditioſam ciuitatẽ,pro modo delicti
vltio exerta,rebellionis metũ reliquis ciuitatibus incuſſit.Ibi quoq; Fridericus
Auguſtus de proprietate Modoici, vbi ſedes regni Italici,vt dictum eſt,eſſe di
noſcitur, cõtra Mediolanenſes cauſam aſſumens,ſelectis arbitris glorioſe, iuſti
tia media delite triumphauit.

De nuntijs imperatoris in Sardiniã & Corſicam miſſis,& de Ianuen ſibus ſubactis. CAPVT IX.

Apud Roncalias rebus bene geſtis, & vtilitatibus imperij ſapiẽter or
dinatis,Fridericus conuentũ dimiſit,atq; proximioribus ordinatis,
ad vlteriores terras,& in inſulas maris regiũ regiæ ꝓcurationis ani
mum protendit. Itaq; electos nuntios, epiſcopũ videlicet Conradũ
Eiſtetenſem,& comitem Emichonẽ,in Sardiniam & Corſicam dirigit, cõmen
dans eos Piſanis & Ianuenſibus cõducendos, pro eo q̃ hæ duæ ciuitates maxi
mũ in Tyrrheno mari viderent habere principatũ. Verũ q̃obrẽ eadem legatio
ſine efficatia remanſerit,conijcient hi quibus notũ eſt, in quantis emolumentis
Piſanis atq; Ianuenſibus inſula Sardinia ꝓſtituta ſit. Vnde nõ incõgrue putat
illor̃ aſtu, & falſis occaſionibus iter nuntior̃ fuiſſe impeditũ. Nam & Ianuen
ſibus vicem redditurus,aduentũ ſuũ Auguſtus cõminans, finibusq; eor̃ acce
dens,mira celeritate,ac facilitate eos deterruit,& ad pacis pacta cõfugere com

pulit,quæ fuere hmõi.M.marcas argenti publico ærario persoluere, & a muri, quẽ orsi fuerant, fabrica cessare. Non autẽ ab re putaẽ hunc illis cœlitus incussum fuisse terrorẽ,atq; formidinẽ, ne multos sua temeritate ad defectionẽ inuitarent.Nam salutis spem Ianuensibus certã, & contra venientibus hæsitationẽ natura loci præstare maxime poterat,quæ ciuitatẽ ita ex omni parte vallauerat vt vel propter eminentiũ alpiũ prẽrupta & inuia,vel Tyrrheni maris,quo litus ipsum alluit, fluctibus ad eã nec peruenirí facile fuerit. Augustus animo nullo horũ motus,etiã cũ natura certare nõ diffidebat, vt ꝙd illa situ loci inexpugnabile fecerat,ipse magnitudine animi,ac virtute superandum putaret.

Quõ imperator natale dñi apud Albam celebrans,nuncios ꝓ colligẽdo fodro vndiq; direxit,& de terra Mehtildis. CAPVT X.

Is gestis,Fridericus ꝓ recreando milite,in opimis,& nondũ bello tactis Italiæ locis hyemare statuit, proximũq; natalẽ dñi apud Albã ciuitatẽ celebrans,nuntios pro colligendo fodro per totã Tusciã,& maritima,atq; Campaniã direxit.De principibus quoq; ad ordinãdos in ciuitatibus consules seu potestates,alium alio dimittit.adiunctis eis cartularijs,qui de regalibus quæ fisco accesserant,certã summã, & plenã noticiam reportarent.Redditus quoq; imperiales,quæ dicunt domus Mehtildis, a duce Guelfone,seu ab alijs distractos, & dispersos cõgregauit, quos postmodũ eidẽ nobilissimo principi adunatos,& melioratos liberali restitutiõe noscitur reddidisse.Quorũ prędioꝝ magnitudinẽ,eiusq; terræ copiosam opulentiã,qui ripas Eridani peruagati sunt,non ignorant.

De morte Ottonis epi Frisingensis. CAPVT XI.

Romanus imperator & si in alijs omnibus secunda fortuna vsus fuerit,in morte tamen nõnulloꝝ principũ per idẽ tẽpus eius sæuitiã & cæcitatẽ expertus est,quoꝝ vt apud posteros nulla celebreẽ memoria,nobilitas generis,mentis prudentia,& egregie tam animi q̃ corporis virtutes nõ permittunt. In numero quoꝝ primus fuit Otto Frisingen. ecclesiæ venerabilis p̃sul,huius istius auctor,& fœliciori fine futurus cõsummator,nisi vt quidã incusant,fata virtutibus inuidissent. Et quia tam in huius præclari viri nece,q̃ in conflagratione Frisingensis ecclesiæ,patria mea duplici cõtritione attrita est. Nemo me accuset,si vel patriæ miserias,vel amantissimi dñi & nutritoris mei flebilẽ interitũ prolixiore narratione prosequar.sed dolori veniam tribuat, cõsiderantibus nobis ciuitatẽ nostrã ad tantũ fœlicitatis gaudiũ processisse,eandẽq; fere ad vltimos casus inclinatã. Si quis autẽ,vt ait quidam, durior misericordiæ sit iudex,res quidẽ tribuat historiæ, lamẽta vero scriptori. Anno ergo ab incarnatione dñi.M.clix.inditione.vij.regnante serenissimo imperatore Friderico,anno imperij eius.iij.regni.v.memoratus antistes ab hac luce,deo vocante,migrauit.Is primo velut cœlitus,& a deo missus,cũ eandem ecclesiam reperisset omnibus fere bonis destitutã, distractas facultates, collapsa palatia, familiã attritam, religionis monasterioꝝ nullam vel paruã memoriã, ope diuina tandẽ ipsam in eũ locũ reduxerat,vt clero religionẽ,familiæ libertatem,facultatibus copiam,ædificijs decorem ab hac luce subtractus restituisset, eiusq; cura,labor,meritũ circa sedem & gentẽ suã perinde fuerat, ac si non tam

instaurator,q̃ fundator illius extitisset.Huic negotio præstabat adminiculũ & opem tum genus viri,tum probitas,tum cõuersationis ęstimatio.Nempe imperatorũ Henrici,iiij,nepos,fororius quinti Henrici,Cõradi regis frater vterinus, Friderici imperatoris Augustissimi huius qui iam fœliciter regnat,patruus.ex clarissimo regni principe Leopaldo marchione patre,& matre Agnete, filia Hẽrici,iij,imperatoris,pariter cũ fratribus suis germanis Cõrado Patauiensi epo, Leopaldo duce Baioariæ,& Henrico duce Austriæ,necnõ & sororibus Gertruda ducissa Boemiæ, & Bertha ducissa Polonoꝝ, ac ita marchionissa de monte ferrato.N.imperatricis Hispanię genitrice.De tanta inquã,tamq; illustri parentela proles ipsa nobilissima traxit originẽ.Literali scientia non mediocriter aut vulgariter instructus,inter epos Alemanniæ vel primus, vel inter primos habebatur,intantũ vt præter sacræ paginæ cognitionẽ, cuius secretis, & sententiarũ abditis præpollebat,philosophicoꝝ & Aristotelicoꝝ librorũ subtilitatẽ, in topicis,analeticis,atq; elencis fere primus nostris finibus adportauerit.Ob ea & aliarũ multarũ priuilegia gratiarũ,fiducia ꝙq; tã secularis prudẽtiæ,q̃ eloquio fretus facũdissimæ linguę,cũ sæpius in causis ecclesiæ corã regibus & principibus constantissime ageret,& exinde sibi gloria laudem,laus inuidiã,vt assolet, nõ modicam peperisset,laqueos aduersantiũ imperterritus declinauit, & obloquentiũ ore sine læsione probe probus euasit.Sane viuendi modũ iuxta Cistertiensis ordinis religionẽ instituerat, ibiq; in monasterio Morimundensi primo abbas,eousq; probatus,& electus inuentus est, vt merito sibi diceretur, Amice ascende superius.Eps factus,transcurso iuuẽtutis feruore, ac sopito lubricę ætatis incentiuo,oleũ peccatoris declinans, & iustitiã suã in conspectu hominũ, & fauore facere paruipendens,deo potius,quẽ conscientiæ & corda nõ fallũt,placere satagebat,attendẽs illud euangelicũ. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Vnde factum est, vt si quid ex cõuersatione mundana puluerulentiæ cõ traxisset,in presenti lingua detrahentiũ,quę vt gladius acutus,raderet,atq; purgaret. Si quid supradicto principe Friderico patruo suo, in Italicã expeditionẽ iter agẽte,cũ & ipse sicut necessarius & perutilis imperij negotijs, ire debuisset, nutu diuino cõtigit ipsum iter retractare, vt vir religiosus inter manus fratrum orantiũ potius,q̃ inter strepitũ præliantiũ expirans,dicere posset. Dñe, suscipe me, vt cum fratribus meis sim, cũ quibus &c̃. Benigne vero ab imperatore dimissus, multis gemitibus cõmissam sibi suæ benignitati cõmendauit ecclesiã, ac quodã spiritu prophetico de fine suo præscius, ne post mortẽ suam ipsam aliquo modo grauaret, & libertatẽ electionis, vt iam sæpius anteactis tẽporibus in alijs ecclesijs factũ dicebat,eam nullo modo priuaret,postulauit.Accepta de hac probabili petitione fideli laudamento,ad propria reuersus est.At cũ aliquibus de morte sua,seu p visiones,seu p somnia reuelatũ fuisse,referentibus & cõmonẽtibus quibusdã religiosis, cognouisset, salutatis fraterna charitate media q̃ intime fratribus,& vale dicto,occasione visitandi Cistertiense capitulũ viam carpit.& iamdudũ languore,ac debilitate corporis inualidus, laborioso itinere nihil tamẽ adhuc suis,qui secũ erant,metuentibus,ad prænominatũ Morimundense monasteriũ peruenit.Ibi per aliquot dies lecto cubãs,& iam de obitu suo nequaq̃ dubius,dum sacro liquore olei,sicut moris est, perunctus fuisset, & de pecunia sua laudabili testamẽto ordinasset, inter cętera quæ sollicitus de salute sua præuidebat,etiã hunc codicẽ manibus suis offerri præcepit, eumq; literatis

Lucæ.14.

Matthei.6.

& religiosis viris tradidit, vt si quid pro sentẽtia magistri Gileberti, vt patet in prioribus, dixisse visus esset, quod quẽpiã posset offendere, ad ipsoꝝ arbitrium corrigeret. secꝫ catholicæ fidei assertorẽ, iuxta sanctæ Romanę, imo & vniuersalis ecclesię regulã professus est. Deinde multa prius cordis cõtritione, & humili cõfessione reatũ suũ recognoscẽs, sumptis sacrosanctis mysteriis, in medio multitudinis sanctoꝝ tam epoꝝ, ꝙ abbatũ dño spiritũ reddidit. Fœlix vtiq;, & pro meritis suis diuino munere donatus, vt antea raptus sit, ꝙ vnicã suam, dilectã suã ecclesiã videlicet, cui ipse speciali & intimo amore connexus erat, in fauillã & cinerẽ conuersam vidisset, & subuersam. Cũ autẽ adhuc viuens locũ sepulturæ suæ fratribus digito præmõstrasset, extra ecclesiã in loco humili, vbi scilicet ab omnibus fratribus calcari debuisset, huic eius vltimæ volũtati obuiandũ putabat, & intra septa ecclesiæ iuxta maius altare honorifice tumulatus est, eiusq; sepulchrũ a cunctis fratribus honore, ac veneratione dignũ habetur. Ego autẽ qui huius operis principiũ eius ex ore adnotaui, finẽq; eiusdem iussu principis perficiendũ suscepi, & manu mea ipsius extrema lumina clausi, hoc Epitaphiũ composui, & tumulo seu cenotaphio eius inscribi feci.

Libram Phœbus subijt cum falcitenente,
Luci nox præualuit die decrescente,
Vita minus habuit morte præualente,
Otto quando corruit raptus heu repente.
Hic si gradum consulis, præsul dignitate.
Formam, decens, habilis, iuuenis ætate.
Genus, alta, nobilis regum maiestate.
Mores, cõmendabilis mira probitate.
Monachum se præbuit, si religionem.
Ydeas asseruit, si positionem.
Virgo, cuius meruit intercessionem,
Eius ad quem genuit agat mentionem.
Cuius frequens otium in philosophia,
Maius exercitium in theologia,
Fœdus sibi mutuum cum philologia.
Nunc sit ei speculum summa theoria.
Plangat hunc Germania planctu generali.
Magis tu Frisingia, orba viro tali,
Cui tot priuilegia dono speciali,
Iugi querimonia debes lamentari.
Huius in te studio studium vigebat,
Grata disceptatio plures acuebat.
Quid mos, aut quid ratio nemo non videbat.
Fraus, & cauillatio latens non latebat.
Hic sacrum ecclesiæ sublimauit cultum.
Ipse dedit strepere logicum tumultum,
Hoc in eius cinere totum est sepultum.
Talem nemo plangere potest satis multum.
Quis nunc tantam gratiam formis affirmabit?

Aut quis elegantiam dictis assignabit?
Quis ad consequentiam tropos reuocabit?
Heu qualem sententiam schola vento dabit?
Quid rerum compactio fagax, dum rimatur?
Mathesis abstractio quid? dum contemplatur.
Q; nihil priuatio per hunc dum probatur,
Quid ambarum actio morte sciri datur.
Huius necem patria iuste dedígnata,
Clara dolens atria rectore priuata,
De se bene meritum cernens in fauilla,
Iuit in interitum pariter & illa.
Tantas ad exequias turba populorum
Pias fundat lachrymas, mœstum ducens chorum.
Ad preces continuas, & lamenta quorum
Illum saluet, animas qui beat iustorum. Amen.

ALITER, IDEM.

Quicquid in orbe beat præclaros & meliores,
Præsulis Ottonis mire cumulauit honores.
Si proaui, vel aui probitas, sacer ordo, potestas
Deberent mortis furias cohibere molestas,
Non moriturus erat præclare præditus illis.
Heu talem cõmunibus accessisse fauillis,
Q; facunda viri vox, qualis philosophia,
Hortatu regum docet edita chronographia,
Luxit eum patria propria comitata ruina,
Propitietur ei deus, & pia virgo Maria.

De conflagratione Frisingensis ecclesiæ. CAPVT XII.

OTTone epo. x. Calen. Octobris, quod est circa solstitiũ brumale, defuncto, paucis post mensibus Noñ. Aprilis, quæ tũc fuit Dñica palmarũ, & est circa solstitiũ æstiuale, hora matutina, ciuitas Frisingensis penitus & penitus incendio conflagrauit, adeo ꝙ (vt taceam de maioribus ecclesijs, quæ cũ ornamentis suis perierunt, sedecꝫ ipsa, & palatio) nec vna quidẽ de minoribus capellis & oratorijs superfuit. Domus etiã & officinæ canonicoꝝ, & domus militũ, exceptis valde paucis, crematæ sunt. Hęc ecclesia eo tẽpore in tali statu fuerat, ꝙ rebus, ædificijs & diuitijs oĩbus pene cõlateralibus, & vicinis episcopatibus aut maior erat, aut æqualis. Cleri ꝓbitate tã insignis, vt in eius honestate, & disciplina, in liberalitate, in literarũ sciẽtia rari pares, meliores & superiores in orbe Romano nulli haberentur.

Quæ prodigia hanc cladem præcesserint, & ꝙ Albertus Ottoni successerit CAPVT XIII.

HAnc Frisingensis ciuitatis multiplicẽ cladẽ, & ęrumnosi euẽtus casum, nõnulla ꝓdigioꝝ indicia ꝓcesserãt. Quadã em̃ vice in die Circũcisionis dñi, dũ ad missam solennẽ presbyter altari maiori assiste-

ret,& iam ſacri ſecreti vltimũ reſoluiſſet & ſilẽtiũ, calix cũ ſanguine ita prorſus euerſus,& ſup altare in conſpectu omniũ effuſus eſt,vt nec ſtilla ſupfuiſſet. Sed prudentiſſimus eps omine tali nil proſperum auguriatũ eſſe præſciens,ieiunijs & letanijs diuinã animaduerſionẽ præueniri,atq placari ꝓſuaſit. Per idẽ ꝙq tẽ pus monſtra quædã quadrupedia,aliaq fantaſmata de nocte viſa ſunt, tã a clericis veracibus,q a laicis hincinde volare. Feræ beſtiæ,vtpote vulpes, & lepores paſtoforia eccl'iæ,ac officinas canonicor ingreſſę,velut domeſticæ, laqueũ ſibi captionis imponi nõ abnuebant. Pueri ac puellulæ ꝑ mediã ciuitatẽ ſepius proceſſionẽ agentes,verasq letanias imitantes,iocis ſuis grauia ſeria portendebant. Nam & ſequẽti anno locus ipſe,vbi maior eccleſia,& cathedralis ſedes fabricanda erat,fulmine ictus,cœleſti igne cõflagrauit. Vlulæ,vpupæ,bubones toto anno in tectis funebria perſonantes,lugubri voce aures omniũ repleuerũt. Piloſi, quos Satyros vocant,in domibus plerũq auditi. Huius ruinæ ac deſolationis,talibus indicijs ꝓphetatę,præfata Friſingeñ. eccl'ia diuina opitulatione, & ꝑ ſubrogationẽ pijſſimi paſtoris Alberti, qui ipſam in p̃ſentiarũ gubernat & regit, reſtaurationẽ expectat,eiusq induſtria ſubleuari ſperat,& reſpirare.

De exuſtione Spirenſis eccleſiæ,& morte alior epiſcoporũ,ac principum. CAPVT XIIII.

EOdem etiã anno inſignis illa eccleſia,& regiũ opus apud Spirã ciuitatẽ ſimiliter igne cõſumpta eſt,& deſup cõtinuitate muri rupta,ruina moleſta plærosq,ſicut tũc fama fuit,inuoluit. Hiſdẽ diebus Fridericus Colonienſis archiep̃s, cuius ſuperiore libro mentio habita eſt, tertio põtificatus ſui anno, cũ multor luctu diem ſuũ clauſit extremũ, carnesq eius,& viſcera apud Papiam poſita,oſſa vero ad ciuitatẽ Coloniẽſem deportata ſunt. Vir nobilis,& literatus,quicq manſuetudine ac benignitate ſua lõge,lateq multor in ſe ꝓuocarat affectũ, Anſhelmus Rauẽnæ metropolitanus, qui multis diebus in imperij obſequijs,& fidelitate probatus fuerat,vir prudẽs & literatus ante Mediolanũ defunctus eſt. Herbipolenſis quoq antiſtes Gebehardus,reuiſendæ patriæ amore illectus,dũ benigne ab Auguſto dimitteretur, paulo poſt ſeptimũ diẽ reditus ſui ad ciuitatẽ ſuã, morbo correptꝰ obijt, exẽplo ſuo docens,ꝙ lõgas manus mortis,nec terra ſecurior,nec cõuictus delicatior faciet declinare. Tũc etiã Cõradus Croatiæ atq Dalmatiæ dux,natiõe Noricus, de caſtro Dachouua oriũdus, apud Pergamũ finẽ viuẽdi fecit, eiusq corpus in terrã ſuã deportatũ, in monaſterio Schirẽ ſepultũ eſt. Cuiꝰ liberalitas,& in multis ꝓbata periculis animi magnitudo meruit, vt ſubtractus ex hac luce, memoria illius lõgo tpe apud poſteros nõ deleat. Nobiles q cõplures,& milites ſtrenuiſſimos,quor noia mihi ſcribenti nõ occurrunt,aut varius belli euentus,aut morbor vis per idem tempus idem tempeſtatis turbo inuoluit.

Q. Romanus pontifex iterũ occaſiones quæſiuit aduerſus imperatorẽ Fridericum. CAPVT XV.

FRiderico in Hybernis agente, Adrianus Romanæ vrbis antiſtes ſ rundã inſtinctu, ea quæ iã inter ipſum & imperatorẽ apud Auguſtã ſopita fuerãt,refricare cœpit,& denuo meminiſſe,modo nuntior ſuorũ iniuriã, modo eor qui pro colligẽdo fodro directi fuerant inſolentiã,& caſtellanor ſuor grauamen incuſans,ſe pro bonis mala ſuſcepiſſe,imperatorẽ beneficijs ſuis ingratũ exiſtere. Proinde occaſionẽ quęrens,cũ audiſſet ꝙ regalia principi tam ab epis & abbatibꝰ &,pceribus recognita fuere, literas in fronte quidẽ leniores, diligentius vero cõſideratæ acriori cõmonitione plenas,ſup hoc negotio dirigit, easq quidã indignus, & vilis nuncius præſentans,anteq recitatę fuiſſent,diſparuit. Qua de re cõmotus,calorecq iuuenili ad vicẽ rependendã accenſus,meditationẽ cõcipit,nõ quidẽ ꝑ abiectã ſed ꝑ honoratã illi reſpõdere perſonã. Iam antea miſſus fuerat ad ſedẽ apoſtolicam epm Vercellenſis,amicã deferens petitionẽ, quatenus Guidonẽ nobilẽ iuuenẽ,filiũ comitis Guidonis Blanderatẽſis,cuius ſupra mentionẽ fecimus,quẽ loco Anſhelmi princeps in Rauẽnate eccleſia ſubrogari fecerat,ibidẽ cõfirmaret,& ordinaret. Nam idẽ iuuenis infra ſacros ordines adhuc exiſtebat,& clericus Romanæ eccleſiæ pridẽ factus, ac in ſubdiaconũ a papa Adriano conſecratus,nõ niſi eius cõniuentia,& aſſenſu in aliã eccleſiã tranſferendus putabat. Cũ autẽ hoc a Romano pontifice,volente in irritum reuocare quod factũ fuerat,negaretur,mittitur denuo Hermannus Ferdenſis epus in idipſum. eiusq negotiũ item effectu caruit. Quod ſi quis plenius ſcire deſyderat, epiſtolas vtrinq directas conſulat,quor talia ſcripta inueniuntur.

Reſcriptum imperatoris Friderici ad papam pro confirmatione electi Rauennenſis. CAPVT XVI.

FRidericus dei gratia Romanor imperator,& ſemp auguſtus, Adriano Romanæ eccleſiæ venerabili pontifici. Dilecto & fideli noſtro Anſhelmo,bonæ memoriæ Rauen. eccleſiæ venerabili epo defuncto,ne curia noſtra diutius tanto careret principe,operã dare curauimus,loco eius talem ſubrogari perſonã,quæ ꝑ tẽpore ad reſartienda eccleſiæ illius damna,& ad noſtrũ peragendũ ſeruitiũ apta videret. Ante omnia autẽ præoculis mentis habentes,& aure nõ ſurda audientes,quod ſcriptũ eſt,Honore in uicem præuenientes. filiũ comitis Blanderatenſis, quẽ vos in clericũ Romanæ eccleſiæ,& filiũ noſtra petitione aſſumpſiſſe recordati ſumus, viciſſim ad honorẽ veſtrũ,& ſanctæ Romanæ eccleſiæ altius ſublimari intẽdimus,in ea ꝑſertim eccleſia,quã poſt ſanctã Romanã eccleſiã,aut maximã, aut vnã de maximis habemus. noſtræq voluntatis ꝓpoſito,diuina fauẽte clementia,in electione illius perſonæ,cõcorditer & voluntarie vniuerſa Rauennas cõuenit eccleſia,præſentibus viris honeſtiſſimis, legato noſtro & veſtro, hinc Iacincto cardinali, inde Hermanno Ferdenſi epo. Sciẽtia autẽ & moribus in perſonã præfati electi vna cũ genere cõuenientibus,ꝓpter reuerendũ veſtræ paternitatis teſtimoniũ cõmẽdabilior,& acceptior eadẽ perſona nobis iam facta eſt,quã vtiq etiã diligi a vobis,& honorari gaudemus,& volumus. ea tñ ratiõe & ordine,qua patres filios ſuos ſolent diligere,quos ſuo tẽpore & manumittũt,& domui ſuę ꝓuidere permittunt. Et quidẽ decentiſſimũ eſt ſanctã Romanã eccleſiã, tanq matrẽ oim eccleſiarũ,filios qui ſunt fructus ventris aggregare, & aggregatos ad decorẽ domus dei, ꝑ domos & familias diſtribuere, quibus etiã noſtrũ imperiũ, tanq ab vtero & gremio matris noſtræ ꝓgredientibus, debeat & velit congruũ honorem impendere. Proinde altiori cõſideratione veſtra perpẽdat diſcretio, quid in hac cauſa tam veſtræ,q noſtræ maieſtati,& honeſtati conueniat.

Roma.12.

Epistola responsiua Adriani papæ ad imperatorẽ. CAP. XVII.

ADrianus seruus seruorꝝ dei, charissimo in Christo filio Friderico, illustri Romanorꝝ imperatori salutem, & apostolicam benedictionẽ. Qualiter superni cõditoris intuitu, & tam excellentię tuæ, cꝫ dilecti filij nostri Guidonis Blanderatensis comitis interuentu, dilectũ filium Guidonẽ subdiaconũ nostrũ, eiusdem comitis filiũ, olim in familiaritatẽ, & in nostrũ consortiũ receperimus, qualiter etiã intuitu probitatis eiusdem, atcꝫ pro honore & vtilitate sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, tancꝫ si in diaconũ iam fuerit ordinatus, ecclesiã ei specialiter assignauerimus, & nos ꝓfecto memores, & a serenitatis tuæ memoria nõ credimus excidisse. Nunc autẽ honestatẽ ipsi⁹ considerantes, & prouectum scientiæ, si ei vita comes fuerit, attendentes, intelligentes etiã quanta per eum, ac per nobiles, & potentes parentes ipsius, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ adhuc potuerint cõmoda prouenire, & ad quantũ digni tatis apicem in eadem Romana ecclesia ipse valeat, vita generi cõcordante conscendere, cũ a sede apostolica in subdiaconatus officiũ sit promotus, & ei tancꝫ si iam diaconus esset, sicut superius dictum est, a nobis sit ecclesia specialiter assignata, cõmunicato fratrũ nostrorꝝ consilio, a nostro latere tam prꝫciosum pignus, iuxta petitionem excellentiæ tuæ, non potuimus remouere, sed ipsum opportunitate accepta, deo auctore, in Romana ecclesia ad honorẽ eiusdem ecclesiæ & imperij intendimus ordinare, vt vel in ea, prout diuina gratia proposuerit, quandocꝫ ad sublimiora conscendat, vel exinde ad alterius ecclesiasticæ fastigium dignitatis ipsum cõtingat auxiliante domino peruenire. Cõueniẽtius siquidẽ est, vt qui filius, & clericus est Romanæ ecclesiæ, ab eius gremio nõ recedat. & ipsa ei circa se locum dignitatis conferens, eidẽ inde prouideat altiora. Ipsa etenim viros & moribus, & scientia adornatos, prædditos honestate, & sanguinis nobilitate præclaros, ad se libenter euocat, & eos aliunde consueuit admittere, nõ se talibus cũ ipsos in gremio suo habeat facile spoliare. Quia igitur hoc decentius esse conspicimus, & honorabilius existere arbitramur, confidentes etiã imperatoriæ maiestati hoc potius debere placere, & gratũ, atcꝫ acceptũ esse, postulationẽ tuam in hac parte nõ duximus admittendam, credentes, atcꝫ ſperantes, ꝙ exquo nostram super hoc cognoueris voluntatem, tuipse nostram intentionem, & propositũ cõmendabis.

De simultate orta inter principem, & vrbis Romæ episcopum. CAPVT XVIII.

PRinceps ergo & ipse accepta occasione, suam hoc modo solatur indignationem. Iubet notario, vt in scribendis chartis nomen suũ præferens, Romani episcopi subsecundet, & dictionibus singularis numeri ipsum alloquatur. Qui mos scribẽdi cũ antiquitus in vsu esset cõmuni, a modernis ob quandam personarũ reuerentiam & honorem putatur immutatus. Aiebat siquidem imperator, aut papam debere seruare suorꝝ antecessorum ad personam imperialem scribendi consuetudinem, aut se ipsum antiquorũ principũ morem in suis epistolis oportere obseruare. Hæc itacꝫ causa sermonum & nuntiorũ, maiorẽ inter eos simultatis fomitem ministrauit, intantũ vt quædam literæ deprehensæ dicerentur, a sede apostolica directæ, quæ Mediolanenses, & quasdam alias ciuitates, rursus ad defectionẽ hortarentur. Huius negotij veritatem tenor subiectarũ epistolarũ declarabit, quæ a diuersis personis hincinde missæ sunt.

Epistolæ de hoc a diuersis transmissæ. CAPVT XIX.

VEnerabili patri & fratri, & amico charissimo Eberhardo, dei gratia Babenbergen. epo, Henricus eadẽ gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis tit. S. Nerei & Achillei, Salutẽ in dño. Sicut virtus imperatoria ex eorꝝ qui sibi assistunt, discretione monstrat. ita & ipsi quorꝝ munit consilio, ꝓpriæ cõscientiæ & honestati debent attendere, quia & ipsorꝝ honor sic ad dños spectare videt, sicut & dñi detrimentũ in eos ꝓculdubio refundit, & redundat. Eapropter dilecte pater, & venerande frater, & amice charissime, vestrã nõ tam docemus, cꝫ monemus prudẽtiã, vt imperialis dignitatis excellentiã, quantũ in vobis est, in ea quæ ad pacẽ sunt, & ad honestatẽ spectant, iugiter suadeatis. Subtilius em & syncerius in his quæ ad deum pertinent, & iustitiæ libertatem, ratio & discretio vestra intelligit, & cognoscit, quã alij principes, quantũcunꝫ nobiles sint, si tamẽ sacros canones, & ea quæ olim a patribus disposita & ordinata sunt, non nouerunt. Interfuistis ipse, sicut vnus ex nobis fidelissimus mediator, eis quæ cũ dño imperatore de pace eccl'ię & ipsius ordinata sunt in Alemannia, & eis quæ altera die nos secũ fidelissime, & ipse nobiscũ benignissime de eadẽ pace tractauimus. Nunc aũt ex literis illis quas celsitudini suæ post reditũ meũ, dño meo placuerit destinare, quæ videlicet nec stilũ, nec antiquã cõsuetudinẽ imperialiũ literarũ obtinebant, timemus multũ, ne sit in diuersa mutatus, & alia modo sibi sit facies, sensusꝫ diuersus. Repleuit cor meũ amaritudine, & faciẽ meã confusione mutatio hæc, quicquid honoris, & iucunditatis, & gloriæ apportauerã mecũ, ex literis illis videt esse sepultũ, atcꝫ obnubilatũ. Ideo dilectissime frater, & amice charissime, episcopalis dignitas, & sacerdotij ordo, in quo vos ꝓuidentia diuina constituit, moueãt discretionẽ vestrã, & instruant, vt ad honorẽ dei stetis, & vestrũ, pro honestate, & libertate ecclesiæ, vt in antiquis limitibus ecclesiæ integritas conseruet, ne tẽporibus vestris nouis cõsilijs honestas vsꝫ modo turbata turbet. Satis turbatũ est quicquid sc'm consiliũ vestrũ putabamus efficere. & dicimus vobis cꝫ diu ꝓ hoies rerũ diuinarũ ignaros, negotia portabunt, stabiliri pax incepta nõ potuit. Sed si ꝑsentia vestra, & dñi prꝫpositi Magdeburgen. cũ summã de pacis labore susceperit, ꝛelus dei & scientia, qua præminetis vtercꝫ, finẽ pacificũ ad honorẽ dei & ecclesiæ, & imperatoris nostri gloriã, ꝓ industriã vestrã, & studiũ vestrũ facillime poterit obtinere. Alioquin si tẽpore iracundiæ repertus nõ fuerit, qui reconciliationi intendat, & in cuius verbis possint ista scandala cõplanari, res ipsa forsan aliud exiget, & quod hodie integrũ est, maior vehemẽtia necessitatis disrumpet. ¶ Eidem Henrico Eberhardus, Babenbergensis ecclesiæ eadem gratia, si quid est, orationis & seruitij omnimodã deuotionẽ. Literis vestrę paternitatis lectis & relectis, admirari satis nõ potui quod esset illud verbũ, immo quod esset illud ve, de quo scripseratis mihi, cũ adhuc a me prorsus esset absconditũ. Quæritans autẽ inueni quod volui, & vnde multũ doluí teste deo, & multũ doleo. Audiui, & cõturbatus, & tristatus sum. Cõtremuerũt oĩa ossa mea adhæsit cutis ossibus meis. Et quidẽ intellexi, & cognoui, ꝙ bono semini, non

Matth.13. meo,ſed veſtro pacis & cõcordiæ concilio,inimicus homo ſuꝑſeminauerit ꝯſça
Pſal.7. nia. Omnia mala a bonis principijs orta ſunt,ſicut in ſacro eloquio. Parauit do
minus vaſa mortis, & ſagittas ardentes effecit. Ita & in imperialibus geſtis, ac
dictis, ſimul ac ſcriptis plęraq; reperiunt quę alios ſeducũt, alios ædificant. An
nales qñq; reuoluunt, apices imperiales recitant, forte in ea forma quę illi ætati
& tam bonitati, ꝙ ſimplicitati tẽporꝝ illorꝝ cõpetebat. Hominibus autẽ in dire
ctum loquẽtibus, neq; numerũ numero cõmutãtibus, neq; perſonas ꝓpoſteran
Treñ.4. tibus. Nunc vero mutata ſunt omnia. Sed nõ expalleſcat aurũ, nec mutet color
optimus, nec diſperganť lapides ſanctuarij in capite omniũ platearũ. Si qua ex
orbitatio cõſuetudinis modernæ facta eſt, his exẽplis facta eſt, & hac occaſiõe,
quia flamma ſopita denuo quodã vento reſuſcitata eſt ꝓ literas, quas dñs papa
nuper direxit dño imperatori, ſuper ea quæſtione quæ vertitur inter Brixiñ. &
Pergameñ. de cõtentione duorũ caſtrorꝝ. quas quidã pannoſus, & velut hoſtis,
& inſidiator dño imperatori deſpectiue quodãmodo obtruſit, & vltra nõ cõpa
ruit. Quæ videbant duriores, & quaſi interdicti vim in ſe cõtinẽtes, ne dñs im
perator cauſæ illius iudiciũ ſibi aſſumeret. Hæc autẽ ſcribo vobis, nõ vt quærã
palliare quæ pallianda nõ ſunt, ſed vt vos, & alij prudentes, & timentes deum,
facilius morbo ſubueniatis, cauſa morbi cognita. Hinc inde dicimus, & ſcribi
mus quotidie. Venite, venite, veniemus, veniem⁹. Sedemus, ſalua multa veſtræ
ſanctitatis reuerentia dictum ſit, ſedemus, & oſcitamus. Sedemus inquã, vt ait
quidã in Romana rep. nocte diem, die noctem expectantes, & iam prudentes,
& ſcientes perimus. De me dico vobis, vt tutis loquar auribus. Nolo mali nũtij
eſſe baiulus, neq; veniam vt audiã vel referam amaras hiſtorias. Verba verbis
obuiant, quaſi pila minantia pilis. Vbi eſt ſapientia? vbi prudentia in regno &
Pſal.106. ſacerdotio? Separet nos deus ab his de quibus dicit, Omnis ſapiẽtia eorꝝ deuo
rata eſt. Nõ dicatis nobis vltra, venite, ſed potius vos claues habentes ſcientiæ,
nos præuenite, nõ inuitati venite, & docete filios veſtros nõ in amaritudine ſpi
ritus, ſed in lenitate, & multa manſuetudine. Parcat illis deus, qui oleum quaſi
camino addentes, inter patrẽ & filiũ, inter regnũ & ſacerdotiũ ſeminant diſcor
dias. Inſipiẽs factus ſum, vos coegiſtis me. Veniant pro deo nuntij boni portan
tes pacẽ, tanquã ſcientes & docẽtes nos inſtare opportune importune. More ſo
lito ſcribanť literæ, adiuuante dño. Flebile principiũ, mediũ, finis. ſ. vertetur in
gaudiũ. Dominus imperator ſuperueniẽte nuntio veſtro, propter quædã ſecre
ta negocia ſubito a caſtris diſceſſit. Ideo ego meis inſinuationibus certũ reſpon
ſum ab eo elicere, neq; vos literas eius in continenti habere potuiſtis. Qualis ſit
vos ſcitis. Diligẽtes ſe diligit, alijs alienum ſe facit, quia nondũ perfecte didicit
etiam inimicos diligere.

Alia epiſtola eiuſdẽ ad Romanũ pontificẽ. CAP. XX.

CVm & tacendi, & loquendi tempus ſit, quando cõmune inſtat perí
culũ, deſperationis potius ꝙ religionis eſt ſeruare ſilentiũ. Omniũ
eſt cõclamare, in vnũ cõcurrere, ac ferre præſidiũ. Quãdo aũt impe
tus hoſtilis, aut incendiũ ingruerit ciuitati, præſertim eorꝝ intereſt,
qui vigiles ciuitatis ſunt, eos qui in arce ſunt, ipſum quoq; patrẽfamilias exper
gefacere ad ſubueniendũ in neceſſitatis articulo. Hac officij mei cõſideratione,
& ſpecialis debiti, quo teneor multis rationibus. ſ. Romanæ eccleſiæ, ego licet

minimus eꝝ, qui nec ſum dignus vocari eꝝ, tam impudẽter, ꝙ imprudẽter
exclamo ad vos reuerẽdiſſime pater, & dñe, hoc in tpe quo nobis infirmioribꝰ
videť imminere quod multũ pertimeſcimus periculũ. Et quidẽ ab illa olla, quã
ſuccenſam ab Aquilone vidit olim ꝓpheta, ignis quidã ꝓ ſcintillas occultas ce
pit erumpere, ſed adhuc in fumo eſt, & deo gratias, nondũ in flammã eluxit. In
ter vos dñe, & filiũ veſtrũ dominũ noſtrũ imperatorẽ verbotenus adhuc aliqd
perturbationis eſt timendũ valde, & metuendũ, ne verba verbis obuiantia, ſua
colliſione flammã tandẽ excutiant, quæ ſe latius diffundat in ſacerdotio & re
gno, quod deus auertat. Ipſe filius veſter, ſicut noſtis, dñs noſter eſt. vos autem
quõ Chriſtus, magiſter & dñs. Nemo noſtrũ audet dicere hinc vel inde, cur hoc
facitis, aut dicitis? Optamus tantũ & rogamus ea quæ ad pacẽ ſunt. Quod ſi li
ceret ſalua reuerentia, verba ſingula trutinare, & rationẽ ſingulorꝝ exigere, in
inſipientia dico, nõ vt arbitror expediret, quia potius ignis ſine mora diſcutien
dus eſt, ꝙ de igne qua de parte venerit diſceptandũ. Supra me eſſe ſcio quæ lo
quor, ſed in ſimplicitate cordis mei corã eo qui ſup oẽs & ſecretorꝝ eſt conſcius,
hæc loquor. & exquo cœpi ſemel, loquar adhuc vobis confidenter, tanq; patri,
& dño. Omiſſis illis quę aliter & aliter ſcḋm varias auditorꝝ & interpretũ men
tes poſſunt accipi, digneť ex integro ſcribere veſtra paternitas placide, ac beni
gne filio veſtro dño noſtro imperatori, & ad ſe paterno affectu eum reuocare
promptũ ad exhibendã vobis omnẽ reuerentiã. Samuel Dauid ſuũ amplectať,
nec dimittat a ſe ſeparari, vt nulla ſciſſura chlamydis fiat, quatenus deus hono
retur, & eccleſia catholica tranquilla deuotione lætetur.

Qua occaſione Mediolanenſes iterũ tumultuari cœperunt, & ab im
perio deficere. CAPVT XXV.

INterea cũ de curia optimatũ ad ſingulas ciuitates bini vel plures ꝓ
cõſtituendis poteſtatibus & cõſulibus, a principe deſtinati fuiſſent,
contigit Reinaldũ cancellariũ, & Ottonẽ Palatinũ comitẽ de Baio
aria, ſępe iam memoratos, comitẽq; Goçuuinũ Mediolañ. deueniſſe
id negotiũ in ea ciuitate, ſicut & in cæteris, iuſſos promouere. Populus ergo in
ſeditionẽ cõuerſus, ad domos vbi legatos manere ſuſpicabanť, mox ꝓcurrere,
contumelioſa & ſuperba perſtrepere, lapidibus alijſq; miſſilibus crepitare. Nec
ab eo tumultu vel comes Blanderatenſis, qui & ipſe affuit, vel reliqui nobiles
eos auertere poterant. Nam & in ea ciuitate, & pene in alijs Italiæ vrbibus, non
procerũ, ſed vulgi motus hæc cuncta ſequunť. Id ingenio mobili, ſeditioſum,
atq; diſcordioſum erat, cupidũ nouarũ rerũ, quieti & ocio aduerſum. Aliquãtæ
etiã nobilitatis parti, ſtudio taliũ rerum incitatæ, tumultus ipſe, & res nouæ ſa
tis placebant. Legati ergo, quorꝝ quidã intra muros vrbis erant, improuiſo me
tu incerti, ignariq; quid potiſſimũ facerent trepidare, cũ nec reſiſtere armatis &
multis, ipſi pauci & inermes poſſent, & portæ ante clauſæ fugã prohiberẽt. Co
mites aũt, quos & ipſi magis infenſos habebant, extra hoſpitatos ea res minus
terruit, qui ſine mora cõperto tumultu, inlæſi intactiq; receſſere. Altero die tam
eꝝ, ꝙ cancellarius infecto negotio, eos eueſtigio ſubſequunť. Ita Mediolanen
ſes violata pace, ruptis ſacramentis, cõtaminato fœdere, quod etiã apud barba
ros legatis ius gentiũ cõſtituit, defectionis iteratę venenũ, ꝙd corde cõceperãt,
ꝙd occultis machinationibꝰ cõflauerãt, hac temeritate diſcooperire nõ verenť.

De nuntijs Græcorꝝ,& regis Franciæ,ac regis Angliæ,regis quoq; Vngariæ,ad imperatorẽ missis. CAPVT XXVI.

EOdẽ tẽpore,vel potius ijsdem diebus,legati Cõstantinopolitani imperatoris,ad curiã venturi fidẽ publicã expetebant.Nãq; pro morte Vuibaldi abbatis Stapulensis,qui in Græciã missus ibi vita decesserat, sese suspectos haberi metuebãt. Nuntij quoq; Ludouici regis Francorꝝ,& Henrici regis Angliæ,cũ post vnos mox alij superuenissent, vterq; Fridericũ in partẽ ac fauorẽ sui principis inclinare multis verborꝝ delinimẽtis, atq; muneribus cõcertabant. Inter hos siquidẽ reges, ex eo tẽpore quo inter Ludouicũ,& thori sui sociam factũ est diuortiũ,eaq; præfato Anglorꝝ principi superbis adhæsit nuptijs, siue occasione dirimendorꝝ inter se finium, siue quodã alio latentiore ẜelo,cõtinuæ simultates & dissensiones ortæ sunt,magnũq; sibi credidit auxiliũ accessisse, quisquis eorꝝ sibi Romani principis cõciliare potuisset auctoritatẽ. Rex quoq; Vngarorꝝ fama sola Mediolanensiũ cõperiens temeritatem,honorabiles nũtios,& literatos,magistrũ Matthẽũ, & magistrũ primo genitũ ad curiam destinauit, suos denuo auxiliarios plures q̃s prius sponte sua principi ꝓmittẽs.Hos singulos & responso prudẽti exhilaratos,& regalibꝰ donatos muneribus,Augustus expediuit, & ad suos principes remeare concessit.

Conquestio Friderici de Mediolanẽsibus fœdifragis. CAP. XXVII.

FRidericus in villa quæ vocaꝫ Autimiacũ, festiuitatem luminũ celebrante,cũ multi ad eum Hesperiæ proceres cõfluxissent, dolos atq; crudam Mediolanensiũ superbiã omnibus notissimã in mediũ cõmemorat,exhibẽs vultũ iusti doloris, simul & regalis indignatiõis indicẽ.Exclamare inquit,cogimur o proceres in auribus vestris, contra crimen perduellionis,cõtra scelus læsæ maiestatis,in quo ciuitas impia,gens nequam, populus sceleratus.Mediolanenses dico,iam nõ semel, sed sæpenumero deprehensi inueniunt. Factum ipsum vobis adhuc recens exponerẽ, si tñ non exinde nõ solum vestræ,verũetiã omniũ qui in orbe Romano sunt,aures tinnirent.Iniuriam quã nobis,imo vobis,& imperio superbia & præsumptio ꝙrsissimorꝝ hominũ inique ingessit,occulto dei iudicio eo tendere videt, vt hi qui in suã, & multorꝝ pernitiem debacchant,multorũ quoq; cõdemnatione,& imperiali auctoritate,legũq; vigore cõpetenter debeant compesci. Vbi fides illa,quã se Mediolanenses adhuc inuiolatã, & inter ceteras ciuitates virginali quadã castimonia inlibatã habere gloriati sunt? Vbi iustitia,quã in cõseruandis legibus specialiter se hactenus habuisse iactauerunt? Cõuenient eos modo non nos,sed fides fracta,experient aduersus ipsos sacramenta irrita facta,fœdus ruptũ, leges legatorꝝ,nõ solũ nobis & vobis,verũetiã barbaris debita integritate, & sanctissima reuerentia conseruandæ. Quocirca si vere ego de vobis audeo prædicari fidem,iustitiã, fortitudinẽ, abominationẽ desolationis, stantẽ in medio vestræ terrę,quę hactenus laruali quodã terrore omnes cõcutere solebat,respicite,atq; cõmunibus viribus cõmunẽ hostẽ nõ tam nostrũ,q̃s vestrũ ꝓterendũ assurgite. Cõsulite Romano imperio,cuius & si nos caput,vos membra,nobis in hoc negotio,vt libet,vel milite,vel imperatore vtimini.Deo propitiante,illorꝝ p̃sumptionẽ reiteratã,iterata vindicta eouscq; prosequet, vt quod in nostrã iniuriã, & Romani gloriã imperij cõmiserunt, ea coertione reprimat, ne prauis & seditiosis crescat spes,& ne crimen eorꝝ inultũ maneat,qui nec vobis veritatẽ, nec nobis reuerentiã & fidem seruauere,abusi clementia nostra,abusi patientia,qui ꝓ pœnitentia pertinaciã,pro simplicitate duplicitatis confusionẽ induere nõ erubuerunt. Talia perorantẽ omnes excipere, ac velut impetu quodã diuino incitati,alius alium in respondendo antecapere cupiebat.hoc recti consilij arbitrantes, ne quis extremus remanere videret. Erant ibi absq; laicis optimatibus epi, Eberhardus Babenbergensis,Albertus Frisingensis,Cõradus Eistetensis,Hermannus Ferdensis,Daniel Pragensis.De vltramontanis,Papiensis, Vercellensis,Hastensis,Tertonẽsis,Placẽtinus,Cremonẽsis,Nouariẽ.Qui oẽs dũ singuli imperatori singulari fauoris studio diuerso modo placere voluissent, hanc tñ sentẽtiæ vnius idemtitatẽ per os & facundiã Placentini epi proferebant.

Respõsio principũ,& inuectiua oratio cõtra Mediolanen. CAP. XXVIII.

EXcellentiæ vestræ princeps post deũ nobis charissime,super iniuria Mediolanen. qua decet grauitate,& animi indignatione cõdolemꝰ. Sed quia scimus synceritatẽ vestrã, & animã vestram in hac parte a culpa custoditã,omnipotenti deo gratias agimus,qui de malis Mediolanensiũ multa vobis ad gloriã operari poterit, & ex illorꝝ superba crudelitate,ac crudeli superbia vestrã mansuetudinẽ, vestrã dignissimã humilitatẽ amplius enitescere procurabit.O cruda superbia,o infœlix arrogantia,quæ de cœlo angelũ,de paradiso hominẽ præcipitasti. Timeo ꝙ Mediolanensibus pestis hæc fatale debeat exitiũ præparare. Parũ se cauit ab hoc vitio tumoris, de quo dictum est. Tu signaculũ similitudinis,plenus sapientia,& perfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti. Parũ & ille,cui concessum est ex omni ligno paradisi comedere. Tu quoq; nõ magis ac illi,cui & hæc,& multa alia de illis dicta quadam proportione similitudinis possunt assignari. Ille inter angelos primus,& lucifer appellatus. tu inter vrbes Italiæ prima, inter orbis vna de primis. Ille in delitijs paradisi, tu in delitijs huius mundi nullius indiga fuisti. Ille plenus sapientia,& perfectus decore.tu cũ multos habeas & sapiẽtes,& philosophos, timeo ne illis cõpetenter dicatur. Et omnis sapientia eorꝝ deuorata est. Nouimus maximas ciuitates, & antiquas, Babylonẽ, Niniuen bello subactas, factas ad vltimũ delubra draconũ,habitacula struthionũ. Tibi certe cras quoq; fiet idẽ, vt nisi resipueris,in ædibus tuis lugubri voce respõdeant, Vlulæ saltent pilosi. Absit tñ hoc,auertat hoc a te deus. Cupio equidẽ ego in hac parte potius loqui mẽdaciũ,q̃s verus,ꝓpheta inueniri. Tibi sereniſſimo dño nostro fideliter suggerendũ putamus,vt ꝓ iniuria Mediolanẽsiũ officiũ vindicte bonus iudex bono anio studeas adimplere. Nec em̃ frustra sunt instituta,potestas regis, arma militis,& vngula carnificis,disciplina dominantis, & seueritas boni patris. Habẽt vt ait quidã,ista omnia modos suos,causas,rationes,vtilitates. Hæc cũ timent, & malicoercent,& boni quiete inter malos viuũt. fallunt Mediolanenses,si putant modo in te falli quod dicit. An nescis longas regibus esse manus? Venisti, & vicisti. Nec minus tibi facile est victos vincere, q̃s prima fronte rebellantes sine difficultate superasse. Idẽ tibi imperiũ,idẽ corporis & animi robur, eadẽ militiæ virtus,eadẽ deuotio militantiũ. Solũ tibi restat disquirere,qua vindicta,q̃ pœna pcellẽdi sint,qui totiẽs legibꝰ,ac legitimo imperio cõtradicũt. Q̃uis autẽ extra ordinaria pœna iure coercendi essent, imperialis clementia hanc mode

Ezech.28.

Psal.106.

Esaiæ.13. Hiere.50.

Ouidius ī epła Helenæ ad Paridem.

rationē decenter tenebit, vt nō sicut illi meruerunt, sed sicut te decet, iniuriā per sequaris. Non plus apud te valeat Mediolanū. scelus, q̄ tua dignitas, ne magis iræ tuæ q̄ famæ, q̄ iustitiæ consuluisse videaris. Nam si digna pœna pro factis eorū quęritur, si magnitudo sceleris ventilatur, nouo consilio hoc eget, & vt verum fatear, nostra ingenia exuperat. Quare his aduersus eos vtendum censeo, quæ legibus cōparata sunt, bonūq; imperatorem, & iustum iudicem declarabit cum inimicis ante legibus, q̄ armis decertare. Dixerat, eiusq; sententiā & Augustus ipse, & optimates vniuersi cōmendant.

Mediolanenses in causam ponuntur, insipiens quoq; eorum responsio. CAPVT XXIX.

HAtq; proponunt edicta, iterūq; Mediolanēn. in ius per legitimas citantur indutias. Die statuta, Friderico apud villam regiā, quę vocat Marnica, cōmorante, p legatos suos Mediolanenses se præsentant, videlicet p archiepm suæ ciuitatis, & per alios quosdā multę quidē eloquentiæ, paruæ sapientiæ. Vnde & archiepūs siue vera, siue simulata infirmitate, societati illoꝝ se subtraxit. Illi autē dum artius de prestitis sacramētis, decq; alijs pacis pactionibus, de fœdere violato cōuenirent, cū aliud non potuissent, responderunt. Iurauimus quidē, sed iuramentū attendere nō pmisimus. Digna responsio, vt moribus oratio cōsonaret, & qui praue ac perfide viuere & facere consueuerant, aliter ac perfide & praue loqui nō potuissent, vt vitā flagitiosam sermo inlotus comitaret. Cūq; hæc & alia multa vitio procacitatis verba protulissent, infecto pacis negotio discedunt, aliusq; illis dies præfigitur.

Fridericus denuo transmontanos asciuit. CAPVT XXX.

INter hæc videns imperator Mediolanensiū superbiam non nisi in manu graui & forti posse cōpesci, cum vt supra memorauimus, dimisso exercitu, ipse cū paucis remansisset, auxilia vltramontanorū cōtra reprobā ciuitatē accienda reputauit. Itaq; missis nuntijs imperatricē aduocat, & ducē Baioariæ Henricū, aliosq; tam epos, q̄ proceres imperij, cōmonens eos fidelitatis suæ, ne desertores regni pro tanta temeritate de impunitate lætent, velle se probare ipsoꝝ beniuolentiā circa statū imperij conseruandū, impetūq; inimicoꝝ cohibēdū. Illi accepta legatione, alacri animo se ad nouam in proximo Vere accingunt expeditionē.

Qualiter se ad futurū bellū Fridericus pparauerit. CAP. XXXI.

INter hæc Fridericus nil apud se remissum, nihil apud hostes tutum pati. Impigre, prudenterq; suoꝝ, & hostiū res pariter attendere, explorare quid boni vtrinq;, aut cōtra esset. Itaq; dimisso exercitu, cū paucis territoria prouintiæ circuit, militē nouū & auxiliarios pcensuit, castella & munitiones, vtpote Verrucā, Serra longa, Lou, & cætera quæ in terra illa magis inexpugnabilia, nec aggressione facile capi videbant, suscepta in discrimen hostiū, & ad suoꝝ præsidiū sapienter prouidit. Nouā Laudā toto tēpore Quadragesimæ summo studio cōmunit, vallū īmensum extruit, portas & propugnacula disponit. Opportunū ratus futuri belli negotijs, si in tam vicina ciuitate, vtpote, xx. miliaribus a Mediolano distante, magnā multitudinem

bellatoꝝ subito & locare posset, & inuenire. Deinde vsq; Cumam progrediens honorificentissime recipitur. Fœdus & auxiliū poscit, & accipit.

De insulanis in fœdus receptis, & quomodo Placentiam ingressus sit. CAPVT XXXII.

ESt autē in lacu Cumano insula diuitijs abundans, hominibus bellicosis referta, quæ nisi valde cruēta victoria a quoq; capi difficile putabatur. Erat autē amica Mediolanensibus, & multo tēpore per fœdus cōiuncta. Princeps propter cōmeatū venientiū ad se, ac redeuntium, optimū ratus eo membro corpus insidiosæ ciuitatis mutilare, cōcepta spe atq; fiducia, insulam se, vel sicut hostem infestū cōtra hostes, vel si hoc elegerint tanq; benignū imperatorem ad socios, & amicos intraturū cōminat. Nec mora cū paucis quos secū habebat, naues ingressus cœpit remigare. Insulani dū principis spiritū, simul & audaciā cognouissent, diuino q̄dā timore concussi, obuiā nauigio pergunt, pacem petunt, cū magno plausu & alacritate venientē excipiunt, fidelitatē iurant, muneribus honorant. Satisq; fidelis in posterum nobis gens illa reperta est. Idq; prospectū singulari cōsilio principis, vt hoīes illi insulani ferī, ac piratica rabie assueti, in tam strictis viarū faucibus vsui & opportunitati nostroꝝ recuperarent. Quid amplius mirandū in hac victoria? An principis magnanimitas? q̄ tantā rem hoc modo attentare nō metuit, an fœlicitas? q̄ adeo periculosam sine periculo deuicit. Sed vtrūq; mirabile, q̄ & aggredi ausus, & q̄ tanta fœlicitate, ac facilitate gloriosum cōpleuit triumphū. Simili modo apud Placentiā factum est, quę & ipsa Mediolanensibus cōfœderata, ppter diuersas causas inuisa videbat, & defectionis opinionē dudū incurrerat. Vnde etiā vt supra memorauimus, iure possessionis iussi fuerant vallum replere, turresq; deponere, vt minitando magis q̄ puniendo reprimerent perturbandæ ciuitatis auctores. Eodem quoq; tēpore egressi fuerant de Placētia latrunculi, & nuntios principis, qui de Genua promissam ferebāt pecuniā circiter. D. talēta, ex insidijs circūuenerunt, & memoratā pecuniæ quantitatē diripuerūt. Ob hęc & alia fraudis experimenta, cū eos sicut indubitanter rerū nouarū cupidos, Augustus suspectos haberet, cū paucis tamē sine pauore ciuitatē ingredit. Dñicam Palmarū debito festo peragit, cæteraq; quæ ibidem peragenda fuerant, cōgrue ordinauit, pecuniāq; direptam vix a ciuibus exoratus recepit.

Quomodo exercitum reuiserit, & de Eberhardo episcopo Babenbergensi. CAPVT XXXIII.

ANno dñicæ incarnationis. M. clix. Fridericus Pascha apud Mutinam celebrauit. Festoq; terminato, in territoriū Bononiense, vbi tūc manebat exercitus, demigrans, aduentu suo vniuersos lætificauit. Nempe a die quo cinis supꝑ capita fideliū poni solet, vsq; tūc, semel tantū ad exercitū venerat, supradictis negocijs occupatus. Dimiserat tamē loco suo venerabilē virū Eberhardū Babenbergensem epm, qui venientes, & negocia habentes audiret, causasq; eoꝝ diligenti examinatione terminaret. Erat em idē episcopus religione & scientia prædītus, vitæq; purioris institutionibus instructus. Cūq; ad fidē imperij, & honorē, præ cæteris diligētiā habere cognitus esset, apud q̄plurimas terras opinio de eo celeberrima ꝓuulgata est. Eiusq; stu-

dium circa ſcripturæ ſenſus, ac quæſtionũ diſcuſſionẽ tam attente verſabaꝫ, vt inter prælia cõmanens, diuerſas & ingentes curas, earũ ſedula meditatione ſolaretur. Cũ autẽ omnes eꝑos, ſeu cuiuſlibet ordinis eccleſiaſtici viros imperator diligeret, eoſq; ampliori honore dignos duceret, ſpecialiter tñ memorati viri, ſicut prudentiſſimi, nitebaꝫ conſilio, eũq; dignũ æſtimauit, in cuius arbitratu & diſcretione operas ſuas locaret, & onus ſimul ac honorẽ cõmunicaret.

Quõ ex ſentẽtia iudicis Mediolanenſes hoſtes ꝓnuntianꝫ. Itẽ de legatis Romani pontificis, & reſponſione principis. CAP. XXXIIII.

NAm dies aderat, quæ Mediolanenſibus tertio vel quarto præfixa fuerat. Tum imperator cõuocatis iudicibus & legiſperitis, qui in ea ciuitate frequentes aderant, citari iubet Mediolanẽſes. Cũ autẽ nemo cõpareret qui abſentiæ illoꝝ cauſam rationabilẽ ederet, tanq; contumaces, rebelles, & imperij deſertores, ſeueritatis ſententiã excipiunt, hoſtes pronuntianꝫ, res eoꝝ direptioni, perſonæ ſeruituti adiudicanꝫ. Hiuſq; rei occaſione in audientia principis ſatis diſputatũ eſt, luculenterq; expreſſum, quę pœna excipere debeat qui defectionis, aut læſæ maieſtatis rei forent deprehenſi. Præter alios principes nobiles, atq; ſapiẽtes, interfuere huic collationi & negotio ſedis apoſtolicę legati, videlicet Octauianus tit. S. Cecilię preſbyter cardinalis, Henricus tit. S. Nerei & Achillei, Vuilhelmus cardinalis diaconus, antea Papienſis archidiaconus, & Guido Cremẽſis diaconus cardinalis, miſſi a papa Adriano, quoꝝ itineris cauſas, ſimulq; nuntioꝝ ſenatus populiq; Romani, reſcriptũ litterarũ venerabilis viri Eberhardi Babenbergenſis eꝑi, ſubter annotatũ continet, quod tale eſt. ¶Reuerendiſſimo patri & dño Eberhardo, Saltzburgenſis eccleſiæ archieꝑo, Eberhardus Babenbergenſis gratia dei ſi quid eſt, cũ oratione qualicũq; ſeruitiũ deuotiſſimũ. Scio pater ſanctiſſime, ſacrę pietatis affectu vos compati meis laboribus, & animæ mihi ſalutẽ, & corpori quietẽ concupiſcere.

Iob. 10. Vt autẽ noueritis quoad cõpati vos mihi oporteat, dico vobis, q; iam tedet animam meã vitæ meæ, duo ferẽs onera in animo meo grauiſſima, q; & cinctus dulcor quo nolo, & q; diu durare debeat ignoro. veſtris & alioꝝ fideliũ orationibꝰ

Pſal. 94. adiuuari deſyderãs, vt ab illis ſeparer quibus iurauit dñs in ira ſua, ſi introibũt in requiẽ meã. Super hæc tẽpora periculoſa inſtare videnꝫ, & prope eſt, vt inter regnũ & ſacerdotiũ moueaꝫ diſcordia. Et quidẽ cardinalibus a dño papa ad dominũ imperatorẽ tranſmiſſis, dño videlicet Octauiano, & dño Vuilhelmo q̃ndam Papienſi archidiacono, poſt lene principiũ, & ingreſſum quaſi pacificum capitula duriſſima ꝓpoſita ſunt, verbi gratia. Nuntios ad vrbẽ ignorante apoſtolico, ab imperatore nõ eſſe mittẽdos, cũ omnis magiſtratus inibi beati Petri ſit cũ vniuerſis regalibus. De dñicalibus apoſtolici fodrũ nõ eſſe colligendũ, niſi tẽpore ſuſcipiendæ coronæ, Eꝑos Italiæ ſolum ſacramentũ fidelitatis ſine hominio facere debere dño imperatori. Neq; nũtios imperatoris in palatijs eꝑoꝝ recipiendos. De poſſeſſionibus eccleſiæ Romanæ reſtituendis, & tributis Ferrariæ, Maſſæ, Ficorolu, totius terræ comitiſſæ Mahtildis, totius terræ quæ ab aqua pendente eſt vſq; Romã, ducatus Spoletani, inſularũ Sardiniæ, Corſicæ. Domino autẽ imperatore ſuper his iuſtitiã, & conſiliũ conſtanter offerẽte, ſi & ipſi iuſtitiã vellent facere & recipere. illis vero recipere tantũ volentibus, & nõ facere hac ratione, q; dominũ apoſtolicũ cauſæ ſubijcere, ac iudicio ſiſtere non

poſſent, & ecõtrario dño imperatore multa ꝓponẽte de rupta cõcordia, quæ in verbo veritatis ſibi cõpromiſſa fuerat. De Græcis, de Siculo, de Romanis ſine cõmuni conſenſu nõ recipiendis. De cardinalibus quoq; ſine ꝓmiſſione imperi ali libere p regnũ tranſeuntibus, & regalia eꝑoꝝ palatia ingredientibus, & eccleſias dei grauantibus. de iniuſtis appellationibus, & cęteris q̃ pluribus breuitatẽ ſuperantibus, cũ Apoſtolicus ꝓ nuntiũ & literas cardinaliũ prædictoꝝ, ex conſenſu imperatoris ſubmonitus, Cardinales alios ad hæc oĩa cõplananda requiſitus, his qui aderant nuntijs ſuis, & curiæ principibus nollet adiũgere, vnitatis & cõcordiæ verbũ dñi deſyderatũ, peccatis noſtris exigentibus euacuatũ eſt. Et dum hæc agerenꝫ, nuntij Romanoꝝ ſupuenientes, & ea quæ pacis ſunt rogantes, bene recepti, ac dimiſſi ſunt. Rogatu tñ cardinaliũ dñs imperator nũcios ad dñm papam, & ad vrbẽ miſſurus eſt, vt cũ apoſtolico, ſi ipſe voluerit, primo loco pax fiet. ſin autẽ, cũ ſenatu & populo Romano. Dñs imperator in magna eſt gloria, dominã imperatricẽ, & ducẽ Baioariæ & Saxoniæ, cũ alijs ſuperuẽturis principibus, & copijs exercitus expectans, & quoſdã de melioribus ex Mediolano & Brixia in vinculis retinens. Valete. ¶Imperator ad hæc verba cardinaliũ tale dedit reſponſum. Quãuis nõ ignorem ad tanta negotia, non ex animi mei ſentẽtia, ſed ex conſilio principũ me reſpõdere debere, ſine ꝑiudicio tñ ſapientũ, hoc abſq; conſultatione reſpondeo. Eꝑoꝝ Italiæ ego quidẽ nõ affecto hominiũ, ſi tñ & eos de noſtris regalibus nihil delectat habere. Qui ſi grauiter audierint a Romano præſule, quid tibi & regi? Conſequenter q̃q; eos ab imperatore nõ pigeat audire, quid tibi & poſſeſſioni? Nũtios noſtros nõ eſſe recipiendos in palatijs eꝑoꝝ aſſerit. Concedo, ſi forte aliquis eꝑoꝝ habet in ſuo proprio ſolo, & nõ in noſtro palatiũ. Si aũt in noſtro ſolo & allodio ſunt palatia eꝑoꝝ, cũ profecto omne quod ędificaꝫ, ſolo cedat, noſtra ſunt & palatia. Iniuria ergo eſſet, ſi quis nuntios noſtros a regijs palatijs prohiberet. Legatos ab imperatore ad vrbem nõ eſſe mittẽdos affirmat, cũ omnis magiſtratus inibi beati Petri ſit, cũ vniuerſis regalibus. Hæc res fateor magna eſt, & grauis, grauioriq; & maturiori egens conſilio. Nam cũ diuina ordinatione ego Romanus imperator, & dicar, & ſim, ſpeciẽ tantũ dominantis effingo, & inane vtiq; porto nomẽ ac ſine re, ſi vrbis Romæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa.

Quoꝝ conſilio cõtentio hæc decidenda fuerat, & reſponſum principis de hoc. CAPVT XXXV.

HAec Auguſto, & his ſimilia præfatis capitulis argutẽ reſpõdente cõſiliũ initur, vt ex parte ſummi pontificis cardinales ſex, & ex parte principis ſex eꝑi religioſi, prudẽtes, & qui deũ timeant eligaꝫ, tantorũ negotioꝝ hinc inde cognitionẽ accepturi, tantãq; litem cõgruo fine deciſuri. Verũ vt ſupra taxatũ eſt, ex parte Romanoꝝ etiã hoc conſiliũ dicitur fuiſſe euacuatũ. Super hoc quoq; capitulo audi epiſtolã imperatoris directã Eberhardo Saltzburgẽſi archieꝑo, in hũc modũ. ¶Quõ quidẽ fidelitatis tuæ conſtantiã, quã ꝓ conſuetudine exhibere ſoles imperio, frequẽter experti ſumꝰ, quæ apud nos ſunt, diſcretioni tuæ ſignificamus, & prudentiæ tuæ conſilium aduocamus. Venerũt ſiquidẽ ad nos duo cardinales a papa miſſi, ad hoc vt inter nos & illũ fieret cõcordia. Dixerũt igitꝫ, q; papa illam requireret pacẽ atq; cõcordiã, quæ inter papã Eugeniũ, & nos facta fuerat & ſcripta. Nos reſpõdimus

q̄ pacē quidē inuiolabiliter hucusq̄ tenuissemus, de cætero autē nec̄ eā tenere nec̄ ea teneri vellemus, quō ipse prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis recōciliari nō debuisset. Adiecimus tñ q̄ omnē iustitiā dare, & accipere parati essemus, siue scd'm humana, siue scd'm scripta diuina. Si vero iustitia grauis videret, consilio principū & religiosorū, p amore dei & ecclesiæ, libēter nos supponeremus. Placuit verbū nostrū cardinalibus. Dixerunt tñ, nisi prius cognita papæ voluntate, sup hoc se nil posse vel audere. Missis nuntijs verbū nostrū cognouit Papa, mandauitq̄ sicut prius, aliā se nolle concordiā, c̄ illā quę inter papam Eugeniū, & nos facta fuisset. Nos supradicto modo hoc recusauimus, & in præsentia, & testimonio omniū Teutonicorū, & Longobardorū ep̄orū, & laicorū principū, & Baronū, & Vauassorū, omnē iustitiā, atq̄ consiliū obtulimus, & vt nos acciperemus iustitiā. Presentes ibidē fuere Romanorū ciuiū legati, qui cū indignatione mirabant sup his qui audierunt. Mandauit em̄ papa noua, & grauia, & nunc̄ prius audita, quæ sine cōsilio tuo, & aliorū fideliū imperij pertractari nō possunt. Hæc discretioni tuæ cōmunicauimus, vt si qua tibi sup his occurrerint, nosse veritatē nō sit inutile. Rogam⁹ etiā, vt si necesse fuerit, & nos tibi mandauerimus, ad nos pro tanto negotio venire non differas.

Quomodo Mediolanenses castrum Tretiū expugnauerint, & fundi-tus destruxerint. CAPVT XXXVI.

ET Mediolanēses nouarū turbarū nō iam in occulto, sed apertissime tale sumunt principiū. Nondū finita solennitate Paschali, omnibus copijs suis adunatis, egressi sunt oppidū Tretiū, vbi Fridericū iā in priori aduētu milites suos locasse memorauimus, vi capere, pperantes, qm̄ pernitiosa videbat obsidio, principē intra quintiā existente, Iam em̄ intra ciuitatē cupidine castri potiundi, machinas, aliaq̄ quæ incepto vsui forent, præparauerant. Ita conatus eorū, & delicta occultiora fuere. Quæ postc̄ ex sententia instruūt, de improuiso cū magna multitudine oppidū circūueniūt, ac quidam eorū murū modo suffodere, modo scalis aggredi cupere. Pars eminus glande, aut lapidibus, seu iaculis pugnare. Milites Romani tumultu perculsi, arma alij capere, pars territos confirmare, quidā in p̄ximos saxa deuoluere, tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati, si Ligures p̄pius accessissent. Omnia aspera, omnia fœda, atrocitate vtrinq̄ preliantiū periculū anceps, victoria primo in incerto erat, per totū em̄ triduum continue pugnatū est. Verū eniuero castellani die, noctuq̄ vigilijs, ieiunijs, laboreq̄ fatigati, impetū hostiū diutius sustinere nō poterant, cum hi per vices, & successiones alter alteri laboranti succurreret, istorū vero nullus loco quem vti defenderet, acceperat, cedere potuisset. Defessis itaq̄ omnibus, & exhaustis, atq̄ languidis, vbi locum hostibus introeundi dederunt, Ligures cuncti erumpere, oppidani vniuersi vel occisi, vel capti. Porro in suos proprios gentiles, quos ibidē repperere, anteq̄ in nostros insaniebant, nec vlla fuit eis in conlatinos miseratio. Nostri autē ob imperatoris reuerentiam, seu metum, captiuati seruati sunt circiter octoginta milites de regia clientela. Sed nec hosti triūphanti vsq̄quaq̄ læta cessit victoria, q̄ pluribus ex illis cæsis, & letali vulnere fautiatis. Ita Tretium Mediolanensiū prius municipiū ab ipsis captum, crematum, & funditus destructum est.

Quomō Fridericus ad vindicandam regni iniuriā animū intendit, & quō varijs modis Mediolanenses afflixerit. CAP. XXXVII.

HAec audiens Fridericus, paulisper mœstus, iram cohibuit, indignatione dissimulauit, impetū militū cōtinuit, curiā ante indictā apud Roncaliā glorioſe celebrauit, & ibidē copiosam multitudinē bellatorū collegit. Deinde cū maxima cura vltū ire iniurias festinat, & toto apparatu, toto exercitu in Liguriā irruit, agros inflammat, vastat, vineas demolitur, ficus exterminat, omnesq̄ fructiferas arbores aut succidi, aut decorticari præcepit, totāq̄ regionē depopulat, statuens nō ante obsidere ciuitatem, c̄ penuria necessariorū affligerent. Aut em̄ tūc inopia victualiū coactos vltra supplicaturos, aut si ad finē vsq̄ in eadē pertinacia durauissent, obsidione inclusos fame cōsumendos, vel ad deditionē cogendos arbitrabat, multoq̄ faciliores ad affligendū fore, si post interuallum tēporis, iterū atq̄ iterū anxius incubuisset. Itaq̄ omnes eorū exitus asseruari p̄cepit, frumenti, aliarūq̄ rerū eis auferens cōmertiū, edictūq̄ p̄posuit, qua pœna ferirent transgressores, quo ue præmio donari debuissent, qui venditores harū rerū proderent. Mediolanenses aūt omniū rerū tametsi copiam intus habebant, metu tamē futuræ obsidionis vehemētius afficiebant. & cū iam cibaria ipsa ad modicā mensurā venderent, ampliorē eis cupiditatē mouebat, q̄ ius edēdi liberū nō haberēt, ac velut omnia defecissent, ægreferebant. Interdū quoq̄ assumptis secū bellatoribus, imperator vsq̄ ad ciuitatē profectus est, ęstimans eos aliquid ausuros, quo vel publico cōgressu eos protereret, si contra venissent, vel si excurrere attentarent. Itē a calamitate alieni nō remanerent. Quod & factum est, nam incōsulte ad ostentationē suarū virium egressos, facto in eos impetu præuenit, cōpluresq̄ ex eis cepit, & occidit.

De clade Mediolanensiū. CAPVT XXXVIII.

VMq̄ super tali negotio imperator cū exercitu vltra Mediolanū p̄cessisset, Mediolanenses cū. D. equitibus occulte ad nouā Laudā in die sancto Pentecostes venientes, prædam pecorū abigere. Ep̄o vero Mantuano Carsidonio, & Marchione Garnerio de Ancona, cū sufficiente militia eos insecutis, cū audissent voces clamosas paucissimorū Alemānorū, Mediolanēses territi, & in fugam versi, quosdā occisos, xvi. captos de suis melioribus ibidem perdiderunt. Iulte autē eos diuina vltio persecuta est, vt qui sanctissimo diei debitam reuerentiā & honorē exhibere cōtempserūt, ipsi cum dispendio atq̄ dedecore reuerti cogerent. Quadraginta cōtinuis diebus terram hostiū vastatio tenuit, intercq̄ ceteras arces, turres, & munitiones, quæ vel opere vel natura munitæ erant, quoddā castrū, quod mons. S. Ioannis vocabat, vsq̄ ad id tempus inexpugnabile habitū, obsessum, & breui tēpore captū est. Paulatim igit reprobo capiti propria membra intantū mutilata sunt, & præcisa, vt inter multa oppida, & plurima castella, vix duo tunc ipsis residua remanserint.

De clade Brixiensium. CAPVT XXXIX.

IIsdē diebus Brixiēses, & ipsi q̄q̄ nouis rebus studētes, comitatū Cremonensiū depdationis & latrocinandi causa ingrediunt. Erāt quippe Mediolanēsib⁹ amicitia & societate cōiuncti. Iam aūt antea Cremonēses p̄moniti a suis exploratoribus, nō imparati inueniunt, sed

ex insidijs erũpentes improuisos inuadũt. Resistẽtes paulisper mox in fugã vertunt, ꝑdã eripiũt, equites. lxvij. pedites fere. ccc. partim occidũt, partim captiuos abducũt. Impator post vastationẽ hostiũ Laudã pergit, ibiq; Italicũ exercitũ dimittit, copias militũ qui de transmontanis expectabant, ibidẽ præstolaturus.

Quomõ Mediolanenses contra vitam principis cũ quodam consiliũ inierint. CAPVT XL.

AT clades quidẽ Mediolanensiũ in peius quotidie ꝓcedebant, cũ in facinus magis accenderent aduersis, & populũ in vrbe fames iã acrior possideret. Nõ em̃ spe victoriæ maior pars eorũ, sed desperatione salutis ferocius mouebant, nec eos videntes tot mala cœpti pœnitebat, sed cæci & amentes facti, etiã in personã christianissimi principis ausi sunt conspirare, obliti q̃ iuxta legẽ eius facti pœna animæ amissionẽ sustinet, & memoria rei post mortẽ damnaꝫ. Itaq; quendã qui se stultũ, & mente captũ simularet, inueniũt, eũq; ad castra Friderici dirigũt, qui tunc apud Laudã morabaꝫ, vt quonis modo violentas manus imperatori iniiceret. Erat autem hic homo tam magnus corpore, tantusq; viribus, vt nõ sine causa tantã audaciã cõcepisse videreꝫ. Animatus itaq; multis blandimẽtis, multisq; ꝓmissionibus, ad nouũ facinus, ad scelus maximũ accingit. Laudã pergit, castra ingrediꝫ, & stultitiã seu furiam maniæ simulans, vt id genus hoim solet, potius iocis & ludicris celebraꝫ, q̃; a tentorijs excludaꝫ. Porro tentoria Friderici tunc vicina fuerant, & pene supIitus Aduæ locata, cuius loci ea facies, isq; situs erat, vt labentẽ ineuitabiliter, aut conuexũ obrueret precipitiũ, aut subter labentis fluminis vorago esset excptura. Præfatus ergo diem aptũ & horam seruans, qñ imperatorẽ solũ posset inuenire, vt conceptũ facinus ad effectũ perduceret, quodã mane primo diluculo egredientẽ de cubiculo tentorij, vt more suo corã sanctorũ reliquijs orationũ suarum deo munia persolueret, conspicaꝫ, secq; optatũ tempus ratus adeptũ accurrit, sceleſtas manus iniꝯcit, & modo trahẽdo, modo portando versus præcipitiũ contendere cœpit. potitusq; esset forsitan nefario ꝓposito, nisi diuina miseratio ad defensionẽ diui principis manũ extendisset. Nanq; dum hoc modo ille trahendo, iste renitẽdo, vterq; pro viribus conaretur, accidit vt funibus quibus tabernacula suspenduntur, implicati, ambo caderent ad terram. Jamq; vociferantis principis clamor auditus, cubicularios exciuerat, qui accurrẽtes sceleratũ monstrum cõprehendunt, & multis malis affectum, eodem loco præcipitatũ dimergunt. Talis tunc de illo opinio fuerat. Nos tamen audiuimus eundem vere furiosum fuisse, & innocenter vitam perdidisse.

Quomõ Mediolanenses nouã Laudam nocte per quosdã incenderint, & de insidijs cuiusdam per toxicũ. CAPVT XLI.

MEdiolanenses tantũ se facinus frustra suscepisse dolẽtes, subseq̃nter aliud intendunt. Octo de suis precio ad cremandã Laudã cõducũt. Quoꝝ vnus dũ nocte intempesta ꝓmissum implere vellet, ac ędibꝰ ignẽ iniecisset, inuenerũt eũ vigiles, & cõprehensum dũ ꝓpositũ cõfessus fuisset, mane facto eũ patibulo cõtra Mediolanũ erecto suspẽderũt. Quidã etiã se mẽtitus monachũ, explorator, & eorũdẽ criminũ obnoxius, simili modo vitã finiuit. Nõ multo post a quodã diuino monitore literas imperatori alla-

tas accepimus quendã venisse in Italiã, siue Hispanũ, siue Arabũ, Saracenũ, ętate senem, facie deformẽ, & luscũ, discipulos vel socios pene, xx. habentẽ, malis consilijs, & arte venefica prioribus multo potentiorẽ, eũq; mortis cõtemptorẽ, pariter cũ suis sequacibus, magnũ se munus cõsecutos arbitrãtes, si gloriã & nomen sibi ꝑpetuũ, principis sanguine cõparassent. Preciosa ipm quasi munuscula laturũ, medicinas, anulos, gẽmas, frena, calcaria, venenatis furfuribus circũlita, adeo violẽter & efficaciter toxicata, vt mortẽ nõ euaderet imperator, si vel manu nuda ea attigisset. Sicã quoq; latentẽ iuxta femur gestare, vt si quo impedimẽto veneni facinus nõ ꝓcederet, ea ad peragendũ nefariũ ꝓpositũ vteretur. Talibus acceptis, cũ ꝑpaucis cõmunicato consilio, venturũ magũ iubet obseruari. Veniẽtẽ ergo, vbi certis indicijs quæ delata fuerant, princeps vera esse cognouit, hominẽ asseruari ꝓcepit. & perquirẽs cuius hortatu ad tantũ facinus esset præcipitatus, promisit q̃ vera dicenti remitteret omne supplicium. sin falsa, ꝓmere maluisset, corpus eius tormẽtis absumeret. Ille & verbera, & quæstiones deridens, insuper cõminatus est, si quid ipse mortale pateret, imperatorẽ continuo sine dubitatione secũ moriturũ. Sed deceptus valde est. Nam princeps minas eius contemnens, cũ de socijs & auctoribus sceleris nullum ab eo potuisset extorquere documentũ, tantam pestẽ, tantiq; sceleris fabricatorẽ, sicut meritus erat, crucis patibulo donauit. Deoq; salutis conseruatori vberes gratias egit, q̃ tam validi malefici virus & insidias declinasset.

De aduentu imperatricis, & ducis Baioariæ in Italiam, ducis quoq; Guelfonis. CAPVT XLII.

INterea Beatrix imperatrix, dux Baioarię & Saxonię Henricus, Cõradus Augustensis epꝰ, vti decretũ erat, milites scribere, propere cõmeatu, stipendio, armis, alijsq; vtilibus iter incipere. Profectiq; cum magno exercitu paucis diebus in Italiã veniunt, suoq; aduentu nostris lætitiã, hostibus metũ incutiũt. Erat em̃ isdẽ princeps filius (vt supradictũ est) Henrici ducis & Gertrudis filiæ Lotharij imperatoris. Qui a primis cunabulis patre & matre orbatus, vbi primũ adoleuit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, nõ se luxui, necq; inertiæ corrũpẽdũ, sed vti mos Saxonũ est, equitare, iaculari, cursu cũ æqualibus certare. & cũ oẽs gloria anteiret, omnibus tñ charus esse. Eius studiũ (vt de quodã dicit̃) modestiæ, decoris, sed maxime seueritatis erat. Cũ strenuo virtute, cũ modesto pudore, cũ innocente abstinẽtia certabat. Esse q̃ videri bonus malebat. Ita quo minus appetebat gloriã, eo magis illã assequebaꝫ. In oĩbus gloriosis plurimũ facere, & minimũ ipse de se loqui. Is recepto ab imperatore (vt supradictũ est) ducatu Baioariæ, vbi naturã & mores hominũ cognouit, multa cura, multo consilio, in tantã claritudinẽ breui peruenerat, vt treuga ꝑ totã Baioariã firmata, bonis vehemẽter charus, malis maximo terrori esset, adeo vt absentẽ velut præsentẽ timendo, leges pacis quas sanxerat, nemo sine pœna capitis auderet infringere. Qui cũ suos milites regijs cõiunxisset, in breui spatio noui veteresq; coaluere, virtusq; omniũ facta est ęqualis. Nam & nõ multo post auunculus imperatoris Guelfo princeps Sardiniæ, dux Spoleti, Marchio Tusciæ, & ipse nouũ adducẽs exercitum, cũ multo apparatu aduenit. suoq; aduentu nostris spem triumphi, aduersarijs fiduciã paciscẽdi donauit. Ita duo viri sanguine cõiunctissimi, vtpote vnus

eorũ alterius fratris filius, diuersis inter se virtutibus certabant. Guelfo dando, subleuando, ignoscẽdo, dux Henricus seueritate, & malorũ pernitie gloriã adeptus est. Illius facilitas, huius constantia laudabat. Guelfo negotijs amicorũ intentus, sua negligere, nihil denegare quod dono dignũ esset, magnas potentias affectabat, exercitũ, nouũ bellũ exoptabat, vbi virtus enitescere posset. At dux Henricus, studiũ modestiæ decoris prætendens, nõ diuitijs cũ diuite, neq; factione cũ factioso, sed pro pacis negotijs absens simul presensq; pugnabat. Ita memoria nostra ingenti virtute, diuersis moribus fuere hi viri duo, dux Henricus, & dux Guelfo. quos quoniã res obtulerat, silentio præterire non fuit consiliũ, quin vtriusq; naturã & mores, quantũ ingenio possem, aperirem, valdeq; iocundum, vt in his duobus clarissimis viris nostra tẽpora suũ Catonẽ in vno, in altero suũ Cæsarem inuenissent. Redeo autẽ vnde digressus sum.

Hortatu Cremonensiũ Cremenses hostes iudicant. CAP. XLIII.

CRemonensiũ cũ Mediolano discordia perpetua, vtroq; adeo vrgebat, vt hostiliter sibi inuicẽ incubantes, nõ ante manus ab armis reducendas putarẽt, q̃ vel vna alterã prorsus absumeret, vel superior saltẽ inuenta superaret. Freti ergo tunc tunc opportunitate tẽporis, Fridericũ ad destructionẽ Cremæ ciuitatis hortant promissis. xi. milibus talentorũ. Huius rei tali occasione sumunt exordiũ. Crema cũ esset de comitatu, & diocesi Cremonensiũ, eiusq; ecclesiæ tam in spiritualibus, q̃ in secularibus regenda foret arbitrio, spontanea se temeritate a suo capite abruperat, & quod nefas erat, hostibus sociata, cũ Mediolanensibus filia matri rebellare cœperat, Super hoc schismate conuenta coram principe, nec citatione legitima, nec vadibus q̃s dudum dederat, cogi poterat, vt aduersum se experiẽtibus iudicio sisti curarẽt. Qua de re pro absentiæ contumacia, ac contumaci absentia contra se sententiã tristem excipiunt, hostesq; iudicantur.

Crema obsidione cingit, & quõ ibidẽ pugnatũ sit. CAP. XLIIII.

COllecta ergo valida manu Augustus, ita q̃ exercitus eius eas copias, quas in obsidione Mediolani habuerat, superare videret, partẽ vnã cũ Cremonensibus cõtra Cremã dirigit, ipse cũ reliquis iterum ad depopulandos Ligures agrũ Mediolanensiũ ingredit, & cũ militia Alemannorũ terrã totã peruagat hostilem. cõpletũq; est & ibi illud quod dicit. Residuũ locustæ comedit brucus, & residuũ bruci comedit eruca. At Cremonẽses cũ auxiliarijs, & magnis copijs ad oppugnandã Cremã veniẽtes, acriter ciuitatẽ obsidione vallant, summis viribus impugnãt. Oppidani fortiter resistunt de muris, & ante muros equis & ad terram valide certat. Ibi Garnherus Marchio Anconæ magnã viri fortis in ea pugna gloriã cõsecutus, de nostris occidit. Alij quoq; q̃plures tam de nostris, q̃ de illis ibidẽ aut occidunt, aut grauiter sautiantur. Erat autẽ Cremę situs in loco plano, & campestri, opere & manu satis liberaliter accuratus. Naturæ beneficio in quadã sui parte paludoso se defendẽs ambitu. Cæterũ præter fossata ingentia & pfunda, aquis plena, duplici muro excelso circũdata, oẽs aditus & assultus facile arcere valuit. Ciues ciuitatis bellatores audacissimi, & quia cũ suis cõtubernalibꝰ, videlicet Mediolanẽ. & Brixinẽsibus, secũdis rebus ppẽsius vsi, in atrocitatẽ, insolentiã, ac arrogantiã

Iohelis. 1.

irritati. Circũuallata itaq; ciuitate, hostiũ excursus diligenter custodiebant, & machinæ, aliaq; ad oppugnationẽ profutura sedula præparatione disponunt.

De legatis Senatus, po. cq; Ro. & de his qui ad eos missi. CAP. XLV.

CVnq; hęc apud Cremã agerent, nuntij de nobilioribus Romanę vrbis ex parte senatus, populiq; Ro. ad curiã veniũt, omni deuotione omniq; reuerẽtia suũ pmittentes obsequiũ. Rogare ne p iniquitate paucorũ malorũ, & de plebe, multos bonos & nobiles velit pessundare. Se esse quorũ occasione acceperit, vt imperator vrbis & orbis nominetur. Fridericus eo q̃ in priori expeditione seuerius cũ illis egerat, indulgentius eorũ accepta legatione, benignũ illis dedit responsum. & p aliquot dies secũ cõmoratos, regaliter donauit & absoluit, mittens cũ eis legatos Ottonẽ sæpe iã dictũ palatij comitẽ, & magistrũ Haribertũ Aquensem præpositũ, virũ prudentẽ, & in negotijs regni longa eruditione exercitatũ, dans hoc in mandatis, vt & ea q̃ cũ populo Romano, seu de stabiliendo senatu, seu de recipiendo præfecto agenda forent, terminarent. & cũ Romano pontifice si hoc eligeret, de prænotatis capitulis finẽ facerent, & concordiam stabilirent. Qui venientes ad vrbem, cũ honorifice tam a populo, q̃ a senatu recepti essent, interq; ipsos, & summũ pontificem crebri nuntij mediatores dirigerent, moliẽtibus illis more suo antiquũ Romanæ vrbis fastum, regales se in nullo passi sunt inferiores inueniri, imo & ad se sæpius veniri, q̃ vt illis occurrerent, obtinuerunt.

De his quæ ibidẽ, & circa vrbẽ Mediolani patrata fuerint, & quõ a Mediolanensibus cõtra principẽ male pugnatũ est. CAP. XLVI.

FRidericus interim in Liguria degẽs, ordinabat vt aliquã cladẽ Mediolanensibus, qui omnes ad ciuitatẽ cõfugerãt, secq; intus cõmunierant, inferret. Itaq; cũ Papiensiũ pugnacissimis cõsiliũ init, vt ad ciuitatẽ impetũ faciãt, secq; ab hostibus fugari patiant, ipm ex insidijs circũuenturũ persequẽtes. Nec multũ tunc opinione deceptus est. Mediolanenses em cũ eorũ impetũ sensissent, iam em prædã abigere cœperãt, strenue eos pse quunt, eosq; resistentes acrius cædũt. Iam parũ aberat a vera fuga his qui simulato metu cessuri erant, declinauerant em paulisper a loco insidiarũ. Tũ Fridericus cohortatus suos, a tergo, & ex improuiso iã alacres, & pene victores hostes inuadit, auxilioq; suis q̃s iam pelli acceperat, optatus aduenit. Mediolanẽses q̃ ppe iã se victoriã adeptos putabãt, videntes se circũuentos vndiq; a regijs equitibus, nec vllũ sibi fugæ psidiũ superesse, aduersus oia iparati, occidi, capi, equiq; atq; viri afflicti. Tũ spectaculũ horribile campis patẽtibus, cũ medij hostiũ nec pugnare, nec fugã inire permissi, sine misericordia cæderent. Postremo oia qua visus erat, cõstrata sunt telis, armis, cadaueribus, aut mortuorũ, aut ad mortem sautiatorũ. Verũ qui numerus occisorũ, aut eo prælio captiuorũ fuerit, Augustus ipse suis literis declarat, scribens ad Albertũ Frisingensem epm. Ait autẽ inter cætera. Præterea ad consolationẽ tuã de præsenti statu nostro aliqua tibi scribimus, quia honorẽ imperij, & nostrã psperitatẽ te diligere nõ dubitamus. Inter alia igitur magnificauit dns facere nobiscũ, & fecit. Vnde facti sumus lætantes, & maximas deo gratias agentes. Maximam em multitudinẽ Mediolanensium tradidit deus in manus nostras, ita q̃ Idus Iulij, qua data diuisio apo-

ſtolorꝫ celebrari ſolet. Dc. de fortioribus ciuitatis captiuos in vinculis abduximus, centum & fere quinquaginta per campos & itinera viarũ interfecti ſunt. De ſubmerſis vero, & de vulneratis modus nõ fuit, neq; numerus. Sic cũ victoria ad nouam ciuitatem Laudam reuerſi fuimus.

De obitu Adriani papæ, & ſchiſmate Romanæ eccleſiæ. CAP. XLVII.

GA tẽpeſtate Adrianus papa in Calen. Septẽb. apud Anaginã diem clauſit extremũ, &. ij. Noñ. Septẽb. in eccleſia beati Petri, p̃ſentibus clero, ſenatu po. q; Ro. honorifice tumulatus eſt, regalibus nũtijs ad huc ibi exiſtentibus. Poſt cuius obitũ cardinales in ſeditionẽ cõuerſi, gemina electione ſcindunt vnitatẽ. quibuſdã eligentibus Octauianũ titu. ſ. Ceciliæ preſbyterũ cardinalem, cui nomen dederunt Victor. alijs Rolandũ tit. ſancti Marci preſbyterũ cardinalem, & Romanæ eccleſiæ cancellariũ, cui nomen impoſuerunt Alexander. Verũ vt huius negotij tractatus perpetua ſeu cõtinua decurrat oratione, pauliſper alia interim proſequemur pro magnitudine cauſæ, ſuo loco his diutius immoraturi.

Q̃ imperator in propria perſona ad obſidionẽ Cremæ venerit, & quõ diuerſis modis ibi pugnatũ ſit. CAPVT XLVIII.

HImperator aliam parãs profectionẽ, ad deuaſtandos fines Mediolanenſiũ, cũ in partẽ proceſſiſſet, & pabulatores in toto territorio, nec equis annonã inuenire potuiſſent, reuerſus cũ toto exercitu ad obſidionẽ Cremæ pergit. Tum demũ perituram ciuitatẽ metus inuaſit, magnaq; triſtitia habitatores eius occupauit. Erãt aũt & intus & foris vniuerſa plena tumultus, multaq; bellica inſtrumẽta & in oppido, & contra oppidũ fabricabanť. Erantq; deinceps quotidiana eorũ officia, hi quidẽ excurſus, iſti vero aſſultus moliri, magnaq; vi omnibus ibi diebꝰ certatur. Nam ad portas vbi quiſq; principũ curabat eo acerrime niti, neq; alius in alio magis q̃ in ſe ſpem habere, pariterq; oppidani ſimiliter agere, omniaq; ad defenſanda mœnia vtilia vario ingenio præparare, diffidentiã rei diſſimulare, interdũq; proſpera fortuna, interdum dolor eorꝫ ad multa facinora incitauit audaciam.

Quõ abſente imperatore grauiter pugnatũ ſit. CAPVT XLIX.

QVadam denicq; die dũ exploratũ fuiſſet Fridericũ pro viſenda conſorte regni imperatrice, quæ in vicino caſtro noĩe Sanbaſſan morabatur, e caſtris exiſſe, ad portam quã regalis familia ſeruabat, pene cũ ſexcentis erumpũt equitibus. magnoq; prælio inito, cũ diu Marte pari vtrinq; nihil aliud q̃ occiderẽt, tellus cruore manarit, noſtriq; q̃uis tam pudore, q̃ virtute ſumma vi reſiſtere conarenť, illud tamẽ efficere nõ potuerunt vt hoſtiũ manus ea die gradũ retro dediſſet. grauiter, fortiterq; illa die pugnatũ eſt. Nam ſi credere fas eſt, riuuli campeſtres perẽptorꝫ & ſautiatorũ vulneribus ſanguine infecti, ac prouecti, imbre cruoris augmentũ acceperunt. Veſpere facto vtrinq; diſcediť, illis intra ſepta, iſtis intra munimina muralis aggeris ſe recipientibus. Rediens Auguſtus, cũ de pertinaci hoſtiũ audacia cõperiſſet, indignatione ſimul & ira permotus eſt. vt qui iam pene in ſupremis ſe potius humiles, ac ſupplices exhibere deberent, incurſiones facerẽt, & victores ſuos ipſi tur-

bare nõ metuerent, ærumnoſa obſidione incluſi. Iam eñ ſæpenumero in eruptionibus ſuis, aut machinis flãmas inijcere, aut turres deſtruere, aut lœtali vulnere aliquos de noſtris ſautiare moliti ſunt, nullũq; ſpecimẽ audaciæ, aut oſtentationis fuit, quod illi futurorꝫ ignari prætermitterẽt. & dũ iam inclinata putareť eorꝫ ſuperbia, de patratis facinoribus tumidi gloriabanť. Erat autẽ videre miſeriam, quando hi qui foris, occiſorꝫ amputatis capitibus, eis quaſi pila ludebãt, & a dextra in leuam reiectis, crudeli oſtentui & ludibrio habebant. qui vero in oppido, inhoneſtum arbitrantes ſi quid minus auderent, captiuos noſtrorꝫ ſine miſericordia ſupra muros mẽbratim diſcerpẽdo, miſerabile p̃bebãt ſpectaculũ.

De pœna quã Princeps in captiuos eorꝫ exercuit. Item de inſania Cremenſium. CAPVT L.

EA calamitas pauliſper Friderico triſtitiã, & dignã indignationẽ cõparauit. Qui vbi impetũ inſanientiũ cõtinere nõ poterat, ac ſæuientium furorẽ reuerentia principis nõ cohibebat, placuit in contumaces vindictę ſeueritatẽ exercere. vt quos nõ correxit lenitatis patientia, ſaltem indubitati ſupplicij pœna coerceret. Iubet ergo de captiuis eorũ vindictam accipere, eoſq; pro muris iuſſit appendi. Cõtumax autẽ populus nimis de pari volens contendere, etiã ipſe quoſdã de noſtris in vinculis poſitos, eodẽ modo traxit ad ſupplicium, eoſq; cruce ſuſpendit. Tum Fridericus. Etiã ne periturí cõtra nos ipſa vos ex nr̃a citauit humanitas, & lenitate noſtra vobis aluiſtis audaciã. Iam quidẽ vobis pugnantibus alicq; diu pepercimus, captiuos veſtros miſerati ſumus, vadibus noſtris fidem ſeruauimus, inuiti muris veſtris machinas admouimus, ſemper cædis veſtræ cupidos milites cõtinuimus. Iſta omnia ſpernitis, & nefaria temeritate nos ad excidiũ veſtrũ, ad interitũ filiorꝫ, ſeu nepotũ veſtrorꝫ prouocatis. Vtar ergo iam deinceps belli legibus, contendam cũ pertinacia veſtra miníme parcens, qui vobis ipſis parcere noluiſtis. Hæc dicens vehementer iratus, q; in ſorte captiuorꝫ cõſtituti, æquales cũ victoribus conditiones ſibi ponerent, voce præconis declarari iuſſit, ne vlterius ad ſe confugerent neue fidẽ ſperarent, nulli eñ eſſe parcẽdũ. cunctis aũt viribus dimicarẽt, quantum poſſent ſaluti ſuæ cõſulerent. iam eñ ſe omnia iure belli geſturũ. Itaq; obſides eorꝫ numero. xl. adduci iubet vt ſuſpẽdanť. Tum interim adducunť captiui quidã de nobilibus Mediolanenſiũ ſex milites, qui deprehenſi fuerant, vbi cũ Placẽtinis perfida miſcebant colloquia. Nã vt ſupradictũ eſt, Placẽtia principi etiã tunc ficta deuotione, & ſimulata adhærebat obediẽtia. Erat aũt vnus de captiuis qui ducebanť, nepos p̃ſulis Mediolanẽſis, vir diues, & cuiꝰ cõſilio Ligures vniuerſi plurimũ niterenť. Hos q̃q; cõtempta multa pollicitatione pecuniæ duci iubet ad ſupplicium, ſimiliſq; his qui & prioribus vitæ finis extitit.

De varia illorꝫ miſeria, & miſerabili eorꝫ cõqueſtione. CAP. LI.

IAmq; ad ciuitatis pernitiẽ machinæ plurimæ admouebanť, iam turres in altũ extructæ applicari cœperant. Tum illi ſumma vi atq; pti nacia reſiſtere, atq; a muris turres arcere, ſuiſq; inſtrumentis validis ſaxorꝫ ictibus noſtras machinas impellere. Effrenatis vero animis princeps obſiſtendũ putans, obſides eorꝫ machinis alligatos, ad eorũ tormenta quæ vulgo mangas vocant, & intra ciuitatẽ nouẽ habebanť, decreuit obijcien-

dos. Seditiosi, quod etiã apud barbaros incognitũ, & dictu quidẽ horrendũ, au ditu vero incredibile, nõ minus crebris ictibus turres impellebant, neq; eos san guinis & naturalis vinculi cõmunio, neq; ætatis mouebat miseratio. Sicq; ali quot ex pueris lapidibus icti, miserabiliter interierunt. Alij miserabilius adhuc viui superstites, crudelissimã necem, & diræ calamitatis horrorẽ penduli expe ctabant. O facinus. Videres illinc liberos machinis annexos, parentes implora re, crudelitatẽ & immanitatẽ aut verbis, aut nutibus obiectare. e contra infœli ces patres pro infausta prole lamẽtari, sese miserrimos clamare, nec tamẽ ab im pulsionibus cessare. Consolatus est autẽ eos etiã aliquis eorũ, ita dicens. O beati quibus mori bene, cũ male viuere continget. ne timeatis mori, qui magna mala morte effugituri estis. Si viri fortes pro libertate certãtes essemus, nõ oporteret nos quoq; super hoc aut cunctari, aut expectare monitorẽ. Nam mors quidem libertatẽ animis prestat, valdeq; beati qui ꝓ patria mortui, immortalitatis ordi nem iam receperunt. Q̃ multi nostrorũ antecessorũ hac lege, taliq; conditione, alij torti, tamq; igne cũ verberibus excruciati obierunt. alij vero semesi a bestijs, ad secũdũ eorũ cibum viui seruati sunt. Miseriores nos vobis sumus, qui adhuc viuimus, qui sæpe mortẽ optantes nõ accipimus. Dum em̃ quisq; nostrorũ secũ reputans crudelem seu barbarorũ, seu gentiliũ suorũ seruitutẽ, videre coniuges ad turpitudinẽ duci, alius reuinctis manibus, voce filij patrẽ implorantis exau diet. Alius vero infœlices senes ad cineres patriæ videbit assidere. Hæc inquã quisq; nostrorũ considerans, aspicere solere durabit, etiã si viuere absq; periculo possit. O vtinã omnes fuissemus mortui, priusq; ciuitatẽ nostrã Cremonensium manibus videremus excindi, priusq; patriã sanctã Papiensiũ impietate fundi tus erui conspiceremus. Adhuc eũ orare cupientẽ omnes interpellebant, & effre nato quodã impetu ad iaciendũ incitabant. hoc speciẽ esse fortitudinis, rectiq; consilij existimantes, hostibus stuporẽ mentis, admirationẽq; audaciq; relinque re. Pauci quidẽ rationi cedentes, filijs consulere voluissent, alios autẽ liberorũ cædis amor inuasit, malorũ quæ subditi hostibus passuri fuerant, cogitationem habentes pro solatio necessitatis adcedere. Et Crema tunc tẽporis taliter affecta seu potius afflicta fuerat.

Quomodo Mediolanenses de obsidione cuiusdam castri fugati sunt. CAPVT LII.

AT Mediolanenses arbitrantes Fridericũ circa obsidionẽ Cremæ sol licitũ, alias laborantibus nõ posse succurrere. Egressi cũ turmis suis pene. xxx. milia hominũ, oppidũ quoddã versus lacũ Cumanũ Ma nerbe vocatũ, obsidione cingunt, aggeres instruunt, machinas ad mouent, oĩbusq; modis euersionẽ castri accelerare nituntur. Verũ comes Gosuui nus, qui tũc comitatũ Sefrenensem, & Martusanũ iussus a principe, satis ꝓuide administrabat, missos suos ad curiã dirigit, hostiũq; conamen denũtiauit, quid facto sit opus consulit, se quoq; copias quantas possit collecturũ, si ab exercitu aliquod sibi militiæ supplementũ destinet. Imperator cõtinuo quingẽtos equi tes armatos eo dirigere decernit. Comes etiã de suis colligens auxilia, nõ modi cum coadunauit exercitũ. Iamq; cõpositis rebus, Mediolanẽsibus se ostendere minitari, neq; prẽliũ facere, neq; otiũ pati, tantũmodo hostẽ ab incepto retinere. neq; copiã pugnandi facere, donec qui e castris expectabat miles superueniret.

Rati Ligures id quod negotiũ poscebat, imperatorẽ laborantibus suis auxiliõ venturũ, & indubitatũ præliũ futurũ, obsidionẽ dimittunt, fugãq; ineuntes ad ciuitatẽ euadere festinãt. Comes vt videt eos iam fugã cepisse, magna illos vi a tergo vrget, fugientibus instat, cædit, capit, copiosam prædã diripit. reliqui amis sis omnibus profugi, multiq; sautij, vix intra ciuitatẽ reuertuntur.

Quõ Placentini perfidia sua hostes pronuntiati sunt. CAP. LIII.

INter hæc Placentini multis argumẽtis detecti sunt studio rerum nõ uandarũ, niti cũ Mediolanẽsibus inire cõciliabula, frumentũ, aliaq; vsui necessaria clanculo illis ꝓuidere, quinetiã aliquos de suis Cre mensibus in auxiliũ destinasse. Imperator satius existimans habere detectos inimicos, cũ fictos amicos, pro eo q; vt dicit, Nulla pestis efficatior ad nocendũ, cũ familiaris inimicus. eosdẽ ꝓ perfidia sua, vt leuissimos, nec in hac, nec in illa parte fidẽ debitã habentes, hostes pronuntiant. Verũ res exigit, vt ad schisma Romanæ ecclesiæ, vnde digressi sumus, scribendo redeamus. Porro in hoc negotio lectorẽ admonitũ esse cupimus, vt nõ de nostro dicto vel scripto ve ritatẽ huius rei metiatur. sed quid rectius sit, quisve (vt ita dixerim) iustius in duit arma, ex collatione omniũ scriptorũ, quę vndiq; media discurrere, proprio disquirat iudicio. Nos em̃ si alterutrius partis res vel attolleremus, vel extenua remus, a ꝓposito decidere videremur. Nec vtiq; sanũ esset corpus reliquũ histo riæ, si hanc partẽ velut principale membrũ domestici fauoris morbus haberet.

Recapitulatio de schismate Romanæ ecclesiæ, & qñ vnus consecratus sit, & de hoc epistola eius. CAPVT LIIII.

IUisis, vt supradictũ est, in electione Romani põtificis cardinalibus clero ac populo Romano, cũ a suis cõsentaneis & sequacib⁹ alter. i. Octauianus in prima dñica mensis Octobris, alter. i. Rolandus in xviij. die mensis Septẽb. in episcopũ cõsecratus fuisset, vterq; literas q̃rũ tenor subiectus est, ad declarandã rẽ p mũdi partes destinauit. ¶ Victor ser uus seruorũ dei, venerabilib⁹ fratrib⁹ patriarchis, archiepis, epis, & charissimis filijs abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, & cæteris principibus, & egregiæ familiæ imperiali, in sacratissima curia dñi Friderici, serenissimi ac in uictissimi Romanorũ imperatoris cõmorantibus, Salutẽ & apostolicã benedi ctionẽ. Q̃ & inquantũ & ecclesiastici status decorẽ, & honorẽ Romani impe rij, & nobilitatẽ omniũ bonorũ hactenus syncere dilexerimus. & quæ mutuæ ca ritatis sint inuicẽ frequẽter exhibita, nequaq; credimus a vestræ magnitudinis excidisse memoria. Nũc autẽ tanto ꝓpensioris dilectionis efficatiã vobis & im perio cupimus exhibere, quãto deo auctore ad maiorẽ cõscendimus dignitatẽ. Quapropter vniuersitatẽ vestrã, de qua plene confidimus, plurimũ depcamur, vt ꝓ beati Petri apostolorũ principis reuerentia, & antiquæ dilectionis cõstan tia, q̃ inter nos inuiolabiliter ꝓseuerare dinoscit, dñm imperatorẽ inuictissimũ cõmonendo rogetis, quatinus imperio sibi a diuina clemẽtia cõmisso, & eccle siæ dei spõsæ Iesu Christi, cuius aduocatus & defensor diuinitus est cõstitutus, prouidere, & subuenire nõ tardet, ne in tanta discordia aduersariorũ malitia ne quiter prævalere, nauicula beati Petri procellis & tẽpestatibus suo tẽpore quas sari, & decus imperiale valeat aliquatenus obnubilari. Insuper vniuersitati ve

ſtræ dignũ duximus intimandũ,qualiter ad apoſtolatus officiũ dño cõcedente vocati fuerimus.Fœlicis memoriæ papa Adriano p̃deceſſore noſtro viã vniuerſæ carnis ingreſſo,in beati Petri baſilica tumulato, cõuenimus omnes de electione ſummi põtificis tractaturi. Poſt longã vero collationẽ,& diutinã deliberationẽ,diuina tandẽ inſpirante clemẽtia,electione venerabiliũ fratrũ noſtrorum eporũ, preſbyterorũ ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinaliũ, cleri quoq; Romani petitione,eiuſdẽ populi aſſenſu, etiã ſenatoriæ dignitatis honoratorũ,inſup capitaneorũ,ad ſummũ pontificatũ annuente deo canonice ſumus electi,& in ſede apoſtolica collocati, ac deinde prima dñica menſis Octobris benedictionis conſecrationẽ,& noſtri officij accepimus plenitudinẽ. Quocirca vniuerſitatem veſtrã humiliter deprecamur, quatinus nos apud ipm precib⁹ adiuuetis, a quo omnis eſt poteſtas, & honor dignitatũ. Si autẽ ex parte illius Rolandi quondã cancellarij, per conſpirationẽ & coniurationẽ contra eccleſiã dei, & imperium, Vuilhelmo Siculo aſtricti,qui die.xij.poſt electionẽ noſtrã ſe fecit intrudi,q̃d a ſeculis non eſt auditum,ad vos ſcripta peruenerint,tanq̃ mendacio plena,& a ſchiſmatico, & hæretico deſtinata reſpuatis, & aures veſtras nequaq̃ illis vllatenus præbeatis.Data Segni.v.Calen.Nouemb.

Quãdo Rolandus cõſecratus ſit,& de hoc epl'a eius p̃ ſua parte.CA.LV.

ALexander epũs,ſeruus ſeruorũ dei,venerabili fratri Gerardo epõ,& dilectis filijs canonicis Bononien̄,eccleſiæ,& legis doctoribus,cęterisq; magiſtris Bononiæ cõmorantibus,Salutẽ,& apoſtolicã benedictionẽ.Aeterna & incõmutabilis ꝓuidentia conditoris, ſanctã & immaculatã eccleſiã a ſuæ fundationis exordio,ea ratione voluit & ordine gubernari, vt vnus ei paſtor, & inſtitutor exiſteret, cui vniuerſi eccleſiarũ prælati abſq; repugnantia ſubiacerent,& membra tanq̃ ſuo capiti cohærentia, ei ſe mirabili quadã vnitate cõiungerẽt,& ab ipſo nullatenus diſſiderẽt. Qui vero apoſtolis ſuis p̃ eorũ fidei firmitate promiſit dicens, Ecce ego vobiſcũ ſum omnib⁹ diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi, ille proculdubio eccleſiã ſuã,cuius ipſe apoſtoli magiſteriũ aſſumpſerunt, ſua promiſſione fraudari nullo modo patiet̃, ſed eam in ſuo ſtatu & ordine,licet ad inſtar nauiculæ Petri fluctuare aliquãdo videat̃,perpetuo faciet permanere. Vnde & q̃uis hoc tp̃e tres falſi fratres,qui a nobis quidẽ exierunt,ſed nõ fuerũt de nobis,tranſfigurãtes ſe in angelos lucis, cũ ſint ſathanæ,inconſutilẽ Chriſti tunicã,quã vtiq; ipſe quidẽ ex perſona Pſalmographi a leonibus petit,& a framea eruí,& de manu canis orat ac poſtulat liberari,ſcindere & laniare laborẽt, Chriſtus tñ auctor & caput eccleſiæ,eã velut vnicã ſponſam ſuã prouida gubernatiõe tuetur,& nauẽ egregij piſcatoris,licet ſępius quatiat̃,a fluctibus nõ permittit naufragiũ ſuſtinere.Porro cũ anteceſſor noſter bonæ memoriæ Adrianus papa Cal'.Septẽb.Anaginę debitũ naturę ſoluiſſet,& de terris ad cœlũ,de imis migraſſet dño vocante ad ſuperna, eo Romã adducto,&.ij.Non.Septẽ.in eccleſia beati Petri,p̃ſentibus fere oĩbus fratribus ſatis honeſte(ſicut moris eſt)tumulato,cœperũt fratres & nos cũ eis ſcd'm eccleſiæ cõſuetudinẽ de ſubſtituẽdo pontifice in eadẽ eccleſia ſtudioſius cogitare.& tribus diebus de ipſa electione tractantes, tandẽ in perſonã noſtrã inſufficientẽ huic oneri,& tantę dignitatis faſtigio miníme cõgruentẽ,omnes quot q̃t fuerũt tribus tantũ exceptis,Octauiano,ſ.Ioãne de.S.Martino,& Guidone Cremẽſe,

Mathei.28.

Pſalmo.21.

ad Ephe.5.

deo teſte,quia mendaciũ nõ fingimus,ſed merã ſicut eſt loquimur veritatẽ,cõcorditer atq; vnanimiter cõuenerũt,& nos aſſentiẽte clero ac populo in Romanũ pontificẽ elegerũt. Quo vero,Ioannes & Guido,quos p̃notauimus,tertium Octauianũ noĩantes, ad eius electionẽ pertinaciter intendebant. Vnde & ipſe Octauianus in tantã audaciã,inſaniãq; prorupit,q; mantũ, quo nos reluctãtes & renitentes, quia noſtrã inſufficientiã videbamus, iuxta morẽ eccleſiæ, Odo prior diaconorũ induerat,tanq̃ arreptitius a collo noſtro ꝓprijs manibus violẽter excuſſit, & ſecũ inter tumultuoſos fremitus aſportauit. Cæterũ cũ quidã de ſenatoribus tantũ facin⁹ inſpexiſſent,vnus ex eis ſpiritu diuino ſuccenſus,man tum ipm de manu eripuit ſæuientis.Ipſe vero ad quendã capellanũ ſuũ,qui ad hoc inſtructus venerat, & paratus, illico flãmeos oculos fremebundus inflexit, clamans & innuens,& vt mantũ quẽ fraudulenter ſecũ portauerat,feſtinãter aferret. Quo vtiq; ſine mora delato, idẽ Octauianus abſtracto pileo,& capite inclinato,cunctis fratribus aut loco inde,aut voluntate remotis, mantũ p̃ manus eiuſdẽ capellani,& cuiuſdã clerici ſui ambitioſus aſſumpſit,& ipſe idẽ quia nõ erat alius,in hoc opere capellano & clerico extitit coadiutor. Verum ex diuino credimus iudicio cõtigiſſe,q; ea pars manti quæ tegere anteriora debuerat,multis videntibus & ridentibus poſteriora tegebat. Vt cũ ipſe idẽ hoc emẽdare ſtudioſius voluiſſet, quia capitiũ manti extra ſe raptus nõ poterat inuenire, collo fimbrias circũduxit, vt ſaltẽ mantus ipſe appẽſus ei quodãmodo videret. Sicq; factũ eſt, vt ſicut tortæ mentis erat, & intentionis obliquæ, ita ex tranſuerſo & obliquo mantũ fuerit in teſtimoniũ ſuæ damnationis indutus. Quo facto,portæ eccleſiæ,quæ firmatæ fuerãt,reſeranẽt.& armatorũ cunei,q̃s ſicut ex re apparuit,pecuniæ largitione cõduxerat,euaginatis gladijs cũ imenſo ſtrepitu cucurrerunt.& peſtis illa mortifera,quia cardinales epos nõ habebat,armatorũ caterua militũ vallabat.Fratres vero facinus tam imenſum,& a ſeculis nõ auditũ ex inſperato videtes,& formidantes,ne a cõductitijs militibus trucidarenẽ,ſeſe in munitionẽ eccleſiæ nobiſcũ pariter receperũt, ibiq; nouem diebus cõtinuis, ne exinde libere exiremus,fecit nos quorundã ſenatorũ aſſenſu, quos pecunia oblata corruperat,die noctuq; armata manu cũ omni diligẽtia cuſtodiri.Sane populo inceſſanter & iugiter acclamante,& in ſenatores p̃ tanta impietate multa immanitate fremente,de cuſtodia fuimus illius munitionis erepti,ſed in artiori & tutiori loco apud tranſtyberim nos idem ſenatores recepta inde pecunia poſuerunt.Cũq; morã ibidẽ ferme p̃ triduũ feciſſemus,vniuerſo populo tantã p̃ditionẽ,atq; malitiã de cætero nullatenus ſuſtinẽte, ſenatores cũ nobilibus & populo veniẽtes,nos & fratres noſtros p̃ vrbẽ magnifice & honorifice cũ imenſis laudib⁹ & p̃conijs, campanis etiã in tranſitu noſtro pulſantibus, cõduxerũt. & ſic tandẽ a violẽtia p̃ſequẽtis erepti,& noſtrę reddíti libertati,ſequẽti die dñico venerabilibus fratribus noſtris Gregorio Sabinenſi,Hubaldo Hoſtienſi,Bernhardo,Vualthero,Iulio epis.cardinalibus q̃q; abbatibus,prioribus,iudicibus aduocatis,ſcrinarijs,primicerio,& ſchola cantorũ,nobilibus etiã,& quadã p̃te de populo vrbis,apud Nunphã nõ longe ab vrbe inſimul congregatis, munus cõſecrationis accepimus.& ſicut in Romana eccleſia moris eſt,ibidẽ põtificali regno magnifice fuimus ac ſolẽniter coronati. Cæterũ p̃dictus Octauianus cũ p̃ cõſecratione,imo execratiõe ſua,dũ & in vrbe eſſet,& poſtq; latẽter vrbẽ exiit,multos epos cõuocaſſet,nullũ prorſus p̃ter vnũ Ferentinatẽ videlicet epm,

habere potuit,pro ſua temeritate & veſania cõfirmanda.Quoſdã tñ eꝑos imperialibus minis,quoſdã violentia laicali,quoſdã vero pecunijs & blanditijs allicere voluit,ſed nil dño impediẽte ꝓfecit.Vnde nec adhuc inuenire poteſt, licet omnibus modis enitat,qui ei manus execrationis imponat,& ſe tantę faciat pſumptionis & impietatis auctorẽ.Verũ memorati Ioannes & Guido,cæcitatis
Prouer. 18. tenebris obuoluti,qm̃ ſcriptũ eſt,Peccator cũ venerit in ꝓfundũ malorꝫ, cõtemnet,nec ſic a ſua pſumptione damnabili reſipiſcũt,ſed eundẽ Octauianũ,quẽ ſibi in ſtatuã erexerũt,obſtinata ꝓfidia venerant. & eũ relicta vnitate eccleſiæ pſumũt vſq; adhuc tanq; idolũ aut ſimulacrũ adorare. Ipſe aũt Antichriſti tẽpora præfigurans,vſq; adeo erectus eſt ſupra ſe,vt etiã in tẽplo dei ſederit, oſtẽdẽs ſe tanq; ſit deus.& multi abominationẽ deſolationis ſtantẽ in loco ſancto,non ſine multa lachrymarũ effuſione,corporeis oculis inſpexerũt. Sane nos infirmitatẽ noſtrã,& virtutũ indigentiã cognoſcẽtes,noſtrũ in dñm iactamus cogitatũ ſperantes & de Chriſti miſericordia pleníus cõfidentes,ꝙ eccleſiã ſanctã ſuã,ꝑ qua ipſe idẽ in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, vt eam ſibi nõ habentẽ rugã aut maculã exhiberet,optata faciet in tranquillitate lętari,& ꝓcellaꝫ oĩm inundatione ſedata,nihil erit quod iam ei poſſit obſiſtere,vbi vnicus eius ſponſus voluerit nubiloſa quæq;,& noxia ꝓpulſare.Nunc igiť quia nos de noſtrorꝫ meritorũ qualitate diffidimus, & de honeſtate & religiõe veſtra plenã habemꝰ fiduciã,veſtris & vniuerſalis eccleſiæ precibus infirmitatẽ noſtrã petimus adiuuari.Charitatẽ veſtrã ꝑ apoſtolica ſcripta rogantes,& cõmonẽtes attẽtius,vt ſicut viri catholici vos ꝓ domo dñi muros inexpugnabiles opponatis, & in deuotione ac fidelitate matris veſtræ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ immobiliter perſiſtẽtes,ab eius vnitate nullatenus recedatis.ꝙ ſi præfatus vir impietatis,ad partes veſtras aliqua damnationis ſuæ ſcripta tranſmiſerit, ea ſicut reſpuenda ſunt reſpuatis,& tanq; vana ac ſacrilega cõtemnere,& abijcere ſtudeatis.Nouerit inſup diſcretio veſtra,ꝙ nos ſupranominatũ Octauianũ, apoſtaticũ & ſchiſmaticũ in octauo die a cõſecratione noſtra,tunc eĩ terminũ ei reſipiſcẽdi,& ad vnitatẽ matris eccleſiæ redeundi prefiximus, tanq; inobedientẽ & contumacẽ, & illos qui ei manus præſumerent, nõ dicimus cõſecrationis, ſed execrationis imponere,& de cõi fratrũ noſtrorꝫ eꝑorꝫ & cardinaliũ volũtate atq; cõſilio,accenſis candelis,& cœtu clericorꝫ in eccleſia cõgregato,vinculo anathematis & excõmunicationis aſtrinximus,& eos cũ ſuo auctore diabolo cõdẽnauimus.

Epiſtola cardinaliũ vnius partis. CAPVT LVI.

Venerabilibus in Chriſto fratribus patriarchis, archiepis, epis, abbatibus,ducibus,principibus,p̃poſitis,prioribus,& cæteris eccleſiarũ prelatis,ad quos literę iſtæ puenerint,Ymarus Tuſculanus eps prior eꝑorꝫ,Ioannes tit.S.Syluestri & Martini,Guido Cremẽſis tĩ. S.Caliſti, ſanctæ Romanæ eccleſiæ pſbyteri cardinales, Rimundus diaconus cardinalis.S.Marię ī via lata,& Sy.S.Marię in Dominica,& Sublaceñ. abbas perpetuã in dño ſalutẽ.Exquo cõtra honorẽ eccleſiæ dei & imperij amicitia inter dñm papã Adrianũ, & Vuilhelmũ Siculũ apud Beneuentũ facta eſt, diſſenſio,& diſcordia nõ modica inter cardinales ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ non ſine cauſa oborta eſt. nobis ſcilicet qui honorẽ & dignitatẽ ſanctæ dei eccleſiæ, & imperij nullatenus diminui volebamus, amicitiæ quæ facta fuerat in detri-

mentũ eccleſiæ & imperij,nequaq; cõſentiẽtibus.alijs vero qui pecunia & mul tis ꝓmiſſionibus obcęcati,iam dicto Siculo tenebant aſtricti,cõuentionẽ ipam taliter(vt diximus)fabricatã,nequiter defendẽtibꝰ, & q̃plures in partẽ ſui erroris attrahẽtibus, noſtro conatui & voluntati totis viribus ꝓtinaciter reſiſtẽtibꝰ. Proinde ꝓcedẽte tpe cũ iã fama ferret imperatorẽ Italiã intraſſe,& plurimã eius partẽ ſuæ poteſtati ſubiugaſſe,p̃dicti fratres Siculo aſtricti, dñm papã ſollicitare,ac circũuenire omni ſagacitate cœperũt, qualiter aliqua occaſione aſſumpta dñs impator,& oẽs ſequaces eius excõicationi ſubderent,& nos ad id faciendũ vna cũ eis iuramẽto aſtringeremur.Nos aũt ecõtra diximus potiꝰ Siculũ excõicandũ,qui oĩa iura eccleſiæ tã ſpũalia, q̃ tpalia violẽter abſtulerat,q̃ impatorẽ qui eccleſiæ Romanæ & imperij iura fideliter laborabat recuperare, & eccleſiã de ſeruitute ad libertatẽ reducere.Hoc audiẽtes fautores Siculi, a iã dicto conſilio cũ rubore ſiluerũt.Eo igiť cõſilio,noſtro ſtudio,& exacta diligẽtia taliter caſſato,& exinde venerabili fratre noſtro Octauiano,tũc ſanctæ Romanę eccleſię pſbytero cardinali,nũc apl'icæ ſedis põtifice, vna cũ fratre Vuilhelmo pſbytero cardinali.S.Petri ad vincula,ad imperialẽ celſitudinẽ legationẽ fungẽte, dñs papa cũ ſibi cõſentiẽbus ſupradicti Vuilhelmi fautoribꝰ vrbẽ egreſſus, Anagiñ venit.Vbi tũc demũ manifeſta cõſpiratione oẽs p̃fati Vuilhelmi fautores in p̃ſentia dñi papę ſacramẽto firmauerũt,pſonã impatoris excõicationi ſubijcien dã,& extunc in antea eius honori & voluntati vſq; ad mortẽ imutabiliter cõtraire.& ſi cõtingeret dñm papã vita decedere, neminẽ ſe niſi de illis qui cõiuraverant,in pontificẽ eligere.Circũpoſitos inſup eꝑos,ne alicui electo in quẽ Siculi ſecta conſentiret,in cõſecratione manus imponerẽt,iuramẽto nihilominus conſtrinxerũt.Poſtmodũ iã ſepedicto patre noſtro Adriano Anagiñ Cal'.Septẽb. defuncto,oẽs illuc cõuenimꝰ,& cũ de corpore ſiue ibidẽ tumulãdo, ſiue Romã deferẽdo,nõ parua cõtentio oriret,tandẽ Romã corpore deportato,prius in verbo veritatis tale pactũ vnanimiter fecimus,& ſcripto mãdauimus,quale nũc ſequiť. ¶ In noĩe dñi amen.Cõuenerũt epi, p̃ſbyteri,diaconi,cardinales ſanctæ Romanę eccleſię,& ꝓmiſerũt ſibi inuicẽ in verbo veritatis,ꝙ de electiõe futuri põtificis tractabũt ſcd'm conſuetudinẽ iſtius eccleſiæ.ſ. ꝙ ſegregenť aliq̃ pſonæ de eiſdẽ fratribus,qui audiant voluntatẽ ſingulorꝫ,& diligẽter inquirãt,& fideliter deſcribant.& ſi deus dederit ꝙ cõcorditer poſſimus cõuenire,bene,ſinaũt, nullus procedat ſine cõi conſenſu.& hoc obſeruetť ſine fraude,& malo ingenio. ¶ Tali pacto in verbo veritatis firmato, poſt humatũ corpus in eccleſia beati Petri ad eligendũ põtificẽ cõuenimus.& iuxta p̃dictã cõſuetudinẽ pſonas,quę ſingulorꝫ volũtates diligẽter inquirerẽt,& audirẽt,ac deſcriberẽt ſegregauimꝰ. Sed cũ ꝓpter conſpirationẽ aduerſæ partis electio lente ꝓcederet,tertia die fere trãſacta, ad hoc tandẽ deuentũ eſt, ꝙ.xiij. cardinales ex aduerſo qui ſacramẽto cõſtricti tenebanť,Rolandũ cancellariũ noĩauerũt. Nos aũt,ix.numero,qui nefandi iuramenti exortes eramus, venerabilẽ fratrẽ noſtrũ Octauianũ p̃ſbyterũ cardinalẽ,virũ vtiq; honeſtũ & religioſum,ad regimẽ apl'icę ſedis, & ad cõcordiæ & pacis vnitatẽ inter eccleſiã & imperiũ reformandã ac cõſeruandã dignũ & vtilẽ eſſe cognoſcẽtes,elegimus.Cũ res taliter agereť, & partẽ cõtrariã pactũ q̃d in verbo veritatis firmatũ fuerat,penitus trãſgredi volentẽ ſentiremꝰ,pactũ ſup̃dictũ illis ad memoriã reducẽtes,auctoritate dei oĩpotẽtis,& oĩm ſanctorꝫ, atq; noſtra,eis penitus interdiximus,ne abſq; cõi cõſenſu oĩm, ſicut in pactiõe

cõtinet, vllatenus aliquẽ inmantarẽt. & Rolandũ cancellariũ eadẽ auctoritate ne ſuſciperet, nihilominus ꝓhibuimus. Qui dũ verba & ammonitiones noſtras vilipenderent, & Rolandũ cancellariũ manto feſtinarẽt induere, nondũ tñ illo induto, nos illoꝝ malitię potius cõtraire ꝙ cõſentire volentes, & ꝙd male conabant, miníme ꝓmittẽtes, ad petitionẽ populi Romani, electione vniuerſi cleri, aſſenſu retiã totius fere ſenatus, & omniũ capitaneoꝝ, baronũ, nobiliũ, tã infra vrbẽ ꝙ extra vrbẽ habitantiũ, noſtrũ electũ manto induimus, & intronizatũ in ſede beati Petri collocauimus. inde ad palatiũ eiuſdẽ acclamãte vniuerſo populo, hymnũ deo decantante clero, & oĩbus ſolẽniter adímpletis, honorifice deduximus. Aduerſæ vero partis cardínales retrocedentes, in caſtrũ beati Petri ſe cõtulerũt, ibiq; ꝓ dies octo, & amplius incluſi ꝓmãſerũt. Inde poſtmodũ ꝓ ſenatoꝝ res educti, extra vrbẽ ſeceſſerũt. &, xij. poſtea die, quod a ſeculo nõ eſt auditũ, in caſtro noĩe Ciſterna intra Aritiã & Terratinã, Rolandũ cancellariũ ĩmantauerunt, & in ſequẽti dñica execrauerũt. ac cõtinuo mittẽtes nuntios ꝓ vniuerſam Italiã, eꝑi ne ad cõſecrationẽ noſtri electi venirẽt, penitus diſſuaſerũt, minantes illis excõicationẽ & depoſitionẽ in ꝑpetuũ. Qui tñ in prima dñica mẽſis Octobris, auctoritate dei honorifice cõſecratus eſt. Rem qualiter facta eſt, veſtræ fraternitati inſinuauimus, nihil ꝓter veritatẽ adnectentes, teſte deo, qui falli nõ poteſt, & ſi angelus de cœlo aliud euãgeliẓaret, a veritate penitus aberraret. Verũ tñ multa quę facta ſunt omittẽtes, iſta ꝓut breuius poſſum⁹, vobis ſignificam⁹, ne ꝓlixiore pagina aures veſtras oneraremus. Hæc itaq; aniaduertat veſtra fraternitas, quã deuotiſſime obſecramus, & admonemus, & modis omnibus quibus poſſumus exhortamur in dño, quatenus neq; per ſermonẽ, neq; ꝓ epiſtolã a veſtro ſenſu moueamini, ſed in veritate nobiſcũ firmi & ĩmobiles ꝑmaneatis.

Item epiſtola cardinaliũ alterius partis. CAPVT LVII.

RIderico dei gr̃a, glorioſo, illuſtri, magnifico & ſublimi Romanoꝝ imperatori, Gregorius Sabinenſis, Hubaldus Hoſtiẽſis, Iulius Prẽneſtinus, Bernardus Porten. Vualtherus Albaneñ. eꝑi. Hubertus ti. S. Priſcæ, Ioannes tit. ſctõꝝ Ioãnis & Pauli, Henricus tit. S. Nerei & Achillei, Ildebertus tit. baſilicæ. xij. apl'oꝝ, Ioannes tit. S. Añaſtaſiæ, Bonadies tit. S. Criſogoni, Albertus tit. S. Laurẽtij in Lucina, & Vuilhelm⁹ tit. S. Petri ad vĩcula ꝑſbyteri. Oddo. S. Gregorij ad velũ aureũ, Ro. S. Luciæ in ſepta ſolis. Iacinctus. S. Mariæ in Coſmidin, Oddo. S. Nicolai in carcere Tullij, Arde. S. Theodorici, Bo. ſctõꝝ Coſmæ & Damiani. C. S. Adriani. P. S. Euſtachij, & Io. diaconi cardínales, voluntate & ſpiritu in dño congregati, Salutẽ, & glorioſam de inimicis victoriã. Quanto excellentiæ veſtræ maior a deo collata eſt, & attributa poteſtas, & quanto ſublimiorẽ inter mortales dignitatis locũ conſtat vos obtinere, tãto amplius imperialẽ cõuenit maieſtatẽ, ſacroſanctã Romanã eccleſiã ſpecialẽ & vnicã matrẽ veſtrã in omnibus honorare, & ei ſemp, & præſertim neceſſitatis tpe ſalubriter atq; vtiliter ꝓuidere. Quid autẽ diebus iſtis in eadem eccleſia Romana cõtigerit, & ꝙ inauditum facinus ab his quos filios reputabat, aliquãtis diebus tranſactis fuerit perpetratũ, dignũ, ĩmo digniſſimũ eſt nos imperiali celſitudini noſtris literis aperire. Nuper ſiquidẽ cũ dñs noſter, bonæ memoriæ Adrianus papa, Cal. Septẽb. apud Anaginã debitũ naturæ ſoluiſſet, & de terris ad cœlum, de imis migraſſet vocante dño ad ſuperna, tres falſi fratres,

Octauianus, f. & Ioannes de ſancto Martino, & Guido Cremenſis, qui a nobis quidẽ exierunt, ſed nõ fuerũt de nobis, tranſfigurantes ſe in angelos lucis, cum ſint ſathanæ &c̃. Et infra. Ad hęc nouerit ſublimis gratia veſtra, ꝙ Otto Palatinus comes, occaſione de intruſione Octauiani ſuſcepta, prefatũ dñm noſtrũ, & nos omnes plurimũ infeſtauit, & eccleſiã dei niſus eſt ſcindere, & multipliciter abſq; rationabili cauſa turbare. Campaniã ſiquidem, & patrimoniũ beati Petri cũ intruſo & apoſtatico Octauiano violenter intrauit, & terrã ipſam ſtuduit ei quibuſcũq; modis ſubiugare. Nos itaq; & tota eccleſia dei nobiſcũ maieſtatem veſtrã ſuppliciter exoramus, vt tam violẽta intruſione ita ſicut eſt intellecta, & diligenter inſpecta, qualiter vobis ad ſalutem animæ veſtræ, & honorẽ imperij ſuper tanto negotio ſit procedendũ, diligẽter attendatis. Conſiderate, & aduertite, qualiter circa ſacroſanctã Romanã eccleſiã, & circa vnicũ ſponſum eius dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, ſine quo nec regnũ poteſt aliquis obtinere terrenũ, nec acquirere ſempiternũ, oporteat vos habere, & qualiter eam ab impugnatoribus, & præſertim ab ſchiſmaticis, & hæreticis ex imperialis officio dignitatis protegere debeatis modis omnibus, ac tueri. Nos ſiquidẽ vos ſicut ſpecialẽ defenſorẽ, & patronũ eccleſiæ Romanæ modis oĩbus honorare intendimus, atq; ad augmentũ gloriæ veſtræ, quibus modis poſſumus, cũ deo aſpiramus. Rogamus autẽ, & inſtantius ſupplicamus, vt matrem veſtrã ſanctã Romanã eccleſiã diligatis, & honoretis, & ad pacem, & tranquillitatẽ ipſius, quibus modis imperialem cõuenit excellentiã, intendatis, & tantam præfati inuaſoris atq; ſchiſmatici iniquitatẽ nullatenus foueatis.

Qꝛ ꝓ terminãdo ſchiſmate prĩceps ad ſe vtraſq; partes iuitauit. CAP. LVIII.

RIdericus ancipiti malo noui ſchiſmatis permotus, conſilio principum decreuit dare operã, ne quid exinde ſeu ſtatus eccleſię, ſeu reſp. imperij detrimẽti caperet. Audiens itaq; vtrũq; electum in epiſcopatus ordinẽ conſecratũ, alterũ ab altero excõmunicationis ſententia cõdemnatũ, ſine iudicio eccleſiæ cõtrouerſiã terminari poſſe nõ putauit. Auctoritatẽ autẽ cõgregandi concilij, exemplo antiquoꝝ imperatorũ, verbi cauſa, Iuſtiniani, Theodoſij, Caroli, ſibi cõgruere putans, litiſq; deciſionẽ legitimã eſſe non poſſe, niſi partibus hincinde cõgregatis cõſideras, ad citationẽ amborũ, venerabiles viros, & prudentes, Danielem Pragenſem, & Hermannũ Ferdenſem epiſcopos dirigit, cum literis, quarũ exemplar hoc eſt.

Epl'a imperatoris ad Rolandũ, & cæteros cardinales de hoc. CAP. LI.

RIdericus dei gratia Romanoꝝ imperator, & ſemp Auguſtus, Rolando cancellario, cæteriſq; cardinalibus, qui eũ elegerũt Romanũ pontificẽ, Salutẽ & omne bonũ. Quoniã diuina præordinãte clemẽtia, Romani imperij gubernacula ſuſcepimus, oportet vt in oĩbus vijs noſtris ipſius, legẽ cuſtodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis noſtræ apicẽ adepti ſumus. In hoc itaq; ſacratiſſimo ꝓpoſito cõſtituti, cũ oĩbus eccleſijs in imperio nr̃o cõſtitutis debeamus patrocinari, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tanto ꝓpẽſius debemus ꝓuidere, quãto ipſius cura & defenſio a diuina ꝓuidẽtia creditẽ eſſe cõmiſſa nobis ſpeciali⁹. Eapropter de diſcordia, quę in ſubſtituendo Romanũ pontificẽ inter vos ſuborta eſt, plurimũ dolemus, timentes

ne occasione huius schismatis ecclesia, Christi sanguine redēpta debeat dilacerari, pīsertim cū robur ecclesię foris tutubare videat, qm̄ vnitas ipsius scissura domestica interius dilaniat. Vt aūt huic pesti cōpetens, & deo gratū exhibeamus remediū, religiosorū virorū cōsilio generalē curiā & cōuentū in octaua Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandā. Ad quā euocauimus totius imperij nostri & aliorū regnorū. s. Angliæ, Franciæ, Vngariæ, Datiæ, archiepos, epos, abbates, & viros religiosos, ac deū timētes. quatenus remoto omni seculari iudicio, hoc tā magnū eccl'iæ negotiū ecclesiasticarū tantū pīsonarū, sentētia ita sopiat, vt & deo debit⁹ exinde honor deferat, & ecclesia Romana sua integritate & iustitia nō possit a quoq; priuari, vel status vrbis, quæ caput imperij nostri est, inquietari. Proinde eruditioni vestræ mandamus, & ex parte dei omnipotētis, & totius ecclesiæ catholicæ præcipimus, vt ad eandē curiā siue conuentū veniatis, ecclesiasticarū pīsonarū sententiā audituri & recepturi. Testis em̄ nobis est deus, quia in hac curia nec amore, nec odio alicuius pīsonę quicq; aliud quęrimus, q̄ honorē dei, & ecclesiæ suæ vnitatē. Q; si ad tam celebrem ecclesiæ conuentū examinationis causa venire volueritis, charissimi principes nostri & ecclesiæ catholicæ Hermānus Ferdensis, Daniel Pragensis, patres & epi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, vna cū comite Palatino, consanguineo nostro, alijsq; legatis nostris, securū vobis conductum præstabunt. Si vero iustitiā dei & ecclesiæ in tam solenni conuentu recipere nolueritis, videat deus, & iudi-
Psal. 143. cet. Nos autē ipsius fauēte gratia, qui dat salutem regibus, iustitiā dei, quæ nullum magis q̄ imperatorē Romanū decet, prosequemur.

Itē epistola principis de eadē re, ad epos transmōtanos. CAP. LX.

PRro literæ quibus ad tantā discussionē transmōtanos epos inuitauit, istæ p exēplo sufficiant. ¶ Fridericus dei gratia Romanorū imperator, & semp Augustus, Herimāno Brixinēsi epo salutē & omne
Lucæ. 22. bonū. Q; in passione sua Christus duobus gladijs cōtentus fuit, hoc in Romana ecclesia, & in imperio credimus mirabili puidētia declarasse, cū p hæc duo rerū capita & principia totus mūdus tam in diuinis, q̄ in humanis ordinet. Cūq; vnus deus, vnus papa, vnus impator sufficiat, & vna eccl'ia dei esse debeat, quod sine dolore dicere nō possumus, duos apostolicos in Romana ecclesia habere videmur. Defuncto itaq; Adriano papa in Cal'. Septē. cardinales qui columnæ īmobiles esse videbant, quibus sancta & vniuersalis firmissime
ad Phil'. 2. inniteret ecclesia, nō q̄ dei sunt, sed sua q̄rētes, & vnitatē ecclesię scindētes duos pōtifices elegerūt, & ambos cōsecrauerūt. Pro tāta nāq; & tā pnicīosa eccl'iæ iactura tota nimirū Italica ecclesia cōturbat, & dissensiones schismate orto ī capite, iā in inferiora mēbra defluxisset, & totū ecclesiæ corpus defœdasset, nisi nos cōsilio & auxilio religiosorū virorū, qui spiritu dei agunt, tā īpudicæ iniquitati iustitiæ rigorē opposuissemus. Ne itaq; in tantæ discrimine discordiæ vniuersalis ecclesia periclitari possit, Romanū imperiū, q̄d ad remediū tā pnitiosi morbi diuina clemētia puidit, vniuersorū saluti debet sollicite puidere, & ne tanta mala in ecclesia dei pmineant, futuris casibus sollerter obuiare. Coadunatis itaq; in vnū oībus epis, tam Italicis, q̄ Teutonicis, cæteriscq; principibus, ac viris religiosis, qui çelū dei & eccl'iæ habere videbant, quod facto opus esset diligēter inuestigauimus, ex decretis Romanorū pontificū, & statutis ecclesiæ veraciter

accipientes, q̄ exorto schismate in Romana ecclesia ex duorū apostolicorū dissensione, ambos vocare, & scd'm sententiā & cōsiliū orthodoxorū litē decidere deberemus. Ex cōsilio itaq; omniū qui aderāt eporū, cæterorūq; principū, curiā solennē, & generalē conuentū omniū ecclesiasticorū virorū, in octaua Epiphaniæ Papiæ celebrandā indiximus. ad quā ambos qui se dicunt Romanos pōtifices vocabimus, omnesq; epos imperij nostri, & aliorū regnorū, Franciæ videlicet, Angliæ, Hispaniæ, atq; Vngariæ, vt eorū in pīsentia nostra iusto declaretur examine, quis illorū regimen vniuersalis ecclesię de iure debeat obtinere. Quia vero ad vnitatē ecclesiæ reformandā sapientia admodū nobis necessaria est, vt ea nequaq; carere valeamus. Dilectionē tuā attentissime rogamus, & rogando cōmonemus, quatenus pro fidelitate ecclesiæ & imperij, ad prædictam curiam omni occasione remota venias, vt in aduentu tuo vnitas, & pax, & trāquillitas eccl'iæ reformet. Interim aūt pdictę scissurę ī neutrā partē assensum tuū declines, nec tanq; iustā & rationabilē aliquatenus recipias. Data Cremę. x. Cal'. Nouēb.

De callidítate Cremensiū cōtra nostros. CAPVT LXI.

NAm vero ad ea quę apud Cremā gesta sunt, res exigit vt reuertamur Cremenses vt supra dictū est, tam in vadibus, q̄ in captiuis suis male affecti, cū ab excursibus & audacia temeri paululum quieuissent, alio ingenio, alioq; cōmento nostros fallere cogitant, & subuertere. Quædā em̄ instrumēta fabricant, muscipulis quidē similia, sed p qualitate humani corporis fortiora, eaq; p vias circaq; vallūt, dispergūt, quibus ignari multi hęrentes, aut capi facile poterant, aut occidi. Item fossas q̄ plurimas hincinde desuper leui operimento cōtegunt, quas illapsi similiter aut capiebant, aut occidebant. Eiusmodi & alij multi latrocinales doli, tam ad rapinas, q̄ ad incendia machinarū cū assidue fierēt ab his qui intra munitionē erant, Fridericus & calliditate simul & audacia eorū magis irritabat. Et quia penuria ciuitatē capere desperasset, abundabant em̄ frumēto, iterū consiliū ad vim atq; arma cōuertit. Omnibus agminibus id maxime cupientibus, qui iam longæ obsidionis tedio affecti, varijsq; laboribus attriti, mœrore tenebant, bellumq; quoquo modo finiri optabant. Sextus em̄ iam mensis erat exquo ciuitas obsessa fuerat, hyemsq; pluuiosa, & gelu asperrima illo anno plus solito inhorruerat.

De expugnatione Cremæ p machinas. CAPVT LXII.

ITaq; admotis oībus machinis, ad occupandā ciuitatē hortat' exercitū, turresq; in excelsum erectas ferro, variaq; materia vndiq; tectas, vt & pōdere stabiles essent, neq; ignibus expugnarent, sup aggeres collocat, iaculatorijs & sagittarijs, militūq; fortissimis plenas. Qui cū nō cōspicerent, ipsi eos qui vel sup murū astarēt, vel in ciuitate deambularēt facillime cernerēt, telisq; appeterent. cū illi neq; a vertice venientes sagittas facile declinare, neq; vlcisci possent, quos nō viderent. Quotiēs aūtē ignito ferri pondere, & adunco, quo leuius hæreret, machinas attentabant, qui desup erant aquis ignē restinguendo, vncos aūtē & hamos ferri contis proceris & sudibus dissoluendo, conatus eorū in irritū reuocabant. In his em̄ falces allīgarant, vt si quid de materia, quæ cōtra ictus machinarū turribus allīgata fuerat, ignis corrupisset, statim abscinderent. Et Cremenses quidē ita resistebant, q̄uis multi in dies singulos occumberent, cōtraq; parum mali hostibus facerent.

De vltimo & atrocissimo certamine patrato. CAPVT LXIII.

ET qm̃ ad finẽ huius obsidionis tendimus, ad alia ꝓperantes, vltimũ prelĩũ, quod & maximũ, paulisper attingere libet, ꝓ eo ꝙ & atrox, & vario euẽtu gestũ est. Impator cernẽs oppidanos neq; seipsos missereri, neq; ciuitati parcere velle, generalem aggressionẽ fieri statuit. Electis ergo de singulis agminibus viris fortissimis, intra machinas turriũ eos collocat, varijs quidẽ locis, alios superiores, alios inferiores. vt dũ inferiores ciuitatẽ ꝑ murũ ingressuri põtes applicarẽt, superiores eos iaculis & sagittis, quo minus ab hostibus læderent, defenderẽt. Erant turres ipsæ nimia ꝓceritate mirabiles, supra. c. pedes ĩ altũ erectæ, multoꝝ hoĩm ꝑ singula diuersoria capaces. Reliquũ exercitũ circa muri ambitũ distribuit, p̃cipiẽs qñ pontes admoueri cepissent, ipsi q̃q; singuli cõtra quẽ starent locũ aggredi, murũq; vel transcendere vel irrumpere conarent. Ipse quidẽ vtrinq; ita disposuit. Ciuitatis aũt populus postq̃ oppidũ vndiq; videre circũdatũ, armisq; oĩa cõlucere, tubicines q̃q; vni uersoꝝ agminũ, & signiferos cõgregatos, vt signo dato vndiq; eos inuaderẽt, nõ segniter se & ipsi cõmuniunt. magnaq; audacia sup muros, & in suis machinis quas gattas appellant, operiunt. vt cũ admouerent pontes, ipsi eos vel occuparent, vel deijcerent, murũq; scalis ascendere niterites, vario modo deterrerẽt. magna tunc animi facinora demõstrantes, ne vel in extremis calamitatibus deteriores nostris viderent. Iam pontes admoti fuerant, iam tota acies in muro pedem ponebat. Tum Cremenses callide se intra suas machinas occultantes, primos quidẽ & de subtus, & supra grauiter excipiunt, posteriores autẽ tormẽtoꝝ ictibus deterrent, acies ꝑ muris pugnantiũ dissipant, & qui scalis, alijsq; instrumentis ascẽdere nitebant, impulsi deuoluebant a muro. Sed neq; nostris virtus in rebus aduersis, nec Cremẽsibus fœuitia defuit. Nempe vnus militũ nostrorũ noĩe Bertholfus de Arrar, qui cũ primis de põte saltu in ciuitatẽ deuenerat, circũdatus vndiq; ab hostibus, dum pugnando se fortissimũ ostendisset, multosq; solus vsq; ad magnã partẽ ciuitatis persecutus fuisset, a quodã retro lõga securi prostratus est. Nam in anteriori parte ꝑ medios ruentẽ vniuersi vitabant, audaciam hominis metuẽtes, pariter & admirantes. Quẽ tandẽ cũ occidissent, vnus de illis crudeliter in mortuũ sæuiens, cutẽ capitis vt dicebat, abstraxit. & prius decentissime capillatã galeę suæ affixit, ipse turpis & indecentissimus, nec viri fortitudine permotus, nec humanę cõditionis sortẽ miseratus. aliũ quoq; p̃cisis manibus ac pedibus, graue ludibriũ per plateas serpere permiserunt. Porro qui murũ transcendere conati sunt, q̃uis singillatim digni essent memoria, omniũ tamen fortissimus demonstratus est Otto palatij comes de Baioaria, qui sępius muro repulsus, sæpiusq; ante alios inceptum opus reuertens, virtute fortitudinis suæ toti huic ornamento fuit calamitati. Non tamẽ impune, nec longũ Cremenses hac fortuna vsi sunt. Nam de prominentia turriũ nostrarũ diuersis missilibus tot ea die vel occisi, vel vulnerati sunt oppidanorum, ꝙ muro anteriore pulsi, intra munitionẽ, quæ secundo muro erat accincta, confugerent, & tunc primo rebus suis desperarent.

Qualiter imperator propter excidiũ Cremæ, concilij diem prolongauerit. & quorum consilio Cremenses de pace tractauerint. CAPVT LXIIII.

IMperator videns excidiũ ciuitatis vicinũ esse, iam em̃ vires eorũ, & audaciã, labor, metus, & calamitas fregerant, concilĩũ quod in octaua Epiphaniæ celebrandũ fuerat, distulit, animũq; totũ ad subuersionẽ ciuitatis laxauit. Iã aũt inualida iuuenũ manus collapsa fuerat, multiq; in dies singulos iaculis & sagittis occũbebant. cũ vt dictũ est, ipsi cõtra nihil mali nostris facere possent. In tãtis ergo rerũ angustijs, cõsilio necessitatis adhibito, Peregrini Aquileiensis ecclesię Patriarchę, simulq; Henrici ducis Baioariæ & Saxoniæ colloquiũ expetunt. petentibusq; locus & hora datur, quando sapiẽtiores & maiores ciuitatis se dictorũ Heroum conspectui præsentarẽt. Mane facto, designata statione, cũ pars vtraq; adesset, patriarcha vir eruditus, plurimisq; virtutibus adornatus, & cui præter officij auctoritatẽ magna facundiæ gratiæ inerat, prior ad eos ita orsus memoratur.

Exhortatio Aquileien. patriarchæ, & respõsio Cremensiũ. CAP. LXV.

SIquidẽ nõ viderem vos ad sentiendũ quæ pacis sunt, esse incitatos, neq; populi Cremensis puriorẽ, syncerissimãq; vos partẽ, nõ processissem ad vos, neq; consulere confisus essem. Superuacua em̃, vt ait quidã, est de vtilibus oratio, qñ omniũ habitatoꝝ conspirat ad deteriora cõsensus. Quia vero aliquos quidẽ ætas malorꝝ belli nescios facit, quosdam vero inconsiderata spes libertatis, nõnullos quoq; auaritia succendit, pau corũ bonoꝝ consilio prouidendũ est, quẽadmodũ ipsi ab hoc errore corrigant. Quod si ab initio suscepti belli, puisum nõ est, sera saltẽ pœnitẽtia corrigat excessum. & qui in portu præcauere tempestatẽ noluistis, vel inter medias ꝑ cellas pro tẽpore rebus fractis consulatis. Subeat vobis, si non ciuitatis iam perditæ, iamq; subuersioni proximæ, saltẽ miseratio filioꝝ vestrorũ adhuc superstitum, atq; cõiugũ. Parcite reliquijs hominũ, si parcere noluistis charis aditis paternorũ mœniũ. Experti feritatẽ Germanoꝝ, virtutẽ & magnitudines corpoꝝ, non dubitetis eos spiritus gerere maiores corporibus, & animas cõtemptrices mortis habere. Breuiter vobis quod sentio edam. Placet vt victori principi colla subdatis, expedit vt vniuersam salutẽ vestrã in deditionẽ, nõ in armis reponatis. Si em̃ spreta pace in defectione ꝑseuerantes eritis, haud dubie maioribus q̃ passi estis periculis subdemini. His dictis dolorẽ quẽ corde habebant, paulisper supprimentes, respondent se nõ aduersus principẽ, sed contra gentiles suos Cremonenses arma sumpsisse, olimq; sibi decretũ neq; his, neq; illis, sed soli deo & imperatori seruire voluisse, & in multis clarere, mortẽ eos indebitę seruituti prætulisse. fœdus cũ Mediolanensibus pepigisse, idq; donec deo placuerit, inuiolatũ custodisse. Iram se diuinã pro peccatis suis perferre, fortunã imperatoris præualere. Nam habentes armoꝝ abundantissimũ apparatũ, & alimentoꝝ nullã penuriã, manifestissime deo spem salutis auferente perdidisse. Rogare autẽ ne gentilibus suis Cremonẽsibus inimicissimis pœnas, sed soli principi coganꝫ p̃stare Optare se bello finẽ imponere, virtutẽ imperatoris se effugere non posse.

De cõditionibus pacis cũ Cremẽsib⁹, & triũpho principis. CAP. LXVI.

COgnito iam nominati principes ꝙ pacẽ cuperent, belliq; tedio affecti essent, verbũ eoꝝ curię perferunt. Placuit, de cõditionibus pacis agitur, diffinitꝫ, & sine cõtradictione ab oppidanis recipitꝫ. Erat autẽ pactum tale, ꝙ Cremenses ciuitatẽ dederent, ipsiq; vita sibi indulta

cū coniugibus ac liberis quouis eundi facultatē haberēt, de rebus suis quantū semel humeris efferre possent, secū exportarent. Mediolanenses vero & Brixienses, qui ad præsidiū eiusdē ciuitatis intrauerant, relictis ibidē armis, & omnib⁹ suis, vītā sibi ꝓ lucro existimarēt. Quibus omnibus tandem. vi. Calen. Febru. cōpletis, ipm castrū, egressis inde quasi. xx. milibus hominū diuersi generis, flāmis traditū, & militibus ad diripiendum permissum est. Peracto excidio, diuus Augustus toto exercitu iocundante, lętam victoriā acturus Papiā diuertit. Vbi vero eum appropinquare nuntiatū est, omnis multitudo ciuitatis obuia ꝓ vias & plateas, cū senibus & iuuenibus, cū cōiugibus & liberis præstolabat̄, & quo transiens diuertisset, eius maiestatē, vultusq; lenitatē omniū generū vocibus ꝓ sequebat̄, benemeritū triumphatorē, & salutis datorē, solūq; dignū Romanum principē appellari. Tota ciuitas veluti templū varijs ornamentis decorata erat, & diuersis odoribus aromaticis plena redolebat. Cū autē vix per circūstantiū multitudinē ad ecclesiā venire potuisset, anteq; in palatio se reciperet, omnipotenti deo, qui dat salutē regibus, pro adepto triumpho vota soluit, & gratulatoria sacra celebrauit. Conuentū quoq; quē in octaua Epiphaniæ habendū statu erat, in eadē Ticinensium ciuitate in Purificatione. S. Mariæ decreuit peragere. Porro de subacta, vel potius subuersa Crema, statim imperiales literę ꝓ ambitū regni dirigunt̄ in hunc modum.

Epistola imperatoris de victa Crema. CAPVT LXVII.

FRidericus dei gratia Romanoꝝ imperator, & semp Augustus. Scire credimus prudentiā vestrā, q; tantū diuinæ gratiæ donū, ad laudem & gloriā noīs Christi, honori nostro tam euidēter collatū, occultari, vel abscōdi tanq; res priuata, nō potest. Quod ideo dilectioni vestrę ac desyderio significamus, vt sicut charissimos, & fideles vos participes honoris & gaudioꝝ habeamus. Proxima siquidē die post cōuersionē. S. Pauli, plenā victoriā de Crema nobis deus cōtulit, sicq; glorioſe ex ipsa triumphauimus, q; tamē miseræ genti quæ in ea fuit, vitā cōcessimus. Leges em̄ tam diuinæ, q; humanæ summā semp clementiā in principe esse debere testantur.

De cōcilio apud Papiā, & exhortatione principis ad epos. CAP. LXVIII.

IMpus erat quo conciliū Papiæ indictū, celebrandū fuerat. idq; de vniuersis regni partibus, videlicet cisalpinis & transalpinis in vnū collecti archiepi, & epi, alijq; ecclesiarū prælati pēdula expectatiōe operiebant̄. Tum Augustus cōmonēs omnes ieiunioꝝ & orationū subsidijs ecclesiæ catholicæ causam deo cōmēdari, cū sacerdotibus, & omni populo auxiliū diuinū fida sanctoꝝ intercessione poscebat. Deinde conuocato in vnū concilio, cū resedisset, ait ad epos. Quāuis nouerim officio ac dignitate imperij penes nos esse potestatē cōgregandoꝝ cōciliorū, præsertim in tantis ecclesiæ periculis, hoc em̄ & Constantinus, & Theodosius, necnō Iustinianus, seu recentioris memoriæ Carolus magnus, & Otto imperatores fecisse memorantur. auctoritatē tñ diffiniendi huius maximi, & summi negotij, vestræ prudentiæ, vestræq; potestati cōmitto. Deus em̄ cōstituit vos sacerdotes, & potestatē vobis dedit de nobis quoq; iudicandi. Et quia in his quæ ad deū sunt, nō est nostrum de vobis iudicare, tales vos, & taliter ī hac causa hortamur habere, tanq; solius

dei de vobis expectantes iudiciū. Cū hęc dixisset, ipse se concilio subtraxit, examen totū ecclesiæ, & ecclesiasticis quæ ibi innumerabiles erant, cōmittens ꝑsonis. Erant autē circiter quinquaginta archiepi & epi. abbatum, præpositoꝝ nō erat præ multitudine æstimatio. Legati quoq; diuersarū terrarū aderant, spondentes quicquid a synodo decretū foret, indubitanter a suis recipiendū.

Q; conciliū ꝓ Victoris parte sententiā dederit. CAP. LXIX.

REsidentibus itaq; epis, & clero vniuerso. vij. diebus causa ventilata est. tandēq; dño Octauiano, qui cū ꝑsens aduenisset, & haberet qui partē suā defenderēt, cessit litis victoria, & pro ipso cōciliū dedit sententiā cōdemnato Rolando, & reprobato, qui citatus legitime cōcilio se præsentare cōtumaciter abnuisse dicebat̄. Sæpius autē lectorē admonitū esse cupimus, vt in hoc facto ad disquirendā rerū veritatē nō nostra dicta consulat, sed literis & scriptis, quæ ad manus nostras venerunt, & huic operi inserēdę visæ sunt, innitatur. suo seruans arbitrio, quādo de hac cōtrouersia, & litis decisione, concilīq; iudicio sufficienter sibi fides facta videatur.

Rolandus damna

Epla canonicoꝝ. S. Petri Romæ, pro parte Victoris. CAP. LXX.

VNuictissimo & glorioſissimo dño suo Friderico Romanoꝝ imperatori, & semp Augusto, & venerabilibus patribus in Christi noie cōgregatis, fratres qui Romæ sunt, basilicæ. S. Petri principis apl̄oꝝ canonici, angeli magni consilij ꝑsentiā, & spiritussancti consolantē gratiā. Patres sanctissimi, quos deus elegit ad consolatiōnē mœrentiū, & delinquentiū correctionē, sicut ait Apl̄us, Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, intendite precibus nostris, & ad dolorē nostrū leniendū cōsolatiōis manū extendite. Tanta est em̄ tam diffusa mœroris nostri materia, vt vnde debeamus exordiū sumere, difficulter possimus inuenire. Verū quia materia doloris est & mœroris, a luctu & mœrore ordiri decreuimus. Attēdite ergo & videte, si est dolor sicut dolor noster, cū videamus mattē nostrā Romanā ecclesiā, quondā fulgentē, a filijs suis, imo alienis, quia mentiti sunt ei, quos enutriuit, & exaltauit, ipsi autē spreuerūt eam, cōtumelioſe euisceratā, & mēbris ex parte mutilatā, in cœno iacentē, cōtumeliā, iacturāq; suā nec sentientē. Vnde cū Hieremia plorante suæ Hierusalē destructionē, plorantes dicimus. Non crediderūt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniā ingrederet̄ hostis, & inimicus per portas Hierusalē. Vere Hierusalē erat mater nostra Romana ecclesia, quæ cūctis ad se venientibus, & querētibus pacē dabat. Nunc autē & dolentes dicimus, vt olim illa, Peccatū peccauit nostra Hierusalē, ꝓpterea instabilis facta est. Nec īmerito ꝓpter peccata ꝓphetarū eius, & iniquitates sacerdotū eius, errauerūt cæci in plateis, facies dñi diuisit eos. Et vere. Vultus em̄ dñi sup facientes mala, vt perdat de terra memoriā eoꝝ. Vnde plurimo rubore diffundimur. Vere peccatū peccauit hoc tempore nostra Hierusalē, inuidia & odio, & iniquitatibus multis. quæ quia ꝓ oīa longū est enarrare, ad ostendendā Romanā electionē, & causam discordię declarandā ꝓpositū cōuertemus. Dño igit̄ papa Adriano fœlicis memoriæ, prima vigilia Cal̄. Septēb. viam vniuersæ carnis ingresso, cōuenit ilico maxima multitudo, cū quibus & senatores affuerūt, quoꝝ consilio corpus Romā delatū est. Inter cardinales vero cōtentione crescente, cōuenit tandē inter eos vt

1. Thessa. 5.

Treñ. 4.

ad Gala. 4.

Treñ. 1.

Psal. 33.

Romã redirent,& concordem electionẽ facerent de aliquo cardinaliũ. Quod si non possent,quærerent extraneam personam. Quod si nec sic possent cõuenire, ab electione quiescerent, donec inuenirent idoneum virũ, quẽ concorditer eligere deberent. Et hoc vnanimiter ab omnibus confirmatũ est. Post hoc autẽ statim Romã redierunt. Dominus Octauianus,& quidã alij accesserunt ad obsequiũ defuncti. Quidam vero alij præmiserunt auctorẽ scelerũ Bosonẽ primogenitum Sathanæ, vt munitionẽ beati Petri occuparet, cuius custodes fidelitatẽ ei iurauerant,domino papa Adriano viuẽte, eumq; postea subsequentes eandẽ munitionẽ conscenderunt. Dominus autẽ Tusculanus palatiũ ascendit. Dominus Octauianus & dominus Rolãdus cancellarius ad domos nostras venerũt, & quidam alij. Vocati aũt isti ab illis qui munitionẽ obseruabant, responderũt se nunq; ascensuros in munitionẽ, Bosonẽ verentes, ne sicut eis relatũ fuerat, a iuratis Bosonis caperentur. Et dominus cancellarius, Vadam inquit, & eos ad vos descendere faciam. Iuit cum eo diaconus de carcere,nec redierunt. & sic per biduũ de loco vbi electionẽ facerent,conuenire nequiuerunt. Tandem die sabbati descendentibus illis de munitione,ascenderunt omnes post altare beati Petri,& cœperunt de electione tractare. Cumq; cõuenire nõ possent, dixerunt isti qui concordiã & pacem ecclesiæ desyderabant. Date nobis electionem,& eligemus vnum de vobis, aut habeatis vos electionẽ, & elígite quẽ vultis de nobis vnum,& noluerunt. Surrexit tandem velut iratus Otto, diaconus. S. Georij, & Adebaldus Crassus,cardinalis. S. apostolorũ, & Ioannes Neapolitanus, & accepto manto voluerũt immantare dominũ Rolandũ cancellariũ. sed saniore & meliori parte cardinales ex parte dei omnipotentis, & beatorũ principũ apostolorum Petri & Pauli,atq; totius ecclesiæ auctoritate prohibente,nõ potuerunt. Facta autẽ hac prohibitione,iterũ eum inmantare attentauerunt,nec potuerũt, & cancellariũ cũ manto nullo modo tetigerunt, per eos tamen nõ stetit quin immantaret. Cęterũ clerus Romanus, qui in ecclesia beati Petri pro electione summi pontificis cõuenerat,audito clamore cucurrerunt, circundantes dñm Ottonem,qui erat cũ cardinalibus iuxta altare beati Petri,& clamauerunt omnes dicentes. Dominũ Octauianũ eligite, per quẽ solum ecclesia pacẽ potest habere. Tunc petitione populi Romani, & electione totius cleri, consentiente & desyderãte vniuerso capitulo basilicæ beati Petri,dominus Octauianus cardinalis a saniori parte cardinalium electus est,& manto indutus, ac in sede beati Petri positus,absq; omni cõtradictione, cantantibus omnibus, Te deum laudamus, in iubilo. Deinde sicut mos est,domini cardinales, & clerus Romanꝰ totus qui præsens erat, & qui postea confluxerat, populiq; Romani pars maxima pedes eius osculati sunt. Quod vidẽs dominus Rolandus cancellarius, & qui ei sicut dicebatur,iuramento erant astricti,nec clamauerunt, nec aliquo modo contradixerunt, sed inclinato capite redeuntes, munitionẽ quasi spe sua frustrati conscenderunt. Tunc domini cardinales,clerus,iudices,scriniarij,senatores, populus Romanus dominũ electũ signis bandonis præcedentibus, ad palatiũ vsq; cũ iocunditate perduxerũt,Romano more clamantes, Papa Victore sancto Petrulo lege. In crastinũ autẽ quidam de clero Romano ascenderunt munitionẽ, & osculata manu domini cancellarij, cœperunt eum & qui cũ eo erant, rogare, vt paci ecclesiæ prouideret. Quidam autẽ de diaconibus curiæ respondit eis velut indignãs,Heri pedes domini Octauiani, qui fratrẽ suũ dominũ cancellariũ

exuit manto,& se induit,estis osculati,& modo venitis ad nos? Et dñs cancellarius,Noli ait domine cardinalis,dicere quod verum nõ est. Dominus Octauianus nunq; exuit me manto, quia nunq; indutus fui. Sicq; per totã hebdomadã illam dño cancellario & suis in ecclesia beati Petri morãtibus, nono die descendentes trans Tyberim,eo die & altero cõmorantes,xi.exierunt,& peruenerunt ad cisternã Neronis,in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes. Iuste cisternam adierunt,quia dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt sibi cisternas,cisternas dissipatas,quæ cõtinere nõ valent aquas. Et ibi die altero, qui decimus erat ab electione dñi Victoris, induerũt cancellariũ stolam & pallíũ erroris,in destructionẽ & confusionẽ ecclesiæ,ibiq; primũ cantabant, Te deum laudamus. Quis vestrũ o sanctissimi patres audiuit talia? Quantũ in eis est,biceps hodie facta est Romana ecclesia. Nunc tacendũ nobis est,vt dñs Otto Palatinus comes,& dñs Guido comes de Blandera, & dominus Heribertus præpositus,viri prudentissimi,imperatoriæ maiestatis legati,vicem accipiant referendi quid in domino cancellario & suis reppererint. Qui cum nota retulerint, domini episcopi,dñi imperatoris legati,quid hinc inde humilitatis & veritatis cognouerint,plenius poterũt enodare. In vrbe quoq; cũ Romanus clerus ad ecclesiam beati Petri,ipsis præsentibus cõueniret,quid de facto isto persenserint, quoniã præsentes esse credimus,referant ipsi. & ad hoc comprobandũ duos de fratribus nostris Petrũ christianũ ecclesiæ nostræ decanum, & Petrũ Guidonis camerariũ sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconum sanctitati vestrę transmittimus,vt de his omnibus veritatis testimoniũ etiã viua voce perhibeãt. In cœna domini estis, in qua redemptionis humanæ sacramenta peregit. Duos gladios apostoli se habere professi sunt,quos & vos habetis. quid in eis,& per eos agere debeatis,nullus vestrũ ignorat. Ibi dictum est a Christo, satis est. Et nos qui Christi vestigia sequi debemus,vobis dominis nostris dicimus,huic operi finẽ facientes, satis est. Omnipotentis sapiẽtia patris, qui nouit & potest vnire vota & voluntates omniũ, doceat vos omnes, & vniat ad confusionẽ Babylonicam destruendam,& simoniam de ecclesia propellendam,& pacem toti mundo desyderabilem in integrum reformandam.

Actio concilij verbis simplicibus posita. CAPVT LXXI.

Actio concilij quę verbis simplicibus in scriptũ redacta, item ponenda videbatur. Hæc sunt capitula,quę in cõcilio Papiæ super electionem domini papæ Victoris canonice probata sunt. Dominus Octauianus,& nemo alius,Romę in ecclesia beati Petri, petitiõe populi & consensu, ac desyderio cleri, a cardinalibus manto indutus est solenniter, & præsente cancellario,& nõ cõtradicente, in cathedra beati Petri collocatus est, & a cardinalibus, & clero Romano, Te deum laudamus, solenniter ei cantatũ est,& nomẽ ei Victor impositũ est. Ibi multitudo cleri & populi Romani venit ad pedes eius. Tunc scriniarius secundũ antiquã Romanorũ cõsuetudinẽ ascendens in altum,voce magna clamauit ad populũ dicens. Audite ciues Romani, & cœtus reip. Secunda feria pater noster Adrianus mortuus est,& proximo sequenti sabbato dñs Octauianus cardinalis. S. Ceciliæ in Romanũ pontificem electus, & inmantatus est, & in cathedra beati Petri collocatus est,& papa Victor est nominatus. Placet vobis? Respõdit magna voce clerus & populus, Pla

cet. Secunda & tertia vice interrogatus populus si placeret, clara voce respõdit, Placet. Deinde cũ bandis, & alijs papalibus insignibus dñs papa cũ laudibus in palatiũ deductus est. His itaq; rite peractis, capitulũ beati Petri statim venit ad pedes eiusdem papæ Victoris, & obediuit, ac debitã ei reuerentiã exhibuit. clerus & populus, multitudo magna similiter obediuit. Sequenti vero die ꝓxima rectores cleri Romani accedentes ad dominũ cancellariũ, & ad cardinales, qui cũ eo erant, voluerunt cognoscere si inmantatus esset, sicut quidã dicebant, & nõ inuenerunt eum inmantatũ, neq; aliqua specie dignitatis variatũ. & habito cũ eo & cardinalibus suis colloquio, cognouerũt ab ore eius & suorũ, ꝙ nunquã fuerit inmantatus, & ꝙ hoc ei falso imponebat. Quo audito & cognito, rectores ad pedes dñi papæ Victoris venerunt, & obedientiã, & reuerentiã exhibuerunt. De omnibus supradictis capitulis testes fuerũt, Petrus christianus decanus basilicæ beati Petri, & omnes fratres eius, & duo rectores cleri Romani, Blasius scilicet presbyter, & Manerius presbyter, & septẽ archipbyteri Romanę vrbis, & quattuor alij tã diacones, q̃ subdiacones. Deinde prior Lateranẽsis & sui canonici obedierũt. Clerici de patriarchia. S. Mariæ maioris obediuerũt. Abbas de patriarchia. S. Pauli per suos nuntios obediuit, & in signũ obedietię de bonis ecclesiæ suæ illi misit. Abbas de patriarchia. S. Laurentij cũ suis monachis obediuit. Abbas Cirengij obediuit. Abbas. S. Syluestri cum suis monachis obediuit. Abbas. S. Allexij in monte Auentino cũ suis monachis obediuit. Abbas. S. Blasij cũ suis monachis obediuit. Conuentus. S. Sabeæ obediuit. Cõuentus. S. Mariæ in capitolio obediuit. Cõuentus monachorũ. S. Cosmæ & Damiani obediuit. Abbas. S. Valentini obediuit. Magister fratrũ templi Hierosolymitani in monte Auentino cũ suis fratribus obediuit. Cardinalia. S. Marcelli obediuit. Clerici de cardinalia sanctorũ apostolorũ obediuerũt. Clerici de cardinalia. S. Petri ad vincula obediuerunt. Clerici de cardinalia. S. Syluestri obediuerunt. Clerici de cardinalia. S. Sixti obediuerũt. Clerici de cardinalia. S. Sabinæ obediuerunt. Clerici de cardinalia. S. Sabilinæ obediuerũt. Cardinalia. S. Ciriaci apud thermas Diocletiani obediuit. Clerici de cardinalia. S. Mariæ trans Tyberim obediuerũt. Clerici de cardinalia. S. Marię in porticu obediuerũt. Clerici de cardinalia. S. Nicolai in carcere obediuerunt. Monasteriũ. S. Agathæ obediuit. Archipresbyter. S. Apollinaris obediuit. Archipresbyter. S. Triphi obediuit. Archipresbyter. S. Bartholomæi obediuit. Ecclesia. S. Celsi obediuit. Ecclesia. S. Mariæ in monasterio obediuit. Ecclesia. S. Marię in palaria obediuit. Ecclesia. S. Saluatoris de Curte obediuit. Archipresbyter. S. Vincentij cũ suis obediuit. Archipresbyter. S. Catarinæ cũ suis obediuit. Archipresbyter. S. Thomæ de Parrione obediuit. Archipresbyter. S. Anastasiæ cũ suis obediuit. Archipresbyter. S. Saluatoris de campo cũ suis obediuit. Archipresbyter. S. Mariæ in mõte celso cũ suis obediuit. Et multę alię eccl'ię, & monasteria obedierũt, quas vix enumerare valemus. Post promotionẽ dñi Victoris, canonici beati Petri miserunt ad Rolandũ cancellariũ canonicos suos, qui viderẽt an esset inmantatus, sicut quidã credebant, aut aliquo modo promotus. Vnde bis missi inquisitores bis retulerunt eũ nõ esse inmantatũ, nec aliqua promotionis specie variatũ. Sequenti vero die, vt omnis dubitatio tolleret, miserunt canonici quosdã de suis, vt mensę cardinaliũ qui intererant, interessent, & viderent si saltẽ in mensa locũ digniorẽ solito obtineret, aut etiã benedicẽdo mensam primus esset, vel aliquo

modo inter cardinales loco, vel dignitate, seu veste dignior haberet. In quibus omnibus nullo modo senserunt eũ promotũ, vel mutatũ. Atq; in hunc modum pscrutati sunt canonici statũ cancellarij p singulos cõtinuos octo dies. ¶ Basso & Ioannes de Romano dicunt. Postq̃ cancellarius sedente dño Victore in cathedra, in munitionẽ se recepit, Ioannes Phiçutus clericus, & Ioannes de bucca lata laicus, voluerunt inmantare cancellariũ, qui cũ iniuria repulit eos dicens. De me nõ facietis ridiculũ, ibi est papa, ite ad eum, & obedite ei. Presbyter Blasius, & presbyter Manerius rectores Romani, dicunt se cũ tribus alijs rectoribꝰ cleri, sequenti die post promotionẽ dñi Victoris accessisse ad cancellariũ, & ad omnes cardinales, qui cũ eo erant, & nõ viderunt eũ inmantatũ, nec aliquo modo promotũ. & anteq̃ discessissent, audierũt duabus vicibus ab ore cancellarij, ꝙ nec erat, nec fuit inmantatus. In præsentia etiã ipsorũ rectorũ, qui ibi erant, testificatus est Otto cardinalis de carcere, ꝙ dñs Octauianus nullã violentiã, vel iniuriã intulit cancellario. Item dixit Otto. Pro nihilo adscribit hoc dño cancellario, quia nullus ei mantum abstulit, quia nunq̃ habuit. His omnibꝰ ita peractis & cognitis, rectores isti iuerunt ad dñm Victorẽ, & obedientiã ei fecerunt, & prœceperũt clero, vt ei obediret. Quod & factũ est. ¶ Presbyter Barro, & p̃sbyter Ioannes capellani de cardinalia cancellarij, dixerunt se sequenti die post promotionẽ dñi Victoris ad cancellariũ accessisse, & dixisse ad eum sic. Audientes vos esse ĩmantatũ gaudebamus, & nunc quia aliter videmus, dolemus. Qui dixit eis. Pro me nolite gaudere vel dolere, quia ego nec fui, nec sum ĩmantatus ite & obedite ei quẽ videtis ĩmantatũ. Hæc verba taliter ab ore cancellarij ꝓcessisse cõmisit presbyter Barro, & presbyter Ioannes, quibusdã ex nostris clericis præsentibus, vt iurẽt in animabus eorũ ita verũ esse. ¶ Clerici de cardinalia. S. Crisogoni dixerunt se sequenti die post promotionẽ dñi Victoris accessisse ad cardinalẽ suũ, qui erat cũ cancellario, & interrogasse eũ dicentes. Omnes clerici vadunt ad pedes dñi papæ, quid faciemus & nos? Qui respõdit. Ite ad eũ sicut alij. ¶ Multi ex nostris dicũt vidisse cancellariũ. xi. die ab vrbe exisse sine manto, sine stola, sine albo equo, & sine omni habitus munitione, cũ pellibus nigro pallio coopertis, & cũ nigro almutio vsq; ad cisternã. ¶ Ioãnes de Romano dicit se audiuisse Ioannẽ Neapolitanũ, & Bonandiem, & quosdã alios cardinales dicentes apud cisternam. Quoniã modo sumus sine pastore, & sine capite, faciamus nobis dominũ. & postea inmantauerunt eũ, & cantauerunt ei, Te deũ laudamus, apud cisternã. Ioannes de. S. Stephano, & Vuolferamĩus dicunt se audiuisse, ꝙ papa Adrianꝰ dixit ad eos cũ de vrbe exiret. Octauianus inquit, quẽ ego misi ĩ Lõgobardiã, vult excõicare Mediolanẽn. sed ego mãdaui Mediolan. vt nõ curẽt de eo, sed fortiter se habeãt tã ipi, q̃ Brixiẽses cõtra impatorẽ. & ego cũ eis disposui, ꝙ impator ꝓpter eorũ impedimẽta nõ poterit Romã venire. Itẽ etiã cũ cardinalibus ita disposui, ꝙ Octauianus nõ erit papa post mortẽ meam. Gimundus & Vuolferamĩus dicunt se audiuisse ab ore epi Sabinẽsis, ꝙ libenter rediret ad dñm Victorẽ, sed ita adiuratione est astrictus, ꝙ sine periurio non potest. ¶ Epus Aletrinus in præsentia dñi Guidonis Cremensis cardinalis, & Gimundi, & Ioannis Gaietani, & aliorũ multorũ, dixit. Non possum ad dñm Victorẽ venire, quia talem securitatẽ feci cancellario, & suis apud Anaginã, ꝙ nõ possum ad eos venire vsq; ad Calen. post Calen, autẽ veniam. Interim tamẽ habeo eum pro dño, & pastore meo. Itaq; Cal', transactis, cũ infirmitate tenerer,

misit dño Victori obedientiã per clericũ quendã,quẽ habemus præsentẽ. ¶De omnibus supradictis capitulis testimoniũ perhibuerunt prædicti rectores cleri Romani,&.vij.archipresbyteri supramemorati, & alij multi honesti & religiosi clerici Romani,& Petrus vrbis præfectus,& Stephanus de Tebaldo,& Stephanus Normãnus,& Ioannes de sancto Stephano, & Ioannes Gaietanus, & Vuolferãnius de Gidoccicca, & Gimundus de domo petrileonis, & multi alij illustres Romani & nobilissimi,qui omnibus his interfuerunt, & omnia viderunt,& tractauerunt. Hucusq; acta concilij,& scripta diuersorum.

Qualiter Fridericus ratihabitione confirmauit electionẽ Victoris,eũq; intronizauit. CAPVT LXXII.

COnfirmato & recepto taliter in papatu Victore,deferẽ ad principẽ sacerdotalis concilij sententia.Qua venerabiliter susceptа & approbata, Victor ad ecclesiã vocatur,& magna solennitate,& frequentia cleri ac populi susciptur,ipsiq; vt summo põtifici, & vniuersali papę acclamatur.Diuus quoq; imperator consuetam ei reuerentiã,sicut Cõstantinus beato Sylvestro humiliter p foribus ecclesiæ exhibuit.& manu eius acceptа vsq; ad sedem deduxit,& intronizauit. ¶De reliquis quę ibidem acta sunt exemplaria literarũ subnotata consule.

Epistola imperatoris directa super his. CAPVT LXXIII.

FRidericus dei gratia Romanorũ imperator,& semper Augustus, dilectissimo suo Eberhardo venerabili Saltzburgensi archiepo,& suffraganeis eius,Alberto Frisingensi epo, Hartmanno Brixinensi, & Romano Gurcensi, totiq; prouintiæ Saltzburgensi gratiã suam, & omne bonũ.Si sacro concilio Papiæ interfuissetis,omnia quæ ibidẽ,vel in Romana ecclesia facta sunt,oculata fide cognoscere possetis.Ne aũt ab his qui pravis delationibus & mendacijs iam fere totũ orbem respersерũt,veritas possit obnubilari,vel vestra synceritas trahi in contrariũ,quãto breuius possumus, seriẽ totius rei sine aliqua falsitatis cõmixtiõe mera veritate vobis significare dignũ duximus.Luce clarius constat,q; papa Adriano adhuc viuente, Rolandus cancellarius, & quidã cardinales nõ attendentes illud dominicũ. Sit sermo vester, Matthęi.5. est est,non non.conspiratione facta cũ Vuilhelmo Siculo, prius ab eis excõmunicato,& cũ cæteris hostibus imperij,Mediolanensibus,Brixiensibus,Placentinis, ne forte per mortẽ papæ Adriani tam iniqua factio euanesceret, iuramẽti vinculo inuicem sese constrinxerunt,vt defuncto papa nullus alius ei substitueretur,nisi qui in eadẽ conspiratione cũ eis cõueniisset. Hac de causa.xij. die post electionẽ dñi Victoris papæ, eo sedente in sede beati Petri, iam dicti conspiratores egressi ab vrbe ad cisternã Neronis, derelinquẽtes venã aquarũ viuentiũ se cõtulerunt, & Idolum sibi Rolandũ cancellariũ erexerunt, dicẽtes hunc esse Simonẽ Petrũ,qui apostolicæ dignitatis apicem tam nefaria inuasione attingere præsumebat. Q2 hæc conspiratio facta fuerit, & ille iam dictus Rolandus p eam hoc modo intrauerit,nõ est fictitiũ,sed religiosis viris ab illo qui facit manifesta consilia cordiũ,mirabiliter est declaratum.Dum hæc Romæ agerentẽ,& nos quid sup tanto schismate agendũ esset,viros religiosos,archiepos videlicet & epos cõsultaremus, superuenerũt quasi missi a deo Tarentasinus archiepus,

abbas Clareuallensis,abbas Moremundensis,& alij abbates numero.x. postulantes pacem Mediolanensibus,qui recepto a nobis verbo,dum Mediolanũ p inuestiganda eorũ voluntate redirent,acceperunt ab eis tale responsum. Domini patres nos tenemur astricti iuramento dño papæ & cardinalibus,q; nõ debemus redire ad gratiã imperatoris sine eorũ voluntate, & ipsi ecõtra sine nostra voluntate nullã pacẽ facere possunt.Respõderũt eis abbates. Vos decætero nõ tenemini dño papę,quia mortuus est.& illi statim subiunxerũt. Si mortuus est papa,nos ideo nõ sumus absoluti, quia nihilominus tenemur cardinalibus, & ipsi tenenẽ nobis.Hæc prędicti patres abbates in responsis a Mediolanensibus testificati sunt coram multis religiosis viris. Præter hęc multa experimẽta factę conspirationis p literas in via deprehẽsas accepimus, sicut nuntius iste plenius vidit & audiuit. Sane ex cõcilio orthodoxorũ,sicut alia vice meminimus nobis mandasse,generalem cõuentũ religiosorũ Papiæ indiximus.ad quẽ ambos qui se dixerunt Romanos pontifices,non ad iudiciũ seculare, sicut ora mendaciũ astruunt,sed ad examen ecclesię,per duos venerabiles epos, Ferdensem videlicet & Pragensem cõuocauimus. Alter vero eo q; puriorẽ haberet conscientiam, dñs Victor videlicet,iudicio ecclesiæ vltro se obtulit, altero videlicet Rolando cõtumaciter renitente,& dicẽte,quia cũ ipse omnes deberet iudicare, ipse a nullo vellet iudicari. Habito itaq; venerabili cõcilio, in quo patriarcha Aquileiensis,& multi archiepi, & epi religiosi cõuenerãt, per octo cõtinuos dies maxima grauitate,diligentissima examinatione,semota omni laica persona,tractatũ est quis ex duobus summi pontificatus apicẽ de iure deberet obtinere. Post longã itaq; deliberationẽ, quia illa nefandissima conspiratio deo & ecclesiæ admodũ odibilis,manifestis indicijs nõ solũ probata,verũ in facie totius ecclesiæ coram positæ reuelata est,& in dño Victore nihil reprehẽsibile inuentũ est, nisi q; pauciores numero cardinales omnino a cõspiratione illa exortes,eum pro bono pacis inter regnũ & sacerdotiũ cõciliando elegerũt,& inuocata sancti spiritus gratia, ecclesia dei Rolandũ cancellariũ conspiratorẽ & schismaticũ, discordias & lites, & per iurgia bona esse euangeliçantẽ cõdemnauit, & dñm Victorẽ papã in patrẽ spiritalem,& vniuersalem pontificẽ confirmauit. Quẽ nos ecclesia duce secuti approbamus,& vniuersalis ecclesiæ patrẽ & rectorẽ, cooperante diuina clementia,fore denunciamus. Hoc itaq; factum diuinis suffultũ pręsidijs, & in apostolica stabilitate supra petram Christũ videlicet firmiter fundatũ, a vestra beatitudine,p pace totius ecclesiæ, & salute imperij approbari, & ab omni ecclesia vestræ sanctitati cõmissa teneri,& conseruari rogamus,& pręoptamus. Data Papiæ.xv.Calen.Martij.

Epistola præsidentiũ concilio hincinde directa. CAP. LXXIIII.

REscriptũ generale a synodo præsidentibus per partes mũdi directũ hoc est. Quia sedis apostolicæ turbatio,christianorũ animos admodum sautianit,nos qui ad resecãda schismata, & pacẽ ecclesiæ reformandã Papiæ fuimus congregati,qualitatẽ causæ, modũq; negotij & sacri concilij dispensationẽ vniuersitati vestrę plenarie duximus intimandũ, quatenus per scripta præsentia mera veritate mõstrata,auditorũ animi falsitatẽ quã forte cõceperant,vehementer expellant,& amodo p scripta schismatica nõ seducant. Cũ igitur orthodoxorũ Papiæ congregatorũ vniuersitas in nomie dñi

conſediſſet,cauſa per.vij.dies cõtinuos,omni remoto ſeculari iudicio, legitime & canonice agitata, ac diligenter inſpecta, ſufficiẽter & canonice in conſpectu concilij per teſtes idoneos eſt cõprobatũ,dominũ papã Victorẽ, & nullũ alium in baſilica beati Petri a ſaniori parte cardinaliũ,petitione populi,& cõſenſu ac deſyderio cleri fuiſſe electum,& ſolenniter immantatũ. ꝙ præſente,& nõ cõtra dicente Rolando quondã cancellario,in cathedra beati Petri fuerit collocatus. & ꝙ ibi ei a cardinalibus,& clero Romano, Te deũ laudamus, glorioſe decantatũ,& inde ad palatiũ cũ bandis,& alijs papalibus inſignibus eſt deductus,& clerus & populus ſecundũ conſuetudinẽ interrogatus per ſcriniariũ ſi placeret, tribus vicibus clara voce reſpõdit,Placet. Probatũ eſt etiã,ꝙ Rolandus.xij.die poſt dñi Victoris promotionẽ ab vrbe egreſſus, apud ciſternã,in qua Nero imperator quondã ab vrbe profugus latitauit,primo eſt ĩmantatus. Probatũ eſt ꝙ in ſecundo die poſt promotionẽ dñi Victoris,Rolandus interrogatus a rectoribus & clero Romano, ac clericis de ſua cardinalia, ſi dño Victori eſſet obediendum,expreſſe confeſſus eſt ſe nunc̃ fuiſſe immantatum,& expreſſe dixit. Ite & obedite ei,quẽ ĩmantatũ eſſe videtis. Super his capitulis fuerũt teſtes,& ſub ſtola tactis ſacroſanctis euangelij iurauerũt. Dominus Petrus chriſtianus decanus baſilicæ beati Petri,& in ꝑſona ſua,& omniũ fratrũ ſuorꝫ. Iurauerunt etiã venerabiles archipreſbyteri,& rectores cleri Romani, Blaſius & Manerius ꝑſbyteri,Ioannes preſbyter gentilis,Aimeradus archipreſbyter, Berardus archiꝑſbyter,Ioannes archipreſbyter,Benedictus diaconus,magiſter Ptolemęus archiꝑſbyter,magiſter Gerardus & Nicolaus, & alij honeſti clerici Romani. Præterea Petrus illuſtris vrbis præfectus,Stephanus de Thebaldo,Stephanus Normannus,Gimundus de domo Petrileonis,Ioãnes de Stephano, & alij principes, & nobiles Romani,qui ad vocationẽ ſereniſſimi imperatoris venerant, in conſpectu cõcilij ſuper iam dictis capitulis,ex maxima parte teſtimoniũ ſimiliter perhibuerunt,& iurare voluerũt. Sed nos quia religioſorꝫ preſbyterorũ multorꝫ teſtimoniũ ſufficiens,& abundantiſſimũ habebamus, duximus laicis in hac parte parcendũ. Deinde venerabiles ep̃i Hermannus Ferdenſis,Daniel Pragenſis, & Otto Palatinus comes,& magiſter Heribertus præpoſitus,quos dñs imperator ex conſilio.xxij.eporꝫ,& Ciſtertienſis & Clareuallenſis abbatũ,aliorũcꝫ religioſorũ tunc præſentiũ, Romã delegauerat, vt partes ante concilij præſentiã Papiam euocarent,in conſpectu concilij teſtimoniũ perhibuerũt. ꝙ Rolandum cancellariũ,& partẽ eius trinis edictis ꝑ interualla peremptorie & ſolenniter,ad præſentiã eccleſiæ Papiæ cõgregãdæ,remoto omni ſeculari iudicio vocauerũt. & ꝙ Rolandus cancellarius,& ſui cardinales viua voce,& ore ꝓprio iudicium vel examen aliq̃d eccleſię ſe nolle recipere manifeſte dixerũt. Vidimus etiã ſcripta Henrici Piſani cardinalis ad dñm imperatorẽ directa,in quibus expreſſe cõtinebat, ꝙ nullũ vellent eccleſiæ ſubire iudiciũ,vel examen. Sup hæc oĩa idem Henricus,& Otto cardinalis.S.Nicolai de carcere Tulliano,qui tẽpore cõcilij, & ante apud Ianuam morabant.& Ioannes Anagninus cardinalis, & Ioannes Pioçutus.S.Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi,qui tũc apud Placentiã erant ꝑ octo dies,a cõcilio toto ſunt expectati,& per literas,& nuntios cõcilij ſunt vocati,& cõtẽpſerunt venire. Ex his igit̃ oĩbus ſufficiẽter inſtructi,& veritate hincinde plenarie declarata,placuit reuerendo cõcilio, vt electio dñi Victoris, qui tanc̃ agnus manſuetus & innocẽs venerat,eccleſię iudiciũ humiliter ſuſcepturus, approbaret̃ & cõfirmaret̃,& electio Rolandi penitus caſſaret̃. Et factũ eſt ita. Ele-

ctione itaq; dñi Victoris,remoto omni ſeculari iudicio,ſanctiſpũs gratia innouata,confirmata,atq; recepta, chriſtianiſſimus imperator poſt oẽs eꝓs, & poſt omnẽ clerũ vltimus,cõſilio & petitione concilij electionẽ dñi Victoris recepit, & approbauit. & poſt eũ omnes principes, & innumerabilis hoĩm multitudo, quæ ꝑſens erat,tribus vicibus interrogata ſi eis placeret,reſpõdit eũ gaudio magna voce,Placet. Sequẽti die ꝓxima.i.prima ſexta feria quadrageſimæ,dñs Victor cũ ꝓceſſiõe ab eccleſia.S.Saluatoris extra ciuitatẽ,in qua fuerat eius hoſpitiũ,ad catholicã eccleſiã glorioſe deductus eſt. Ibi religioſiſſimus impator ante ianuas eccleſiæ eũ ſuſcepit,& deſcẽdenti de equo ſtrepã humiliter tenuit, & aprehẽſum ꝑ manũ vſq; ad altare cõduxit, & pedes eius eſt oſculatus. & nos oẽs patriarcha,archiep̃i,ep̃i & abbates,& oẽs principes cũ vniuerſa multitudine q̃ ꝑſens erat,pedes apl'icos ſumus oſculati. Proxima aũt die ſequẽti,i.ſabbato, habito generali cõcilio,dñs papa & nos cũ illo Rolandũ cancellariũ ſchiſmaticũ, & eius principales fautores,accẽſis candelis anathematiçauimus,& tradidimꝰ eũ ſathanæ in interitũ carnis,vt ſpũs ſaluus ſit in die dñi. Illud etiã diſcretionis veſtræ prudentiã volumus nõ latere,manifeſte eſſe deprehenſum, ꝙ Rolandus cancellarius,& eius ſequaces quidã cardinales,viuẽte adhuc papa Adriano cõiurauerũt. Fuit aũt tenor cõiurationis, ꝙ ſi eis viuẽtibus papã Adrianũ mori cõtingeret,cardinalẽ vnũ de illis eligerent,qui in eadẽ cõiuratione eſſet aſtrictus. De cætero ex parte dei oĩpotẽtis,& beatorꝫ apl'orꝫ Petri & Pauli, & oĩm ſctõrꝫ & virorꝫ orthodoxorũ, qui diuino intuitu ad reſcindenda ſchiſmata cõuenerũt vniuerſitatẽ veſtrã humiliter imploramus & monemus in Chriſto,vt ea q̃ eccleſia dei Papiæ cõgregata ad honorẽ creatoris,& ſponſæ ſuæ matris veſtræ ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ trãquillitatẽ, & ad ſalutẽ oĩm chriſtianorꝫ fideliter ordinauit,vos oĩ dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma teneatis,orantes vt redẽptor noſter Chr̃s Ieſus vniuerſalẽ põtificẽ & papã noſtrũ Victorẽ,de cuius ſanctitate & religione oĩno cõfidimus,ꝑ tpa lõga cõſeruet,& ꝑſtet ei oĩmodã tranquillitatẽ,& pacẽ,ita ꝙ ꝑ eũ deus oĩpotẽs honoret̃, & eccleſia Romana,oĩsq; chriſtiana religio gratũ dño accipiat incrementũ. Vt autẽ oĩs actio plenius legẽtibꝰ eluceſcat,dignũ duximꝰ, vt oĩm noſtrũ cõſenſus & noĩa ſubſcribant̃. Ego peregrinus Aquileiẽſis patriarcha cũ meis ſuffraganeis interfui & cõſenſi. Ego Arnaldus archiep̃s Mogũtinus cũ.xiiij.ſuffraganeis interfui & cõſenſi. Ego Artuicus Bremẽſis archiep̃s cũ ſuffraganeis meis interfui & cõſenſi. Ego Hellinus Treuerẽſis archiep̃s cũ meis ſuffraganeis cõſenſi. Ego Reinaldus Colonien̄.archiep̃s cũ meis ſuffraganeis cõſenſi. Ego Vuickmãnꝰ Magdeburgen̄.archiep̃s cũ meis ſuffraganeis cõſenſi. Biçuntinꝰ archiep̃s ꝑ legatũ & epm Baſiliẽſem cõſenſit. Arelatenſis archiep̃s cõſenſit. Lugdunen̄.archiep̃s cũ ſuis ſuffraganeis cõſenſit. Viennẽſis archiep̃s cũ ſuis ſuffraganeis cõſenſit. Henricus rex Anglorꝫ ꝑ literas,& legatos ſuos conſenſit. Rex Vngarorꝫ ꝑ literas & legatos ſuos conſenſit. Rex Boemorꝫ conſenſit. Rex Danorꝫ conſenſit. Guido electus Rauẽnas conſenſit. Ep̃s Firminus cõſenſit. Ep̃us Ferentinus conſenſit. Mantuanus cõſenſit. Pergamenſis cõſenſit. Fauẽtinus cõſenſit. Abbatũ vero & archipreſbyterorꝫ multitudo innumerabilis multorũ regnorꝫ interfuit, & conſenſit. Longobardorꝫ inæſtimabilis multitudo interfuit,& conſenſit. Vniuerſi fere principes Romani imperij,tam Teutonici,q̃ Italici,tam in vrbe q̃ extra vrbem,interfuerũt,& aſſenſum cũ ingenti deſyderio præbuerunt.

Epistola Babenbergensis epi de eadem re. CAP. LXXV.

REuerendissimo patri & dño Eberhardo Saltzburgeñ. ecclesię archi episcopo, Eberhardus Babenbergẽsis gratia dei si quid est, tam deuotũ, q̃ debitũ cũ oratione seruitiũ. Cõuenientibus in vnum Papiæ epis circiter. l. diuq̃ vẽtilata q̃stione papatus, cũ dilatio primo pene omnibus cõplacuisset vsq̃ ad maiorẽ rei notitiã, & aliud generalius concilium præualuit. tandem pars dñi Victoris iustificata ab altera parte multis modis, quia coniuratio contra imperiũ, factum illud præcesserat, quia dñi Victoris immantatio prior, illa posterior, quo solo Innocẽtius Anacleto præualuit, cũ Anacletus plures & maximæ sciẽtiæ & auctoritatis haberet electores. Deinde q̃ ad hostes imperij pars illa se trãstulerit obligata Siculo, Mediolanẽsibus, Brixiensibus, Placentinis, per sacramentũ, quod sanæ doctrinę aduersari videtur. & cũ subditos a iuramentis fidelitatis debite absoluat, & seruire imperatori prohibeat quoscunq̃, & sic discessioni viam præparet, quod pessimum est, sicut opere ipso claresci, & scriptis vndiq̃ per Italiã directis tam ciuitatibus, q̃ episcopis. His malis principijs finem deteriorẽ promittentibus, perpetuã videlicet discordiam inter regnũ & sacerdotiũ, & discessionẽ abinuicẽ, dum pars illa cũ omni securitate cõductus, nec venire voluisset, nec etiã procuratores pro se mittere ad subeundũ iudiciũ, & excipiendam sententiã, dominũ Victorem recepimus, spe pacis & concordiæ inter regnũ & sacerdotiũ. Longo tamen examine præmisso de tempore & ordine electionis suæ. De his qui eius electioni consenserunt primitus, & postmodũ retro abierunt, cardinalibus numero nouem, testificante super his oĩbus capitulo. b. Petri, & clero Romano, scriptis & viua voce nuntiorum sub iureiurando. Nuntius regis Francorũ promisit pro eo neutrum se recepturum, vsq̃ dum nuntios imperatoris recipiat. Nuntius regis Anglorũ idem velle, & idẽ nolle promisit, tam in his, q̃ in alijs. Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis, Bisuntinus, per literas, & per nuntios consenserunt. Solus Treuerensis de regno nostro supereſt in parte illa de numero archiepiscoporũ, qui nõ consenserit. Eius tamen suffraganei omnes consenserunt. Vsq̃ ad vos solũ peruentum est. Angelus magni consilij dirigat vos secundũ beneplacitum suum, & custodiat vos in omnibus vijs vestris. Præter hæc præpositus multa manifestabit vobis, quæ non licet ad præsens homini loqui. Congaudete mihi, qui dimissionem accepi, & ad propria redeo.

Epistola cuiusdam religiosi viri ad episcopũ Saltzburgensem, de eadem re. CAPVT LXXVI.

DOmino suo in Christo reuerẽdo Eberhardo Saltzburgeñ. archiepo frater Henricus dictus prepositus de Bertherſgademñ, cũ deuotis orationibus debitæ subiectionis obsequia. Si cũcta quæ audiuimus, & vidimus, scribere deberemus, nõ chartã, sed volumen facere videremur. Verũ summã eorũ quæ de duorũ electione Romanorũ pontificũ acta sunt, breuiter paternitati vestræ notificamus. Curia quę in octauis Epiphanię Papię fuerat indicta, vsq̃ in sextã feriã proximã ante caput Ieiunij, quia in destructione Cremæ dñs imperator detinebat, est dilata. In qua cõsidentibus dño patriar-

cha, archiepis, & diuersarũ terrarũ fere quinquaginta epis, legatis quoq̃ regis Franciæ, & archieporũ Arelatensis scilicet, Lugdunẽsis, Viennensis, Bisuntini, atq̃ Treuerensis, & Rauẽnatis electi, cardinales & clerici, qui pro parte Victoris aderant, in mediũ ꝓcesserũt, & vtriusq̃ seriem electionis exposuerũt. Super qua cõtinuis quinq̃ diebus ab epis, & alijs prudẽtibus viris copiose disputatũ cũ fuisset, sexta tandem die in publico consistorio electionis capitula denuo ꝓposita sunt, & singula a canonicis ecclesiæ beati Petri, & rectoribꝰ Romani cleri sacramẽto sup sancta quattuor euangelia prestito confirmata. Pars aũt altera nec ipsa venit, nec responsales, qua de causa nescimus, conuentui direxit. Recitatæ sunt insuper literæ q̃plures bullatæ ab Alexandro, & cardinalibus qui cũ ipso sunt, epis & ciuitatibus Longobardiæ directæ, sed a fidelibus dñi imperatoris captæ. ex quarũ tenore machinationes eorũ, & molimina cõtra imperium patenter sunt deprehensa. Vnde quia dilatio nõ paruũ tam ecclesiæ, q̃ imperio videbaꝫ minari periculũ, præsertim quia nõ erat qui prædictis assertionibus cõtradiceret, cũ vtraq̃ nimirũ pars nõ ad curiæ, sed ad ecclesiæ fuisset examinationem vocata, epi parti Victoris, quæ ipsum. xi. diebus anteq̃ Alexander ĩmantareꝫ, immantatũ fuisse, & in sede beati Petri, aduersa parte præsente, absq̃ reclamatione sedisse, præstito (vt dictum est) sacramento probauerat, assensum præbuerũt, & eundẽ Victorẽ vt apostolicũ in ecclesia solẽniter suscipiẽtes, solitã ei reuerẽtiã exhibuerũt. Facta sunt hæc dño impatore & fidelibꝰ imperij annitẽtibus propter causas memoratas. Quapropter ipsemet eidem confirmato pontifici ante fores ecclesiæ descendẽti consuetũ detulit honorẽ. Secũda vero post hæc die, sæpe iam dictus dñs Victor, celebrato synodi officio, alterius partis principem cũ quibusdã suis fautoribus epis. s. Hostiense & Portuense, eo q̃ cõsecrationis manũ eidem præsumpserant imponere, cardinalibus etiã Henrico Pisano, Ioãne Neapolitano, & Iacincto, anathematis vinculo, extinctis candelis innodauit. Excõmunicauit autẽ Henricũ Pisanũ, idcirco q̃ mandato eius magister Raimundus cardinalis despoliatus, & atrociter cæsus fuerit. Præpositũ etiã Placentinũ, quia dñm Tusculanũ armata manu inuaserit, & despoliatũ, multis cõtumelijs affecerit, simili sententiæ inuoluit. Vuilhelmũ præterea Siculum, atq̃ Mediolanenses ꝓ inuasionibus ecclesiarũ & imperij, ad canonicã vocauit satisfactionẽ. Interfuerunt his omnibus Metropolitani, dñs patriarcha, Mogũtinus Colonienſis, Magdeburgensis, Bremensis, cũ nõnullis suffraganeis suis, & maxima pars eporũ Longobardiæ, quorũ plurimi affectuosum, & plenariũ p̃dictę cõfirmationi tribuerũt assensum. Dominus vero patriarcha, & quidã alij, salua in posterũ catholicæ ecclesię censura, ꝓpter memoratas imperij necessitates obedierunt. Absentes omnes quos prænotauimus archiepi, pro se & suis suffraganeis plenarie consenserunt, excepto Treuerense, qui cũ iter cepisset, infirmitate præpeditus, excusatorias tantũmodo literas direxerat. Præsentes autẽ eius suffraganei Tullẽsis & Verdunẽsis pro se & cõsuffraganeo suo Metẽse in integrũ spoponderunt. Domini Babenbergensis, Patauiensis, & Ratisponensis patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus quæ facta sunt, mittunt legati, Dominus Colonien. in Francią, Verdunensis in Hispaniã, Pragensis in Vngariam. Si interim alia scripta, quarũ quædã vidimus, merã de his veritatẽ minus cõtinentia, ad manus vestras deuenerint, sciat sanctitas vestra, q̃ vt ꝓ parte potuimus, syncerã de his veritatẽ significauimus, plenioꝰ aũt pẽsentes insinuabimꝰ.

De archiepo Iuuauiense, quare tam crebras literas acceperit, & de vita, ac moribus eiusdem. CAPVT LXXVII.

QVare autẽ tam crebræ literę Eberhardo Saltzburgensi archiepo super gestis concilij directæ sint, hæc fuit causa. Cũ ad conciliũ iter cepisset, & iam per forũ Iulij, & per marchiã Veronensiũ vsq; ad ciuitatẽ Vicentinorũ peruenisset, graui correptus infirmitate, gradũ sistere, domũq; redire coactus est. Sane quũ tanti viri fecimus mentionẽ, de vita & moribus eius quædã memorabimus. quæ q̃uis vt lucerna super candelabrũ posita, in domo nostræ prouintiæ clarissime luceret, ab his tamẽ qui lõge positi sunt, inuida bonis fama difficilius subtrahet, si scribendo celebretur. Erat autẽ idẽ vir venerabilis, ætate maturus, sacræ paginæ literis decẽtissime instructus, fide præcipuus, religione singularis. Humanitate & pietate adeo cõmunis, vt vere dicere posset, Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerẽ. In largitionibus liberalis, in elemosynis & suscipiendis peregrinis studiosus, intantũ vt sumptus in obsequiũ pauperũ monasteriorũ & peregrinorũ quotidie expensus, nõ solũ palatio suo, verũetiã toti episcopio videreẽ onerosus. Ipse tamẽ huiusce modi pondere minime grauabaẽ, cũ hæc incõmoda bonæ famæ, quã ipse tamẽ minime affectabat, & æternæ retributionis mercede cõpensaret. Pauperũ squalores minime abhorrebat, a leprosis se tangi & cõtrectari passus est, quin etiam ipse eos interdũ tangere, manusq; eorũ osculari nõ verebatur. Nec sufficere credidit, si in ministerio pauperum, famulorũ vteretur officijs, nisi ipsemet habitu succinctus, manibus suis interdum cibum apponeret, poculũ porrigeret, aquã non solum lauandis manibus, sed & pedibus infunderet. Cumq; nõ solũ in verbo perfectam doctrinã, verũ etiã in opere cõsummatæ disciplinæ præberet exẽplum, merito de eo dicebaẽ quod olim de quodã sanctorũ. Quia hic est qui quale habet verbum, talem habet vitam, & qualem habet vitam, tale habet verbũ, quomodoq; docet, agit, & quæ agit, hæc docet. His & alijs plurimis virtutibus & diuinæ gratiæ donis, plures quidẽ ad sui imitationẽ, vniuersorũ autẽ ad dilectionem sui prouocarat affectum. Sed hæc hactenus.

1. Corin. 9.

De legatis ad Græciam destinatis. CAPVT LXXVIII.

COmpositis ita rebus & gestis concilij, missis quoq; legatis, vt supra dictũ est, ad reges, Hispaniæ, Angliæ, Franciæ, Datiæ, Boemiæ, & Vngariæ, ad imperatorẽ quoq; Græcorũ Manuel nũtios dirigit, videlicet Henricũ ducẽ Carentanũ, fortẽ & exercitatũ in bellicis cõsilijs virum, & Henricũ sacri palatij notarium, omniq; probitate & industria præditum, ac Neimeriũ filiũ Petri Polani ducis Venetorũ, iamdudũ in captiuitate sua tentum, sed absolutũ, responsa portantes, vt dicebatur super petitione Constantinopolitani principis de pentapoleos maritimis in Apulia, & quibusdam secretioribus consultationibus contra Vuilhelmũ Rogerij Siculi filiũ, & in regno successorem. Cernens autẽ totam Longobardiã continuis duorũ annorum expeditionibus grauiter attritam, cũ exercitus in crebris contra hostes excursibus & rapinis, nec etiam amicis parcere potuisset, paulisper terram ipsam quiescere & respirare vtile iudicauit, donec recepta cultura nouas futuro anno calamitates sustinere, nouũq; facilius & recipere, & enutrire posset exercitum.

Q. imperator iterũ principes abire permiserit. CAP. LXXIX.

HAtq; dimissurus exercitũ, aduocans ad se proceres, & de militia meliores, magnã illis ait se habere gratiã, p̃ beniuolentia & fidelitate, qua erga se vtendo perseuerassent. Laudabat etiã in vno quoq; bonos mores, & fortitudinẽ, quã pręliando in multis magnisq; periculis mõstrasset. Q. eos neq; hostiũ multitudo, nec magnitudines ciuitatũ, vel audacia inconsulta, & imanitates efferæ aduersantiũ a consueta animi virtute terruissent. Magnã quoq; huius rei sibi fore diligentiã, q̃ debitis præmijs & honoribus virtutes eorũ vellet honorare, qui militię socij fuissent, nec vllum eorũ qui plus alijs laborasset, iusta vicissitudine carituru. Eos etiã quos nouerat fortiter aliquid & egregiũ in bello feciss̃e, nominatim singulos appellans cõlaudabat. Deinde aurũ & argentũ, vasa ex argento & auro facta, itemq; vestes preciosas, beneficia feudorum, aliaq; donaria largiter & regaliter distribuebat. Omnibus autẽ hoc modo exhilaratis, & donatis, vt quisq; se meritum præbuerat votis, & laudibus cũ magno fauore ab vniuerso exercitu factis, quo quẽq; cõueniret, dimittit. Ipse vero cum paucis in Italia remansit. Quia vero huius operis libellos numerũ euangelicũ excedere non proposuimus, priusq; huic quarto volumini terminũ demus, exquo actus & gesta bellorũ serenissimi principis summatim perstrinximus, mores quoq;, ceteraq; vitæ illius partes & studia circa regni administrationẽ paulisper prosequamur.

De forma & moribus Friderici, & eius varijs ædificijs. CAPVT LXXX.

HItur diuus Augustus Fridericus, vt de Theodorico quidã scribit, & moribus & forma talis est, vt & illis dignus sit agnosci, qui eũ minus familiariter intuentur. Ita personã suã deus arbiter & ratio naturę, cõsummatæ fœlicitatis dote sociata cumularunt. Moribus huiusce modi, vt laudibus eorũ nihil ne imperij quidẽ fraudet inuidia. Forma corporis decẽter exacta, statura lõgissimis breuior, procerior eminẽtiorq; mediocribus, flaua cæsaries, paululũ a vertice frontis crispata. Aures vix superiacentibus crinibus operiunt, tonsore pro reuerentia imperij pilos capitis & genarũ, assidua succisione curtante. Orbes oculorũ acuti & perspicaces, nasus venustus, barba subrufa, labra subtilia, nec dilatati oris angulis ampliata, totaq; facies lęta & hilaris. Dentiũ series ordinata, niueũ colorẽ repsentant. Gutturis & colli nõ obesi sed parumper succulenti, lactea cutis, & quæ iuuenili rubore suffundaẽ. Humq; illi crebro colorẽ nõ ira, sed verecundia facit. Humeri paulisper prominẽtes. In succinctis ilibus vigor. Crura suris fulta turgentibus, honorabilia, & bene mascula. Incessus firmus, & cõstans, vox clara, totaq; corporis habitudo virilis. Tali corporis forma plurima & dignitas, & auctoritas tam stanti q̃; sedenti acquiritur. Valetudine satis prospera, præter q̃ interdũ febre ephimera corripiẽ. Bellorũ amator, sed vt per ea pax acquiraẽ. Ipse manu promptus, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, p̃pitius in fide receptis. Si actionẽ diuturnã forinsecus p̃quiras, antelucanus basilicarũ & sacerdotũ suorũ cętus, aut solus, aut minimo comitatu expetit, eosq; tam grandi sedulitate veneraẽ, vt omnibus Italis erga eos & clericos seruandi honorẽ & reuerentiã, ipse formã & exemplũ

tribuerit. Officijs diuinis tantam præbet veneratiõẽ, vt omnẽ horam qua cor ã ipso deo psallitur, cõpetẽti venereẽ silentio, nec vllus interim eũ audeat de quo libet sollicitare negotio. Peractis votis, & post missarũ solennia, diuinis consignatus reliquijs, mane reliquũ curæ regni administrandi deputat. Si venationibus exercetur, in equis, in canibus, accipitribus, cæterisq; eius generis auibus, instituendũ, spectandũ, circumferendũ, nulli secundus. In birsando ipsemet arcum tẽdit, spicula capit, implet, expellit. Eligis quod feriat, quod elegeris ferit. In conuiuio talis disciplina, abundantia regia, vt nec sobrietas temulentiã, nec fames frugalitatẽ possit incusare. Cum ludendũ est, regiam tantisper sequestrat seueritatẽ, eiusq; temperamẽti est, vt sit remissio nõ meians, austeritas nõ cruentans. Erga familiares suos in proferendo alloquio nõ minax, nec in admittẽdo consilio spernax, nec in reatu inuestigando persequax. Scripturas & antiquorũ gesta sedulo perquirit. Elemosynas in ministerio pauperũ plærũq; ipse manu sua distribuit. Pecuniarũ suarũ decimã ecclesijs, & monasterijs fideliter diuidit. In patria lingua admodũ facundus, latinã vero melius intelligere potest q̃ pronuntiare. Vestitu patrio vtit̃, nec profuso, aut petulanti, sed nec plebeio, cui magis hoc decorũ, vt in castris suis potius Martis põpa radiet, q̃ Veneris. Qui cũ in ampliando regno, & subigendis gentibus tantus existat, vt in prædictis occupationibus assidue versetur, opera tamẽ plurima ad regni decorẽ, & cõmoditatẽ pertinẽtia, diuersis in locis inchoauit, quædã etiã cõsummauit, & maximã prouidentiæ partẽ obsequio pietatis impẽdit. Palatia siquidẽ a Carolo magno quondã pulcherrima fabricata, & regias clarissimo opere decoratas, apud Nouiomagũ, iuxta villam Inglinheim, opera quidẽ fortissima, sed iam tã neglectu q̃ vetustate fessa decentissime reparauit, & in eis maximã innatã sibi animi magnitudinẽ demonstrauit. Apud Lutra domũ regalem, ex rubris lapidibus fabricatã nõ minori munificẽtia accurauit. Etem̃ ex vna parte muro fortissimo eam amplexus est, aliã partẽ piscina ad instar lacus circũfluit, piscium & altiliũ in se continens omne delectamentũ, ad pascendũ tam visum, q̃ gustum. Ortũ quoq; habet contiguũ, ceruorũ & capreolorũ copiam nutrientẽ. Quorũ omniũ regalis magnificẽtia, & maior dictu copia operepreciũ spectantibus exhibet. In Italia quoq; apud Medoiciũ, Laudam, & in alijs locis ac ciuitatibus, in renouandis palatijs, ædibusq; sacris, tantã liberalitatis magnificentiã declarauit, vt totum imperiũ tanti imperatoris & munere, & memoria in ꝑpetuũ fungi non desinat. Reges Hispaniæ, Angliæ, Franciæ, Datiæ, Boemiæ, atq; Vngariæ, q̃uis suspectam semper eius haberent potentiã, sibi a deo ꝑ amicitiã & societatẽ deuinxit, & ad suã voluntatẽ sic inclinatos habet, vt quotiẽs ad eũ literas vel legatos miserint, sibi cedere auctoritatẽ imperandi, illis nõ deesse voluntatẽ obsequendi denuntient. Imperatorẽ Constantinopolitanũ Manuel, vltro amicitiã & societatem eius expetentẽ, cũ sese sicut antecessores sui, Romanorũ appellaret imperatorẽ, flexit, vt se nõ Romæ, sed Neoromæ vocet imperatorẽ. Et ne multis morer, toto regni sui tẽpore nihil vnquã duxit melius, nihil iocũdius, q̃ vt imperiũ vrbis Romæ sua opera, suoq; labore pristina polleret, & vigeret auctoritate.

¶ Hæc a glorioso principe acta sunt vsq; ad præsentẽ annum, qui ab incarnatione domini. M. clx. regni autem eius septimus, imperij quintus numeratur, multa adhuc in regni gubernaculis fœliciter acturo, tandemq; apud regẽ regũ eum pijssimis principibus æterna percepturo prẽmia meritorum.

EPILOGVS OPERIS.

EOs delatissimis gestorũ tuorũ pratis Augustorũ optime, tam dilectus patruus tuus Otto episcopus, q̃ nostræ humilitatis diligentia flores legit, vnde huius opusculi coronã texeremus, plura quæ de te sciunt̃ & referuntur, peritioribus & magis domesticis relinquentes. Quæ si cuiquã inuisa fuerint, aut ea despicabilia iudicauerint, nos tamen obedientiæ nostræ fructus cõsolabitur, qua præcipienti paruimus. De qualitate autẽ vos dilectissimi domini mei videritis, quos in hoc opere arbitros elegimus, & correctores. Vobis em̃ ad iudicandum erit quod editis, per vos iudicandum quod delendum duxeritis.

FINIS.

ARGENTORATI, EX AEDIBVS MATTHIAE SCHVRERII, MENSE MARTIO. AN. M. D. XV.

Ductu Leonardi & Lucæ Alantsee fratrum.

REGNANTE IMPERATORE CAES. MAXIMILIANO. P. F. AVG. P. P.



